



6107

12

卷之三

23delf. f. P. Denalder

af. 108

**SERMONES ET
HOMILIAE, TOTIVS AN-**
NI. R. P. FRATRIS GASPARIS LE-
gionensis, ordinis Minorum Compostellanæ
prouinciæ, In quatuor Tomos suo ordi-
ne diuisæ, atque nunc primum
in lucem ædita.

Quarum indicem sequens indicabit pagella.

*Ad Ornatisimum virum Garciam Rodericum
Salmanticensis ecclesiæ Archidiaconum &
Canonicum.*



I 5

5 4

Salmanticæ,

Excudebat Andreas à Portonariis.

Cum privilegio.

INDEX SERMONVM ET
homiliarum, quæ in istis qua-
tuor Tomis conti-
nentur.

Primo, ad omnes aduentuales dominicas ordine suo
Sermones proponuntur: deinde vero ad omnes
quadragesimales dominicas, selectaque ferias.

Secundo ad omnes saluatoris nostri, & immacula-
tæ virginis Mariae festos dies Sermones cele-
bres subsequuntur.

Tertio ad omnes sanctorum tam communes quam sin-
gulares dies festos Sermones singulares ordi-
nantur.

Quarto ad omnes totius anni, præter aduentuales,
& quadragesimales, cæteras dominicas fruga-
les sermones incipiunt.

FRATER PETRVS

DE CARVAIAL FRATRV M

norum regularis obseruatiæ, in prouincia san-
cti Iacobi minister & seruus, necnon Reue-
rendissimi patris nostri ministri prouin-
cialis in plenitudine potestatis com-
missarius, admodū Reuerendo pa-
tri fratri Gasparo de Leon eiuf-
dem Prouinciae insigni præ-
dicatori salutem.

QVONIAM sermones varia refectos doctri-
na, quos ad populum in diuersis huius re-
gni locis, non sine utilitate multa prædi-
casti, iam nunc tandem in vulgus emitte-
re paras, ut dum verbi diuini concionatores, hæc
imbiberint, variis riualis sparsa doctrina hortus
vniuersæ irrigetur ecclesiæ. Ipsumq; opus admo-
dū Reuerendus dominus Martinus Vincentius in
sacra theologia magister ingenio acer, literis gra-
uis, vitaq; sincerus reuiserit atque probauerit tibi
ad illud carætheribus imprimendum in lucemq;
edendum potestate facio. Neque enim aliter pa-
trum statuta seruarētur, nisi æditionem prælati an-
teisset facultas, facultatemq; ipsam libri præcessis-
set examen & probatio. Vale in dño & ora pro me.
Dat. in conuentu nostro Zamorensi Id. Ianuarij
anno domini. 1553.

Frater Petrus de Caruaial prouincialis Minister.



On Pedro de Castro por
la gracia de Dios y de la Santa yglesia
de Roma obispo de Salamanca del con-
sejo de su magestad Cappellā mayor del
Principe nro Señor &c. Por la presente
damos licēcia a qualquier imprimitor desta
dicha ciudad de Salamanca para que
pueda imprimir la obra que hizo El reuerendo Padre Fray
Gaspar de Leon de la ordē de S.Fran. de la Obseruancia que
se intitula sermones des del primero Domingo del aduiento
fasta el Viernes Sancto de la cruz inclusive Sin que por ello
incurra en pena ni sentencia alguna. Por quanto por nos a si-
do mandada ver y examinar la dicha obra y esta approbada
y no ay en ella ningun error contra nuestra Sancta fe catholi-
ca:antes es muy vtil y prouechosa a la religion Christiana.
Dada en Salamanca en nuestro palacio episcopal a veinte y
ocho dias del Mes de Febrero Año de mil y quinientos y
cinquenta y tres años.

El Obispo de Salamanca.

Por mandado del muy illustrissimo y Reuerendis-
fimo Señor obispo mi Señor.

Antonio Perez notario.

Dicho conuento d'oficio Xamolcayo 19. Transcri-
tio ex auctoritate obispato. Vnde in quo q'nto d'ho obis-

suo quoniam. 222.

3

Censura approbatioque huius operis concionum à prima dominica aduentus ad sex- tam usque feriam parasceues.



Idi ac perlegi hoc opus concionū: Quod perquam colendus pater insignisq; verbi dominici ecclesiastes: instituti minorum frater Gaspar Legionensis ad publicam multorum utilitatem conscripsit: ac meę fidei excutiendum expendendūq; concredidit, reuerendissimus dominus Petrus de Castro episcopus Salmatinus.

In eo verò omnia fidei orthodoxę ac sanctorum Patrum, sententiis consonam catholicam & euangelicam veritatem tueruntur: pleraq; variæ scripturæ locos explicant, errores conuelunt, virtia castigant, virtutes suadent, hominum denique cuiusvis status, mores ac vitam informant componuntq;: tātum abest, vt quidpiam à recto Christianæ fidei & probatorū morum gnomone ac regula, vel latum vnguem dissideat: atqui sic auctor temperauit stylum publico concionatorum usui & commoditati seruens vt Horatianū illud, omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci. Adeo utilitas ac dicendi suauitas, pro nostrorum temporum concionandi ratione inter se certant ac paria planè videntur. Quare si has frugiferas lucrations ad communia totius Christianæ rei publicæ cōmoda, ad parandam concionandi methodum rationemque & usum, merito euulgandas, typisq; excludendas censeo. In huius autem rei testimonium ac fidem hisce literis examinationis approbationisq; manus propriæ subscriptionem addiunxi. Dat. Salmantice. 17. Decembris Anno incarnationis dominicæ. 1552.

Magister martinus Vincentius.

ORNATISSIMO VIRO
GARCIAE RODERICO SAL-
manticensis Ecclesiæ Archidiacono, &
Canonico F. Gaspar Legionensis regu-
laris obseruantię Diui Francisci.

S. P. D.

Vangelicæ prædicationis munus
quam sit in ecclesia præcipuum, quā-
taq; cōmendatione dignum, vel ex
eo maximè cuius exploratum, ac
compertum esse potest, vir ornatissi-
me, quod Christus Iesus seruator noster ac domi-
nus peracto suę prædicationis penso in plebe Israëli-
tica ad juam fuerat cœlitus à patre missus, acre-
demptionis nostrę summo pretio exoluto iam iam
cœlum consensurus haud aliam prouinciam discipu-
lorum suorū humeris imposuit, haud aliā curam de-
mandauit, quā vt vniuersas orbis gentis verbi præ-
dicatione docerent. Euntes, inquit, docete omnes gē-
viti. Matth. viii. baptizantes eos, &c. docētes eos seruare omnia,
Mar. vii. quęcung; mandauit vobis. Quę verba alius Euāgeli-
sta commemorans ait. Prædicate euangelium omni
creatüræ. Neq; aliam ob casam diuinus ille verbi
Aet. 9. prēco Paulus in vas electionis auctore deo eusit,
quā vt Christi nomen coram gentibus, & regibus,
& filiis Israël portaret. Id quod non tantum domi-
nus

nus viua voce protestatus est, sed etiam Paulus Galat. i.
 ipse non uno in loco aperte profitetur, complacuit,
 inquit, et qui me segregauit ex utero matris meae, &
 vocauit per gratiam suam: ut reuelare filium suum
 in me, ut euangelizarem illum in gentibus, continuo
 non acquieui carni, & sanguini. Et rursus, non misit 1. Cor. i.
 me Christus baptizare sed euangelizare. Cui mu-
 neri adeo se arctiori vinculo sentiebat obstrictum, ut
 alibi palam prouinciet. Nam et si euangelizauerо, 1. Cor. 9.
 non est mihi gloria, necessitas enim incubit. Vnde enim
 mihi est, si non euangelizauerо, si enim volens hoc ago
 mercedem habeo, si autem inuitus, dispensatio mihi
 credita est. Id est, si mihi istius modi euangelij p̄ra-
 dicatio demadata non esset, obiremque id muneris ul-
 tro, haud dubie mercedis plurimum vēdicarem, si ve-
 rò illa mihi est nec postulati commissa, perspicuum
 sanè est, me haud sponte id agere, sed domini māda-
 tum cōplere, id enim inuitus designat. Ad hęc Ti-
 motheū suum instituens, ac formās ad pastoris euā-
 gelici normam, illū Paulus adhortatur. Quid dixi
 adhortatur? imò verò obtestatur per sacra, quasi
 aliter facturo dirū iudicium, damnatioque impendeat
 æterna. Testificor, inquit, coram deo, & Christo 2. Timot.
 Iesu qui iudicaturus est viuos, & mortuos, & per
 aduentum ipsius, & regnum eius, prædica verbum,
 insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa
 in omni patientia, & doctrina; erit enim tēpus cum

sanam doctrinam non sustinebunt. Et si alibi Timo-
t. Tim. 6. theum deterruerat inquiens, præcipio tibi corā deo,
qui vivificat omnia, nunc tamē magis horrendū red-
dit sermonem, quum iudiciū illud ad mentē reducit,
ait enim. Illum ipse qui pœnas est exacturus, testē
inuoco, si secus egeris, quā ego tibi præcipio. Porrò
quis ignorat spiritualis ædificij primū lapidem esse
fidem? absq; fidem namq; impossibile est placere deo.
Hanc verō prædicatiōni euangelicæ acceptam fer-
ri debere Paulus apertè clamat, quum inquit. Quo-
modo inuocabunt in quē non crediderunt? aut quo-
modo credent ei, quem non audierūt? Quomodo au-
tem audient sine prædicante? & inferius colligit.
Ergo fides ex auditu, auditus autē per verbū Chri-
sti. Quid enim obsecro peccatoribus hominū Christi
fidem inserit? verbum dei. Quid errores conuelliit,
hæreses extirpat, fugatq; verbum dei. Quid auer-
sus reducit, remissos erigit, vitiorum sentinam ex-
haurit, mores componit, virtutes plantat? verbum
dei. Quid autem Christi, apostolorūq; eius prædi-
catione effectum sit, hinc tandem poteris facile depre-
hendere. Gentium siquidem in mania vicia eius ope-
penitus extincta sunt, ac sepulta. Nō enim iam Per-
ſæ matres suas nephandis nuptiis agnoscunt. Non
Scythæ humanis vescuntur carnibus, aut liberos suos
religionis ergo iugulat. Non Massagete ac Der-
bices carnibus seniorum affinium, & cognatorum
charissimo-

charissimorum quos putabant miserrimos, epulan-
 tur. Non demique Tibareni senio confectos præci-
 cipit ant Hyrcani rapaci auium generi exponunt,
 Caspici canibus discerpendos, ac dilaniandos proin-
 ciunt. Neque verò aliam ob causam arbitror dia-
 boli sœuentis tyrannidem paßim apud plerasq; gen-
 tes crassari, schismata atque hæreses suboriri super-
 stitionū varia genera abundare, quād quod canes,
 hoc est fidei fidi doctores desint, qui suo latratu lu-
 pos truculentissimos nempe hæreticos diaboli mem-
 bra, & diabolum ipsorum caput, ac principem à cau-
 lis dominici gregis arceant, abigantq;. Idcirco Pau-
 lus pastores admonens, attendite, inquit, vobis, &
 vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit
 episcopos regere ecclesiam dei, quam acquisiuit san-
 guine suo. Ego scio quoniam intrabunt post disces-
 sionem meā lupi rapaces in vos, non parcētes gregi.
 Quia in re episcoporū & doctorum operam deside-
 rans dominus conqueritur apud prophetam dicens.
 Speculatori eius cæci, omnes nescierunt, vniuersi
 canes muti non valentes latrare, videntes vana, dor-
 mientes, & amantes somnia, & canes impudentissi-
 mi nescierunt saturitatem. Ipsi pastores ignorauen-
 runt intelligentiā, omnes in viam suam declinauerūt,
 unus quisq; ad avaritiam suam, a summo vsg; ad no-
 uissimum. Venite sumamus vinum, & impleamur
 ebrietate, & erit sicut hodie, sic & cras, & multo

Esa.56.

amplius. Permittit hoc quandoq; dominus propter
peccata populi, ut tradantur desideris cordis sui,
famemq; ac sitim patientur non quidem panis, aut
aque, sed verbi dei. *Vnde* & Deus per prophetam
Amos. 8. comminatur. Et ecce dies veniunt, dicit dominus,
& mittam famen in terram, non famen panis, neq;
sitim aquæ sed audiendi verbum domini. *Quamobrē*
haud mediocri laude, atq; honore digni sunt in Chri-
sti ecclesia, qui purè ac sincerè tractantes verbum
dei falsa dogmata dedocent, vera docent, hominum
vitia, & peccata falce prædicationis demetunt, eo-
rumq; animos ad virtutis amorem inflammant, in-
stilulantq;. *Quod* scitè Paulus insinuat, quum ait.
Qui bene præsunt presbyteri duplii honore digni
habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctri-
na. *Ego* verò pro meo modulo, ac tenui sorte, quam
dominus pro sua largitate mibi impertiri dignatus
est, annos quadraginta, atq; eo amplius in hac ver-
sor arena, munusq; ecclesiastæ euangelici obeo, se-
dulò quidem, at quam fœliciter planè nescio. *Vt* tñā
labores nostri tam apud deum opt. Max. proben-
tur, quam apud me magni fuere. *Aduersa* valetudi-
ne afflictatus, & ingrauescente iam ætate vix iam
possum latrare. *Quod* verò possum libentissimo ani-
mo lucubrations meas (quales sint, Deus nouit)
studiosis omnibus communicatas velim, ut hac quoq;

in parte

in parte concionatorum operam pro mea virili ve-
 cunque iuuem. Opus igitur concionum multis annis
 à me elaboratum, in quatuor tomos digestum in
 vulgus emittere decreui, tibiq; magnificentissime
 Archidiacone dedicare, & consecrare. Ad quem
 enim potius mitterem basce qualescunquenostiarū
 vigiliarum primitias: quam ad te, quem vniuersus
 Franciscanorum ordo Mecœnatem, ac singularem
 patronum nunquam non est expertus? debet tibi sin-
 gularem animi gratitudinem, eamq; exoptat modis
 omnibus ubique, ac passim non verbis modo, verū
 re ipsa exprimere, ac declarare. Nam vt omittam
 eximiam tuam in rem p. liberalitatem, ac magnificen-
 tiā, in nos certè tot beneficia cumulaisti, vt vix re-
 censeri valeant. At illud vnum orbi notissimum Co-
 lophonem ac coronidem tuis p̄æclarissimis gestis
 adieciisti, non est profecto silentio p̄ætereundum.
 Quum vniuersos sumptus generalis nostri capitu-
 li, quod in nostro hoc Salmanticensi Cœnobio supe-
 riori anno ex vniuersi Christiani orbis regionibus
 coactum est, tu solus nulli alij partito, aut communi-
 cato onere sustinuisti. Opus certè principe viro di-
 gnum, & quod nulla temporum iniuria intermori,
 nulla annorum serie ex hominum memoria deleripos-
 fit. Accipe igitur humanissime vir hylari atque ex-
 porre de fronte hoc qualecunq; xeniolum ex Fraci-

Scano

scarorum hortis deceptum, promptissimi animi Ga-
sparis tui haud obscurum argumentum, tuiq[ue] no-
minis gloria, & splendore a vitilitigitorum, &
ecclesiastomastigum calumniis vindica, assere,
ac tuere. Christus opt. Max. dignatio-
nem tuam quā diutissime seruet inco-
lumem. Ex nostro diuī Fran-
cisci Salmanticensi
Cœnobio.

P R A E F A T I O A V C T O
ris ad candidum Lectorem



N tibi candide lector offe
rimus ex animo cōciones
has , tam per me ad popu
lum habitas , quām per te
habendas , Siqua talis fors
tibi obtigerit: vt vel saltē videamur imi
tati illam decantatam viduam quæ in
dominicū Gazophilatium, duo minu
ta æra tantū dicitur immisisse. Quan
quā si euangelico gnomone, quo nostrę
omnes actiones dirigēdæ sunt, te ipsum
inter concionandum regere studueris,
iuxta illud , prædicate euangeliū omni
creaturæ: non parui credo te pensurum
munuscum hoc nostrum expositioni
bus euangelicis refertum , cùm modus
iste nostra hac tempestate plurimum vi
geat accurateq; obseruetur à primori
bus quibusq; huius instituti: sicuti obser
uatum fuisse apud illos præexcelsos ec
clesię patres, in eorum scriptis videre est
à qui

a quibus quasi per manus tale munus
ad nos vsq; est transmissum. Verūm si
mysticos atq; reconditos scripturæ sen-
sus indagare voluēris, non hīc tibi dee-
runt: siquidem talibus flosculis nostrū
hoc respersimus opus:rarius tamen, vt
pote qui moralia præcipue affecta ueri-
mus, tanquam magis medicinalia pro
nostro vulnerato curando, cuius vulne-
ra ex Lucæ decimo , non melius quam
oleo atq; vino misericordiæ & iustitiæ,
veniunt vngenda atq; super infudenda,
quæquidem omnia moralem cōcernūt
perfunctionē. Si verò stilum disquiras,
tenuis est:cùm, quia cum Paulo tam sa-
piētibus quām insipientibus sumus de-
bitores : & multitudini non nisi sermo
cui vt nummo publica forma sit, ex pre-
cepto Quintiliani, proponendus est, tū
quia ex illo tritissimo diuerbio , ornari
res ipsa negat contenta doceri, cui & af-
sonat diuus Ambrosius sic super Lucā
fatus. Si ipsi Philosophi eorū qui totos
dies in disputatione consumunt, minus
latinis

latinis eò receptis vñ sermonibus sunt,
 vt propriis vterentur:quāto magis nos
 negligere verba debemus,spectare my-
 steria,quibus vincit sermonis vilitas,qđ
 operum miracula diuinorum,nullis ser-
 monibus veritatis suæ lumine refulse-
 runt? Hoc itidem anxiè videtur affectas
 se Plotinus ille Platonicae scholæ antesi-
 gnanus,quamuis in hoc ipsum Platonē
 aspernatus tanta mysteria tam incurio-
 sè posteritati demandarit . Origines
 demum egregiè adnotat,circuncisionē
 secundam petrino,non verò ferreo cul-
 tro fuisse factam:acsi exhortaretur,scri-
 pturā sacram nō sublimi sermone tragi-
 coq; boatu nec fucis rhetoricis cōcinnā
 dā : verū humili atq; plano dicēdi gene-
 re oībus aperiendā. Lex.n. domini im-
 maculata est cōuertens aīas,& testimo-
 nium domini fidele sapientiam præstas
 paruulis. Sermone tandem vernaculo
 quædam comperies verba ,quia per illa
 expressiùs conceptus meos aperiendos
 iri nō dubitaui,Sunt.n.idiomatum suæ
 phrasēs

phrases nullatenus cuius alteri linguae
propriæ : negotium à plerisque mul-
tis obseruatum, præcipue ab Eras-
mo in Apophthegmatibus Plu-
tarchi: sed & multi alij hoc
ante me factitarunt, siue
illos Gallos siue Ita-
los malueris.

Vale.

S V M M A R I U M CONTINENS DIGNI-

tates sermonum dominicarum ad
uetus & cæterarum , nec non
selectorum feriarū usq;
ad parasceuē.

Prima dominica aduentus continet tres rationes propter quas deus factus est homo. quæ Eliciuntur exponendo nomen Bethanie. Et qualiter virgo Maria significatur per montem olivariū. Et Christus per olivam et quomodo aperte sunt scripturæ in aduentu Christi & plures scripturæ & prophetæ sunt adimplete in aduentu domini. Exponitur hæc auctoritas. Ecce rex tu⁹ venit tibi māsuet⁹ & sedes.

Secunda concio eiusdem dominice Continet, qualiter beneficia faciunt hominem gratum. ingratitudo est peior circumstantia peccatis. Ponit etiam sex causas propter quas redemptus est homo. Et non angelus. Et aliquas doctrinas morales statuit.

Tertia Cōcio de epistola assignat sex excitatores quibus a somno peccati excitari debemus. De incarnatione declarat auctoritatem Iob. multaque tangit ad instructionem moralem.

Quarta Concio de eadem epistola ponit laborem peccati, & eius in fructuositate. Et cōditiones oppositas operis meritorij. Et qualiter per incarnationem curatus est homo. Exponitur hæc auctoritas Christus factus est nobis sapientia, iustitia, sanctificatio , & redemptio.

Quinta Contio eiusdem dominice applicat mystice tria signa Christo. Declarat conuenire descensum solis in horologio achaz. Exponit mystice totum euangelium & etiam moraliter Assignentur rationes propter quas nemo scit diem iudicii finalis. Continet quinque stupenda iudicij finalis. & quatuor quæ homo facere debet ut fugiat terorem diuini iudicij.

Sexta Concio declarat ultimum capitulum ecclesiastes in qua sigillatim exponitur. Multa notata digna reperies in hac concione.

Septima Concio ponit multa attinentia ad ecclesiam & ad statum ecclesiasticum. Et circumstantias aggrauantes sententiam iudicij. Etiā ponit multas circumstantias ut eleemosina sit meritoria.

Secunda dominica Aduentus.

Prima Concio dominicæ secundæ ponit tria media ad probandum Christum



Cristum esse deum. Et moraliter exponit miracula. Exponitur auctoritas Esayæ. Emitte agnum domine concordat Iohannem Baptistam & euangelistam in assertionibus de Christo.

Secunda Concio eiusdem dominice ponit duas rationes propter quas Baptista dubitauit an Christus esset messias. Moraliter exponit Herodem & Herodiadem. causasque assignat quare misit discipulos ad Christum ratione dat quare beatus Iohannes Christi non viderit ante baptismum.

Tertia Concio moraliter exponit miracula Christi qualiter intellectus errans illuminetur. Et claudum in amore Dei, recte facit ambulare. Et leprosus infamia peccati mundatur penitentia surdum. i. auarum facit audire. Ostendit etiam qualiter mortuus peccato resurgat ad vitam gratiae. Et qualiter pauperes spiritu ditantur.

Quarta Concio moralizat mala que ex carcere peccati nobis insunt.

Tertia dominica Aduentus.

Concio prima tertie dominice declarat quare missi ex phariseis interrogauerunt Iohannem, Tu quises.

Ponit quattuor causas propter quas beatus Iohannes non conuersatus est cum Christo. Exponitur, ecce agnus Dei. Ponitur figura de Iohanne. Multipliciter exponitur. Cuius non sum dignus corrigiam calciamen- ti soluere.

Quarta dominica Aduentus.

Prima Concio quarte Dominicae exponit hanc auctoritatem Aperi mihi Soror mea. Multa ponit ornamenta ad recipiendum Christum. Et quare anima nominatur multis nominibus.

Concio secunda exponit penitentiam Christi pro nobis assumptam exponit figuram de Christo exponitur baptisma Iohannis, id est baptismus penitentie. Cetera que ponuntur in euangelio moraliter exponuntur.

Concio Tertia ponit quinque, In quibus peccator punitur. primum quia dominatur illi Tyberius, id est demon. secundum malum. quia sinderis in hac vita & in inferno eruciat peccatorem. Tertium malum. quia regnat Herodes, quod contingit cum peccator letatur in rebus pessimis. Quartum malum quando Philippus, id est amor corporis regnat in homine. Quintum malum est letitia in luctu. quod significatur per abylinam. Exponitur moraliter sacerdotium Anæ & Cayphæ.

In prima Concione magistrali. Declaratur quomodo iudicium ultimum libro Comparatur. Et propter quid. Ponitur una comparatio de divina prouidentia satis commoda. In primo secreto manifestatur malitia demonis, sicut litteræ scriptæ succo pomorum perficorum.

In secundo abscondito manifestatur Christi potentia In sole luna & stellis.

In tertio secreto propalantur Christi misericordia, & iustitia per comparationem apis & vermis.

In quarto abscondito occultantur merita sicut semen, sicut candela, sicut puer Iesus in Egypto, & sicut manus Moysi. In quinto abscondito declarantur peccata quæ modo sunt occulta per multas comparationes. In sexto puncto declarantur pœnæ damnatorum. Et sententia Ite maledicti. In quo puncto multa moraliter declarantur. In ultimo puncto declaratur præmium bonorum. Cum sententia, Venite benedicti.

Secunda Concio magistralis.

In secunda concione continetur qualiter Christus non est cognitus. Exponitur auctoritas Job. Mare dixit non est mecum.

Secundum impedimentum cognitionis de Christo est nimia affectio creaturae quæ cognoscitur comparatione speculi.

In tertio impedimento multa ponuntur defide & lumine gloriae & quo modo mensuratur distantia in spiritualibus. Exponitur. ecce video à longe Dei potentiam.

In quarto impedimento declaratur qualiter proprietates aeris conuenient spiritui sancto.

In quinto impedimento. Notatur quia Deus est immobilis, semper tamen peccatoribus apparet moueri. quod manifestat duplice exemplo.

In sexto impedimento comparantur perfectiones diuine stellis.

In septimo impedimento notatur quomodo Deus per incarnationem est mundo manifestatus.

Tertia Concio magistralis.

In tertia concione exponitur qualiter Christus mediator est.

In secundo abscondito continetur qualiter filius manifestauit patrem sicut radius solem.

In tertio abscondito manifestatur scripturae per Christum, & apostolos & predicatorum qui figurantur per vas a templi.

In quarto abscondito nota Unicam viam rectam, Et plures obliquas perueniendi ad Deum.

In abscondito sexto. manifestatur libertas captiuorum, per mortuum inferni.

In septimo abscondito manifestatur regnum celorum vita æterna Et securitas gloriae, quæ conceduntur loco trium que in lege veteri promissa sunt.

Quarta Concio magistralis.

In quarta Concio notabis in primo impedimento desideria prava esse sicut aquas. Exponitur figura de transitu arche per Iordanem.

In secundo impedimento nota Excellentiam charitatis, per quam destruitur

  putet

putei cupiditatis.

In tertio impedimento notabis superbiam destrui per Christi humilitatem. In quo declaratur Christus imminutus tanquam vitulus libani. Et dividiti sicut vitulum, in sacrificio.

In quarto impedimento Nota grauitatem peccati. Et qualiter ceruis comparamus.

Quintum impedimentum ventorum destruitur. Quia Christus confringit cedros.

In sexto impedimento mitigatur ardor luxurie: & interciditur flamma ignis.

In septimo impedimento multa remouentur obstacula: propter virtutem humilitatis. Continetur qualiter ista septem impedimenta sunt destructa septem verbis Christi.

Dominica in octaua Nativitatis.

Concio in octaua nativitatis domini declarat quomodo Christus est positus in signum. Declaratur figura Helysei suscitantis puerum. Comparatur Christus electro: septem oscitationes mystice declarantur exponit auctoritas Iob. 5. quis conclusit ostiis mare magis delectat contemplatio humanitatis quam deitatis. Nota tres causas propter quas reclinatus est Christus in presepio.

Dominica infra octauam Regum.

In Dominica infra octauam regum. declaratur spirituales paretes Christi & qualiter iustus semper ascendere debet. Et quomodo puer Jesus perditur per negligentiam.

Quis ordo deum querendi. Melius inuenitur via negatiua, quam affirmatiua. qualiter Cor est templum spirituale in quo crux et imagines sunt pingende.

In omnibus operibus negotium dei est agendum. Cor est theca in qua seruatur verbum dei.

Multipliciter exponitur qualiter Christus proficiebat sapientia & etate. Et nos semper proficere debemus. & semper nauigamus contra vetum.

Dominica post octauam Epiphaniae.

In concione post octauam epiphaniae continetur qualiter Christus fecit miracula in quantum deus & in quantum homo & quomodo deus semper concurrebat effectu cum voluntate Christi ad operationem miraculorum.

In prima circumstantia exponuntur bene due auctoritates de transmigratione hominis ad esse divinum.

In secunda circumstantia ponuntur tria bona matrimonij quae in incarnatione reperiuntur.

In tertia circumstantia declaratur quid mihi & tibi mulier? & se habuit Christus ut doctor & sacerdos.

In quarta circustantia Nota multiplicem expositionem mutationis aquæ in vinum.

Concio secunda infra Octauam.

In concione secunda, nota plura de incarnatione quæ exponuntur de nuptiis. Notabis sex etates in quibus, aqua conuersa est in vinum.

In tertia Concione eiusdem dominice continetur qualiter peccatores significantur per aquam. Iusti per vinum. exponuntur hydrie dupliciter. scilicet moraliter & mystice. Discipuli significant virtutes requisitas ad verâ pœnitentiam præcipuas ponit misericordiam & iustitiam.

Mutatur aqua in vinum dum timore expulso introducitur charitas. exponitur. Calicem salutaris accipiam. Cum figura Sarre & Thobiæ.

In quarta concione ostenditur qualiter Christus in omnibus factis ostendit se deum & hominem.

Ratio assignatur propter quan virgo Maria adsuit nuptiis. Et propter quid Christus non creauit vinum de nouo. Sed mutauit aquam in vinum. Nota ibi quinque dignitates matrimonij, ponuntur tres species nuptiarum. & in bonis nuptiis tria bona anagogice reperiuntur.

Dominica tertia post Epiphaniam.

In Concione dominice tertie post epiphaniā, notatur qualiter deus uterba humanitate ad faciendum miracula. Et ponitur ibi apta cōparatio.

Continentur ibidem tres rationes propter quas Deus conformatur nobis & sacra scriptura commemorat deum habere membra humana ex ponitur qualiter deus habeat caput & capillos.

Secundo Quomodo dicitur deus habere oculos. Tertio qualiter habet cor. Sexto ponuntur quattuor rationes quare deus dicitur habere brachia.

Quomodo deus manibus tangit & ponitur discrimē inter puerum Centurionis, & leprosum.

In secunda parte cōparatur appetitus sensitius pueri in multis. Declaratur qualiter voluntas habet milites sub se. Et quo pacto demon immittit cogitationes non tamen cogit voluntatem. Nota figuram de cisterna Bethleem.

Quarta dominica post Epiphaniam.

In Concione quarte dominice ostenditur quomodo fides sine operibus non sufficit ad salutem aeternam. Et quo pacto fides & opera & liberalitas diuina sunt necessaria ad vitam aeternam probatur multis auctoritatibus scripture & rationibus opera esse necessaria. fides non petit fiduciorem. Causa mque assignat. Quare Christus occultatur in sacramento. Nullum meritum de condigno precessit incarnationem. Virgo Maria meruit esse mater dei. Nota duas comparationes. ad videndum qualis esse debet fides. fides comparatur grano sinapis. quo ad quantitatem. Et accendi debet in cordibus sicut ignis.

De dominica quinta vide in Concionibus sexagesime. ibi tractatur de semine.

dominica

Dominica in Septuagesima.

Concio de septuagesima continet fidem non sufficere sine operibus.

In prima doctrina exponitur signa autem quæ sequentur eos qui crediderint. Non sufficit vocatio prima nec statio in Vineæ ecclesiæ ad mendacium, sed laborare requiritur. Tractatur de obligatione quam quilibet habet ad laborem. Et propter quid accidia sit peccatum scilicet ex lege naturæ & lege scripturæ in euangelio renouata.

Quæritur, An meritum equiualeat præmio & quomodo præmium excedit meritum in tribus. Ponatur multiplex sententia de condignitate operis meritorij ad præmium.

Deus vult statim meritum, sed differet solutionem præmij.

Deus obligatur ex promissione dare gloriam. Quis sustinebit Deum in iudicio.

Ecclesia comparatur vineæ propter quatuor conditiones. Et nullus extra ecclesiam saluatur.

Datur doctrina acquirendi virtutem spei. Et ex euangelio elicetur doctrina charitatis elicetur doctrina timoris.

Multa ponuntur de diuina electione. Ultimo anima comparatur vineæ propter multa.

In secunda Cōcionē septuagesimæ ponitur primo electio diuina, quæ assimilatur radici arboris calori solis. Electio diuina est sicut cor.

Qualiter deus vocat nos quatuor modis.

Tertium beneficium est iustificatio per gratiam, quæ requirit usum liberi arbitrij.

Religioso connenit fodere vineam. Poenitentibus remouere lapides. Diuitibus conuenit immittere in vinea stercore prelati amputare palmites. Quorum aliqui euelli debent, alii scindi. Prelatis conuenit custodire vineam. Vide ibi comparationem de initore.

Quartum beneficium gloriae tanquam denarius. Et quomodo sit vñica essentia & multi gradus videndi deū. declaratur per plures comparationes.

In tertia Concione septuagesime. Nota. Primo triplicem statum hominis & fidem in tribus assimilariluci. spes habetur de tribus, & similis est firmamento. Qualiter omne mobile innititur immobili. Charitas significatur per horam sextam: & propter tria comparatur terræ.

Prudentia assimilatur operi quartæ dici propter multa hora serotina correspondet creatiōi hominis, creatus est homo cū rectitudine iustitiae.

In septima die requieuit deus. Hæc requies correspondet mercedi laboris.

Dominica in Sexagesima.

In Concione sexagesimæ. Prima terra in qua deus seminauit est natura angelica. Semina sunt fides, spes, charitas.

Amor

Amor dei conculcatus est ab amore proprio.

Secundum semen est iusititia originalis cuius erant duo fructus.

Duplici medio poterat tranquilitas conservari in primo homine. verbum dei seminatum in petra Aruit per superbiam.

Tertium semen est gratia qua suffocatur spinis. Solus deus potest colligere de spinis vuas, & de tribulis ficas.

Quarta terra est humanitas Christi in qua est seminata summa gratia & per suam passionem meruit omnibus electis secundum gradum predicti nationis diuine.

Seminavit Christus in anima sua tanquam in agro gloriam.

In secunda Concione Sexagesima deus sicut sol cognoscitur variis modis. Cognoscitur etiam per effectus ignis & aeris.

Et quare deus seminat in via. Ex qua facit hortum conclusum. Etiam continetur ratio quare seminat deus supra petram.

Divitie propter quatuor comparantur spinis.

Terra abundans spinis tribus modis affert fructum. Ibi de triplici terra dissentur.

In tertia Concione eiusdem sexagesima habetur quomodo Creatura est dei instrumentum. Et precipuum instrumentum deitatis est Christi humanitas.

Quod factum est in ipso vita erat. Tripliciter exponitur.

Creatio est seminatio generalis omnium creaturarum ponit multas distinctiones in terra ut sit fructuosa.

Quatuor seminationes mystice declarat esse in Christo.

Dominica in Quinquagesima

In Concione dominice quinquagesime continetur. Qualiter sacra scriptora videntur fabula & parabola. Et facta Christi narrat ad punctum.

Ibi declarat illud. Iu. 9. Venerunt ligna ad oliuam. &c.

Vide ibi de chronicis romanorum & troianorum.

Continetur triplex cecitas mala. Et indifferens & bona. Et quod demon magis vult nos luscios quam cecos. nisi cecitas procedat ex consuetudine peccandi. Exponitur moraliter cecitas Sansoni.

De cecitate peccaminosa Exponitur moraliter cecitas Thobiae.

Ponitur ibi qualiter oculus vider omnia, & non seipsum.

Et quomodo cecus corporalis procurat visum. Cecus spiritualis non.

Fides infusa requirit fidem acquisitam & preuiam dispositionem. Ibi. visio requirit lumen naturale & exterius ibidem.

Iohannes ad intelligendum cecidit ad pedes. Helias operuit vultum suum pallio ibidem. Duplex cecus notatur ibidem, scilicet mendicus & beatus Paulus fuit cecus corporaliter & spiritualiter.

In Concione secunda eiusdem dominice continetur.

Multiplex obligatio ad obseruantiam secreti.

Exponitur tripliciter si peccauerit in te. Et quanti ponderis est fama proximi. Fraternalis correptione. Dilectio proximi. Ratio vera excommunicatio.

excommunicationis & jurisdictionis prohibent reuelationem secreti.

In Concione tertia eiusdem Dominice.

Traditio illusio exponuntur moraliter secundo Applicatur peccatori qui tradendus est iudicibus idest confessoribus ponuntur leges secundum quas peccator est iudicandus similiter & assessores.

Peccatum illuditur sicut Christus. Nemo leditur nisi a se ipso.

Secundo peccator illuditur qñ affligitur voluntas per penitentiam.

Tertio spuitur peccatum per abominationem.

Quarto flagellatur peccatum triplici flagello.

Multe species peccatorum condannantur ad mortem.

Dominica prima in Quadragesima.

Prima dominica quadragesime in introductione cotinet predicatorum preparare domum conscientie quæ sicut vas apis est preparanda: homo intus in anima debet esse ut ibi deus habitat. Exponitur figura de muliere preparante lectum mensam & candelabrum Helyeo.

Exponitur figura de exploratoribus multa ibi conculeantur.

In secunda parte exponitur ductus est Iesus. in quo notatur potentia patris sapientia filij, & bonitas spiritus sancti.

Maius miraculum est Christum esurire quam ieunare quadraginta diebus Quomodo exhortatur ad pugnam spiritualem.

Baptizatus aqua baptismi baptizari debet aqua penitentiae. filius vincuntur infideles temptationibus quam christiani. Exponitur figura de lapide infixo Goliath.

Fames Christi assimillatur passioni.

In secunda Concione eiusdem Dominice.

Nota dialogum inter misericordiam & iustitiam super ieunio Christi & ceteris afflictionibus eius.

Multi fructus ieunij ponuntur. Exponitur illud prefationis vitia comprimit, mentem eleuas, virtutem largiris, & premia. Multaque dicuntur de ieunio.

In tertia Concione.

Notatur campus electusa Christo. arma electa a demonio.

Non in solo pane viuit exponitur multiplici sensu.

Ratio ponitur quare petrus peccauit non acquiescendo lotioni a Christo facte.

Prima tentatio fuit similis temptationi Ade. Secunda est similis temptationibus iudeorum. quia innititur miraculo. Sed fides non debet inniti signo, aut miraculo.

Tertia tentatio exponitur Ec assimilatur temptationi gentilium. hæc tentatio fuit exercitatio ad bellum & non prelium magnum, sicut fuit prelium passionis.

In Quinta concione.

Dicitur. An demonium cognoverit Christum esse deum. Et declaratur intentio diaboli dicentis, dic ut lapides isti panes fiant. Qualiter demon tollit lapides & tentat discendo, dic ut lapides isti panes fiant.

Exponuntur quatuor moraliter quæ faciebat Absalon ad auferendum regnum patris sui.

Colloquium Anselmi satis retrahens à temptationis consensu, & ponuntur ad eundem effectum quinque sententiae sanctorum.

In Quinta concione.

Nota figurā Apoc, in qua multa exponuntur de Christo, in expositione morali ciudē figuræ plura attinetia ad instructionē moralem explicatur.

Dominica secunda in Quadragesima.

Quare Christus assumpsit Petrum Iacobum & Ioannem, duplex ratio assignatur & propter quid ostendit gloriam & non penam baratri. Qualis fuit transfiguratio, Exponitur comparatioibus. Figura d' hester. cū aliquā tulū longiori expositione ponitur Exponitur hic est filius meus dilectus.

Exponitur. Loquebantur de excessu. Vide ibi multiplicem excessum.

In Secunda concione.

Christus aperit solum unam officinam demon plures.

In tribus discipulis tres conditiones vere penitentis notantur Transfiguratio multum confirmat fidem. Comparantur Christus in monte Caluarie sibi ipse in monte Thabor.

De Transfiguratione morali vide ibi multa.

Homo transfiguratur in penitentia. Veste sunt albe in penitentia quæ debet approbriari ab Helia & Moise. Assimilatur Christo in multis. Penitentie quando oculos nihil videt nisi solum fesum.

In Tertia concione.

Incarnationi verbi assimilatur transfigurationi, & transfiguratio Marie excessit transfigurationem Christi in tribus.

Deus se transfiguratus in creaturis, imago dei educitur sicut imago crucifixi. Vide colloquium rationis & animæ.

Deus transfiguratus se in sacra scriptura, & incarnatione. Vide ibi comparisonem de sigillo. Transfiguratio vera erit in gloria in qua beatus Christus assimilatur.

In prima Concione de Chananea exponitur euāgeliū mystice & moraliter in qua plura annotatione digna ponuntur.

In Secunda Concione.

Multiplex ratio ponitur ad probandum confessionem, esse de fure di vino. multiplex quæ fructus confessionis describitur. Et infine concluditur Concio cum sensu mystico euangelij.

In Concione prima dominice tertie.

Qualiter demon & Christus certant ut unus eiiciat alterum. De quatuor bellis quæ Christus commisit contra demonium, & de nominibus David quæ Christo applicantur. Demonium triplici ratione dicitur

mutum.

mutum. Multa impedimenta ad explendam pœnitentiam ponuntur à
demonio quæ Christus abstulit. Quinque modis elicetur demonium. Vi-
de ibi. Ponuntur Multa vtilia ad nostram instructionem. Mundus pos-
sideret a demonio & est mutus cecus & surdus. Exponitur. Nuc iudicium
est mundi. Princeps huius mundi cœlatur foras.

In Concione secunda eiusdem dominice.

Quattuor regna in homine reperiuntur. Triplex gratia declaratur. Ex
ponitur, Moriatur anima mea morte iustorum. Unitas spiritualis con-
seruatur vniendo intentiones in deum. Non datur medium inter ami-
cum dei & inimicum. De multiplici genere armorum.
Thorax significat fidem Clypeus charitatem galea significat spem de-
fensorum Collis significat temperantiam. Ensis significat Verbum dei.
Describuntur arma demonis.

In Concione terria eiusdem dominice.

Quomodo pharisei fecerunt pactum cum demonio. Tanguntur aliquæ
contra auaritiam.

In Concione Quartæ eiusdem dominice.

Traditur de lamyis & stigiis & si credendum est demoniaco loquenti
sive vera sive falsa.

In prima concione quartæ dominice.

Habetur qualiter peccatum est mare & de duplice naui pœnitentia
& innocentia. Multis indiget nauis pœnitentia. Exponitur.

Ascendit Christus nauim Symonis Petri & de nauicula docebat eos.
Plura signa misericordiae ostendit deus peccatoribus.

Per montem intelligitur cor quod tres conditiones habere debet ut se
deat deus in eo. Nota ibi tria requisita ad politiam ordinatam. Tres de-
fectus honorum temporalium notantur.

In secunda Concione.

Qualiter lex est panis & Moyses est pistor & de conditionibus huius pi-
storis. Nota totam expositionem euangeli quæ est alegorica & moralis.

In tertia concione.

Multa notantur de sacramento redēptionis. multa mystice descri-
buntur. et quinque panes glorie assignantur.

In Quarta concione eiusdem dominice.

Conulium istud figurat gloriam propter famem. Etiam Quia nihil.
creatum replet animum. Tum etiam quia in gloria beati discubunt.
Tum quia gloria quantitas est magna. Ponitur figura de sicu & malo gra-
natis quæ allata sunt ex terra Promissionis. Exponitur figura de regina
Saba. Amor beatorum comparatur calori solis gloria coelestis confertur
abeuntibus trans mare Galilee.

In prima Concione quinte dominice.

Multa de veritate creata & increata ponuntur. Tractatur qui dicitur ve-
ritas. quomodo cognoscitur & quibus modis impugnatur. Ibi contra mē-
diacū & periurū. describitur figura Ione qui figurat veritatem exprimitur

In secunda Conciōne eiusdem dominice.

Attēde plures rationes propter quas Christus peccare nō potuit. q[uod] modopeccatores argunt Christū caluniātes septē beatitudines. q[uod] homo deus nō arguat peccatorē emē datum. Vide plura cōmoda quæ sequuntur ex peccato emē dato. q[uod] aliter deus arguitur à malis insuis operibus.

In tertia concione.

Christi Perfectio cognoscitur secundum naturam, personā, quantitatem, & qualitatem & simili modo mensuratur perfectio hominis. Vide ibi quia multa pulchra & utilia reperies.

Dominica in Ramis. Concio prima.

Multa quæ inducunt admirationem quare Christus cū tanto honore ingressus est Hierosale. Ponuntur quinque rationes ingressus tā solēnis.

In Conciōne secunda eiusdem.

An iudei cognoverunt Christum esse deum aut Messiam. iudei fuerunt obsecrati superbia, inuidia, avaritia & ira. Nota multa de ira. Multa mysteria facta sunt in die palmarum que iudei nescierunt.

In Conciōne tertia eiusdem dominice.

In primo puncto qualiter pax acquiritur per iustitiam, & Christus satisfecit iustitiae diuine.

Secundus modus reformande pacis est per legitimam inquisitionem.

Tertius modus est per consensum vtriusque partis. Quartus modus est mediante arbitrio. Quintus modus est precio vel dono. Sextus modus est per victoriam his sex modis acquiritur pax inter deum & peccatores.

Quarta feria Cinerum.

Habes in salutatione qualiter deus posuit in Maria Thesaurum. figura est in archa thesauri Salomonis. habes in prima parte quare ponuntur cineres Primo quia sumus oves transmittende ad cœlum. Et quasi sicut immaturi. Tertio quia cum omnia sint incerta in morte tanquam loco tuto est collocandus noster thesaurus quarto quia vult Deus comedere panem subcineritum & ad humillandum nobiles genere & ad provocandum diuinam misericordiam & vt celebremus festum nostrum maiori audacia. q[uod]ām celebramus festa aliena. in secunda parte de multiplici thesauro scilicet predestinationis. sacre scripturae. bone conscientie & cœli & qualiter in loco publico est ponendus. differenter emit deus & homines. de qua moneta est thesaurus collegendus. qualiter duplex est moneta significans duplex opus.

Secundus sermo eiusdem feriae.

Qualiter homo faciebat & dorsum. Et dum peccat cōuertit ad deum dorsum & deus similiter cōuertit dorsum ad pectorē & faciē ad cōtritum. Et quid significat arcus & in secunda parte quid sit conuerti ad deum. Et ponit causas nostræ conversionis ad deum. Et qualiter deus ignoscit cōtritus. q[uod]id sit respicere retro. Declaratur p[er] duas figuratas. Exponitur hec auctoritas q[uod]is sit si ignoscat deus & relinquat post se benedictionem.

Tertio

Tertio sermone eiusdem feriae.

Tractatur qualiter conuertitur cor in aridū. Et mare conuertitur in aridam & iordanis conuertitur retrosum. Qualiter peccator id est petra conuertitur in stagna aquarum. Et de duplice percusione facta Christo & qualiter sol id est ratiō conuertitur in tenebras tristitiae. Et qualiter conuertitur aqua amara id est poenitentia in dulcedinem gratiae, quinta conuersio aque in vinum explicantur. Conuersio ad deum totū corde exponitur, simul cum figura Helisei commensurati parvulo.

Sexta feria post Cineres.

Ponuntur tres quæstiones circa dilectionem inimicorum. Et quis est proximus, & dilectio proximi vtrum sit in precepto vel in consilio. Ponuntur modi quibus Christus dilexit nos & signa discipulorum Christi. Et multiplex differentia charitatis. Exponitur auctoritas. Altitudinem cœli. Cum figura putei Ysaac. Exponitur, quod sole suum facit oriri super bonos & malos. Multipliciter comparantur inimici. Comparatur dilectio proximi membris corporis. Ponuntur octo rationes propter quas inimicus est diligendus.

Feria quarta post primam dominicam.

Ponitur excellētia miraculorum Christi & qualiter Christus est figuratus, per virgam Moysi & per manum leprosam & per aquam conuersam in sanguinem. Quod aliter Christus significatur per ionam. Quatuor preparationes contra demonem describuntur. Feria sexta post primā dominicam, in prima parte exponuntur litteraliter multa ē euāgeliō in secunda piscina exponit in quintuplici sensu.

Feria quarta post dominicam secundam.

In primo tractatur iudicium quo condemnari debet peccatum. Mora litter exponuntur traditio, illusio, flagellatio Christi. Declaratur casus honoris, exponitur figura Ezechiel, id est quattuor animalibus. Ponuntur multe rationes de hoc neclitis, quid petatis. Exponitur, quibus paratum est a patre meo per illam auctoritatem. Venite benedicti patris mei.

In eadem feria quarta. Secundus sermo continet septem gradus positos, in psalmo. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo. Declarat illud patrū ab origine mudi. simul cū operibus sex dierū moraliter intellectus.

Feria sexta post secundam dominicam.

Dicitur an iudei Christum cognoverunt esse deum. Ponitur triplex sententia & quo pretio emitur regnum celorum tractatur. Quæ sunt signa quibus cognoscitur esse propinquum regnum dei.

In secundo sermone vinea exponitur in triplici sensu exponuntur species ruris, Et torcular. Ponitur duplex figura passionis Christi.

In tertio sermone eiusdem feriae tractatur ad longum de penitentia, quæ explicatur per vineam. Et varie circūstantiae penitentiae explicantur per septum. Turrī & Torcular declarantur nuntij dei. Et finaliter qualiter occidimus Christum.

Feria quarta post tertiam dominicam.

in sermone inuenies plures comparationes cordis. Et qualiter est reificandum mundum & preparandum. De multipli digestione moraliter intellecta, ite de variis peccatis put in euangelio huius ferie notatur.

Feria sexta eiusdem dominice

Sermo coflatur ex variis expositionibus tam misericordia quam moralibus.

Feria quarta post quartam dominicam.

Primus sermo ponit duos cecos satis differentes. Exponit mystice. Et moraliter illuminationem ceci nat. Ponit septem opera qua manifestauit Christus in illuminando eucum. Dat modum quo salutem est custodiendum.

Secundus sermo eiusdem ferie multa ponit requisita ante confessionem. Declaratur scrutinium quod in quarta feria fiebat in primitiva ecclesia. Declarat omnia sacramenta emanasse a Christi passione. Econtra reperiri in Christo declarat yssum Christi esse necessarium penitentiae nec non spatum quo peccatum expuitur. Sacerdos qualiter linire debet oculos penitentis.

Sexta feria post quartam dominicam in sermone primo.

In introductione extollit Magdalena & inuenitur contra iudeos non credentes tanto miraculo dicit hoc miraculum tubam in lignum figuram. Assignat causas propter quas diligebat Christus Lazarum, & sorores eius dicit. Resurrectionem Lazari esse exemplar resurrectionis generalis declaratur hore duodecim diei. Et quomodo Christi resurrectio est causa exemplaris motu & effectu nostrae resurrectionis. Multa puncta euangeli exponuntur. Et in calce ponitur doctrina contra curantes egredientes corporis, & non anime.

In secundo sermone eiusdem ferie assignantur plures cause quarte lachrinatus est Christus. Et quomodo. Nascendo, viuendo, moriendo se ostendit deum & hominem ploravit Christus in quo notauit tria in fortuna nostra. Ploravit Christus ut doceret nos plagere peccata ubi plura pfecta ponuntur. Qualiter quattuor dies significant quattuor tempora in quibus est figurata resurreccio de siemiu & turbatione Christi tradatur ibidem.

In tertio sermone eiusdem ferie ponuntur infirmitates peccati scilicet superbia & cordis debilitas. Qas deus curat multis rationibus propter quas peccator confidere debet. In prima ratione tractatur de desiderio anime & sinderesi in secunda ratione tractatur, qualiter peccatum comparatur somno & qualiter peccator excitatur. Sicut beatus Petrus est excitatus ab angelo.

In tercia ratione seu eiusdem impedimento. Peccator dicitur mortuus multis rationibus & de bonis que habet homo propter presentiam gratia, & malis propter absentiam homo est similis nauicero nauis.

In quarto impedimento. Peccator dicitur sepultus & propter quid, & qualiter cor peccatori est spelunca latronum.

In quarto sermone eiusdem ferie. Quaestio tractatur an deus denegat gratiam frequentius reciduant, ingratitude reciduitatis ponderatur. Et remedium describitur.

In ultimo impedimento describitur peccator ligatus pravis habitibus quibus

quibus ligatus non potest sargeat quos salvat Christus. In sermone se-
ripius quarte post quintam dominicam.

**Salutaris manifestatio tres fratres opis in quibus beata virgo assimila-
latur.** Qui quoties festum templi celebratur. Deditate ecclesie Echo
nore illi exhibendo. Et qualiter Christus fundavit & dotauit ecclesiam
dicitur & honore dotauit truce, dotauit yungeribus, dotauit fortitudi-
ne sua, declaratur. Oratio humilantis se nubes penetrat.

Secundus sermo declarat multa de euangelio. Et hunc ponit, qui que innovationes alium & illas exponit moraliter. applicando moribus.

Sexta feria post quintam dominicam.

In sermone describitur in moraliter concilium contra peccatorum. Ponuntur ad vocati & eorum allegationibus respondentur. peccator plura signa
mortis aeternae facit comparatur filio prodigo in quinque. intellectus con-
paratur Cayphe propter Tria & de tribus prophetare debet. Expedit ut
vnius homo id est liberum arbitrium moratur. Et ponit causas propter
quas mori debet. Ponuntur peccata proprie voluntatis, & qualiter con-
demnanda est in concilio misericordia.

Secundus sermo eiusdem serie describit multas differentias iudeorum,
Est triplex concilium collectum contra Christum scilicet monopoli. Ra-
tionum apparatum, & praevarorum operum. Et quomodo totus mundus
colligit concilium contra Christum. Multi longo tempore liberant de
obsequio deo exhibendo, & non executioni tradunt & quomodo non est
concilium contra dominum id est contra negotia domini quid requiri-
tur ad prophetiam de triplici gratia existente in Christo differit.

**Sermo primus quinte feria in cena domini exponit litteram euange-
lip.** Et nota Christum vivere quadruplici vita. Exponit optime trahit
ex hoc mundo ad patrem. Et qualiter pater omnia tradidit ei a manus
suas, & propter hoc nihil nobilitatis perdidit Christus in locione pedum.
Et propter quid Christus dicitur dominus & magister, & qualiter est exem-
plar perfectionis & multa alia continentur in expositione littere.

**Secondus sermo eiusdem serie declarat altitudinem latitudinem lon-
gitudinem & profundum amoris Christi.** Et quadrupliciter exponeat in
item dilexit eos compatis: lotionem pedum passionis. Expavit dispositionem
vestium & lotionem anagogice. A qualauatorijs expavit mo-
raliter & mystice de passione Christi.

**Tertio sermo declarat institutionem eucharistie, & ostendit infinitam
potentiam & infinitam sapientiam & bonitatem esse requisita ad institu-
tionem sacramenti caue ex euangelio ostendit esse necessaria.** Multas
figuras applicat sacramento. Cenam vestes lotionem pedum mystice ex-
ponit de sacra nocte que quadrupliciter digeri debebat & multa alia in-
culcantur in hac canticione que ibi vidore poteris.

Feria sexta in parasebe.
Salutatio declarat amorem virginis superasse omnem amorem ma-
trimonii & ex consequenti habuisse maiorem compassionem super omnes
mulieres. Et ponit multas causas maioris doloris in introductione ope-
ditur passionem Christi excedere omnia opera dei. Et qualiter mundu-
mus est

est renatus per Christum passionem posuit torrentem figuratum secundum
figuram in quibus figuratur passio Christi.

In prosecutione sermonis tractatur an meritum processit incarnationis
item declaratur figura insolationis Isaiae & thema assumptum respondet
per singulas partes. Ponitur separatio christiana in duas sanctissimas, &
declaratur ecce homo.

Et si ex his quinque existunt, scilicet in libro 81. capitulo 1. folio 1.
In libro 1. capitulo 1. folio 1. et 2. In libro 81. capitulo 1. folio 1. et 2.
In libro 1. capitulo 1. folio 1. et 2. In libro 81. capitulo 1. folio 1. et 2.

En Egrotante auctore hic Tomus traditus
est typis ideo tot errata emerserunt.

Aliqua alia inuenies qua tu eoti
nuo per te ipsum corige.

re poteris.

In indice homi selecta pro selecta, 3. f. in cedula consonant pro con-
sonant in ea deficit facere, similiter ad annus impletuerit, fol. 17. in.
lit pro lauit opera pro operum, fo. 2. co. 1. reliquiarum pro reliquiarum
fo. 23. co. 2. amatores pro amores, fol. 19. proli. libro. fol. 47. co. 2. labia
sua pro tua, f. 55. unum pro viii. f. 46. superest benignus, f. 52. peccator
pro pictor, fo. 73. sequenter pro sequentur, co. fo. rearu pro statu, f. 74. pa-
schapro pacuia, co. f. 2. c. propositio pro proportione, fo. 80. 2. co. hu-
manitatis pro veritatis, ca. 10. qui pro quia, co. c. abundantia pro abscondi-
ta, f. 103. c. 2. pro pro per in ea, c. 2. superfluit mecum, in ea, co. cum pro est,
fo. 90. 1. co. superfluit ad gaudere, c. superfluit custodie, co. f. ca. co. ires
pro iret transiret pro transiret, fo. 92. 2. c. verum pro vera, f. 95. 1. co. sug-
gestionem pro suggestione, f. 96. metus pro motus, co. f. c. 2. multa pro nul-
la, co. f. co. 2. enterata pro inueterata, f. 98. c. 1. debeat pro dicebat, f. 99.
co. 1. li. 2. 3. hic pro hij. ca. co. li. 2. 5. faciem pro faciem, f. 100. lin. 2. 7. apus
pro aptus, f. 101. 1. co. li. 1. mirabile pro mirabiles, co. f. 2. c. li. 2. 1. virtu-
tis p. virtutes, fo. 105. li. 16. & pex diuersis, f. 16. co. 1. li. 3. 5. seruabat pro
seruanit, f. 107. co. 2. li. 4. potentie pro potentia, f. 108. co. 2. li. 3. 1. quan-
do pro quanto, f. 100. c. 2. li. 2. superest, a. co. f. c. 2. li. 17. ergo dicit pro di-
cit, co. f. co. c. li. 34. ministrabat pro ministrabit, co. f. c. 2. li. 2. 7. prope pro
proper, f. 112. co. 2. li. 6. semen pro semel, co. f. co. 2. li. 2. 3. deficit qui in
linea proxima supfluit qui, f. 110. c. 2. li. vltima, custodie p. custodi, f. 123.
co. 2. li. 5. ostendam pro ostendo, co. f. c. 1. li. 18. superest adeo, in li. fe-
quenti quod pro & fo. 124. co. 2. li. 7. posset pro esset, fo. 125. c. li. 6. ali-
ter pro n. oraliter, f. 126. co. 1. li. 2. quin p. quia, co. f. ca. c. li. penul. suum
profundit, co. f. co. 2. li. 6. emisti, pro emisisti, ca. co. li. 13. deficit & fo. 128.
co. 1. li. 2. 1. deficit, in ea, c. li. 3. 2. ex pro & f. 131. co. 1. li. 9. repugulo pro
repagulo, forr 36. in. li. 7. omnipotentiam pro potestatem, f. 137. co. 1. li.
2. 2. congregans pro congregas in ea, co. li. 6. superest miles, in eo. f. ca. c.
li. 3. 6. deficit, non, f. 123. c. 2. li. 2. 8. eius, ad occasionem pro ouis ad occi-
sionem, f. co. deficit, implet, li. 3. co. f. quod pro quia, f. 126. p. sol. limum
a li. sequenti, ibi album pro rubeum, f. co. c. 2. li. superest, non, luceret p.

lucet. fo. 130. co. 1. li. 1. 6. arma pro archa. f. 133. vtetur pro vtebatur. fo.
135. li. 20. terebat pro tenebat. eo. f. & co. li. 26. emungit pro emungis. 6
133. li. 12. sedula p schedula. in. li. proxima superest. ore ferenda. f. 134.
eo. 2. li. 27. quæ pro quem. fol. 139. di. 13. notarij pro notorij. in. co. f. e. 2.
li. vlt. vlt. provisio. f. 142. li. 12. superfluit. vocatur. eo. f. e. ca. li. 19. fit. p
fit. f. 145. c. 1. li. 24. credit pro creauit. ibi impugnamus pro impugnamur
f. 150. li. 6. angelos pro angulos. f. 151. t. co. 2. li. 25. affixa pro affixe in ea.
li. illas pro illis. f. 143. c. 2. li. 18. deficit bonitatis ad ly modicum. f. 144.
2. co. li. 18. vt pro tot. f. 146. c. 2. li. 1. commutatio pro conuersio. eo. f. li.
9. assignauit pro effugauit. f. 147. c. 1. li. 21. fenerunt pro fecerunt. eo. f. li.
29. occipimus pro occidamus. folio. eodem columnā. 3. linea. 29. gene-
re pro negare. fol. ibi. lin. 1. promissione pro permissione. fol. 163. c. 2. li.
8. demum pro domum. fo. 163. co. 2. li. ante penul. filis pro illis. fo. 167.
c. 1. li. 12. stio pro sicut. f. 169. c. 1. li. 2. ex nobis pro vobis. f. 208. c. 1. li.
33. superest. non. f. 217. co. 1. li. antepe. tangitur pro frangitur. fol. 209.
col. 2. qua pro qui. in. ea. c. li. 13. reuocandi pro renouandi. f. 205. c. 1. li.
penul. fleuit p fleet. f. 216. c. 2. li. 16. moratur pro mortabatur. eo. f. & co.
li. 22. conferat pro attingat. f. 217. c. 1. prophetabat pro prophetat. eo. f.
& co. li. antepe. tangitur pro frangitur. f. 219. c. 2. li. vlt. mori. pro vt mo-
ritetur. f. 221. c. 2. li. 14. combates pro golpes. f. 225. co. 1. li. 12. diorno
p diuino. f. 230. t. c. 1. 3. benignitatē. eo. f. c. 1. 1. vlt. nō vadit. i. nō videbit.
f. 229. c. 1. 30. naui p. noui. f. 231. c. 1. 1. 9. fidē p fine. f. 232. c. 2. li. 14. vi-
de p iude. f. 233. c. 1. li. 14. percati amini pro percuciamus. f. 235. co. 1.
li. 3. vulneribus pro voluctibus. f. 236. co. 1. li. 1. preparatus pro prepara-
ti. f. 239. co. 2. li. 2. vnicia p vnitā. f. 277. c. 2. li. 1. deficit. gratia. cod. fo. c.
li. vlt. rotundam pro rotunda. f. 178. co. 1. li. 28. dei. p deum. f. 144. c. 2.
li. 3. 2. deficit portati. f. 249. co. 2. li. 6. deficit. Magis. proprium.

FINIS.

SERMONVM AC HOMILIARVM


R. P. FRATRIS GASPARIS
LEGIONENSIS, ORDINIS MI-
norum Compostellanae Pro-
vinciæ.

Tomus primus.

Sermo primus de Dominica prima aduentus.

them. Ecce rex tuus venit tibi.

Matth. 21.



N H O C sermone multa curiosè & subtiliter, & etiam vtiliter de incarnatione tractabuntur: explicando euangelium. In cuius expositione quinq; sunt explicanda, quæ communiter interrogari solēt, in aduentu alicuius Embasiatoris à rege missi, siue legati à summo Pōtifice missi. Primò enim interrogamus, vnde iste legatus venit. Euangelium affluit Christum venisse à Bethania: quia secundum Ioannem, an. **Ioan. 6.** te sex dies Paschæ erat in Bethania conuescens: & vnuſ ex discubentibus erat Lazarus. Inde recedens venit Hierusalem. Bethania interpretatur domus gratiæ, seu domus obedientiæ, seu domus afflictionis. In histribus interpretationibus, tres rationes notantur, propter quas Deus assumpſit nostram natum. Prima ratio, est charitas seu gratia: ad ostendendam maximam dilectionem & charitatem, quā Deus circa nos habebat, factus est homo, sic **Ioann. 3** Ioannes explicauit dicens. Sic Deus dilexit mundum vt filium suum, vngentū daret. Secunda ratio est obedientia: **Ioān. 14** Ioannes explicat dicens, mādatum habeo à patre, quod Christus acceptauit dices, volo mori. Et sic secundum Apostolum, factus est obediens, vsq; ad mortem, morte **Ad phi.** autē crucis: propter quod & Deus exaltauit illum &c. Tertia **2.** **b** ratio

Tomi. I. Sermo. I.

ratio est ut satissacet et iustitiae diuinæ quæ homines puniebat
& vindictam de illis capiebat: eos æterna poena puniendo. Cui
iustitiae nullus satissacere poterat, nisi solus Christus: creature
autem satissacere non poterat quia finiti ad infinitum nulla
est proportio. Deus autem factus homo perfectè satissicit: quia
Christus in quantum homo satissicit sibi in quantum Deus.
hæ rationes notantur in noīe Bethaniæ. Secundò interro-
gamus per quæ locis res sit. Per se etiam in medium quæ du-

gamus per quæ loca transit. Respondet euangelium, quod ve-
nit Bethphage, ad montem oliuarum, Bethphage dicitur do-
mus buccæ, & in hoc pōt notari quarta causa seu ratio ppter
quā Deus factus est homo. s.vt adimplerent prophetie prophè-
tarū: nā oīa promissa prophetis & sanctis patribus, in testame-

Bto veteri: compleuit Deus in nouo. Vnde in hoc euangelio dicitur. Hoc totum factum est, ut adimplerentur scripturæ. Sed hæc non est causa propria motiuæ, mouendi Deū ad incarnandum, sed potius est effectus incarnationis, facto autem deo nomine, & completis cæteris articulis quos de Christo credimus euenit ut scripturæ implerentur: Et hydrie, i. scripturæ, imple-

Ioann. 2 te aqua. in sensu literali: mutata sunt in vinum. in intelligētiā mysticam sacerorum mysteriorum, ad Christum pertinentiū.

C Secundus locus, in quo venit: est mons oliuarum: in quo figura virgo Maria ipsa. n. potest dici mons oliuarum: in quo de qua orta est oliva speciosa in campus scilicet Christus de-

Hiere. & de qua oīta est oliua ipsiōla in campis. item et Christus. de
qua Hieremias. Vocauit dominus oliuā berem & speciosam
pulchram fructiferam, nomen tuum. Oliua vocatur Christus
quia oīlī Romani in signū pacis, offerebāt oliuam. Sic Christus
tāquā pacem afferens, inter dēū & hominē, dicitur oliua.
Dicitur etiā oliua, quia pacē faciēs his qui ppe & his q longe.
Ipse est pax nostra qui fecit vtraq; vnum. Oliua in conuiuis

**Ad E-
phe.2** est ultimus fructus: Et Christus est ultimus fructus expectatus in conuiuio ecclesiae. frustra expectatur alius messias. Dicitur etiam oliua, quia oliua condita non est digito tangenda: alias

Ioan. 20 to. i. experientia siue ratione naturali, cognoscere non debemus.
Sic Christus dixit Magdalene. Noli me tangere. i. non confides
Ioan. 20 me ut hominem: fide. n. & non cognitione naturali attin-
gendum sum, quia beati, qui non viderunt & credederunt.

Tertio quæritur, ad quid venit? Respondet Euangelium,

lium. quod misit duos discipulos suos: vt irēt in Castellum & adducerēt asinam & pullum. Hi discipuli erant Petrus & Phe
lippus, per hoc figuratur fides & notitia scripturarum. In Pe- D
tro fides qui dicitur cognoscens, in Philippo notitia scriptu-
rarum: qui interpretatur os lampadis. Nato domino, statim
lux circumfulxit pastores. Nam antequam esset homo, posue-
rat tenebras latibulū suum, sed statim nato domino: fuit nox
quasi illuminatio in delitiis, vt dicit psalmus & statim totus
mundus illuminatus est, et lux vera luxit in tenebris, i. in figu-
ris Prophetarum. Nam sicut inter lagenas absconditæ sunt
lucernæ: quibus visis tota ciuitas corruit, vt dicitur iudi-
cum. 7. c. sic lucernæ. i. sapientia diuina, potentia, & cæteræ di-
uinæ perfectiones in nostra humanitate quasi in laterna sunt
absconditæ, quibus apparentibus in miraculis à Christo fa-
ctis: totus mundus corruit à sua perfidia & idolatria & cre-
didit Euangeliō.

Quarto interrogamus in quo venit, Respondetur. Asina
& pullus Christo fuerūt adducti, liberam culpa creavit Deus F
animam, imò ornatam iustitia originali: corpus verò liberū à
poena, sed per peccatum fuit ligata anima peccato, & corpus
obnoxium poenis innumeris. Hos præcepit Christus adduci
quia totum nostrum assumptis. s. animam & corpus: animam
tamen liberam à culpā accepit: quia dimissis peccatis nostris
& imperfectionibus, assumpsit nostras poenas & labores. Per
duos discipulos possunt intelligi, litera & spiritus, quibus nū-
ciauit suum benedictum aduentum. Multæ autoritates ad lite-
ram sonant deum futurum hominem: quæ aliter nullam con-
tinent veritatem: nec consonantiam, vt est illa. Ecce virgo con-
cipiet & pariet filiū & vocabitur nomen eius Emanuel. Aliæ
spiritualiter & mysticè intellectæ Christum figurat: vt somnus
Adæ: archa Noë: scala Jacob: venditio Joseph. & immuraria alia
in sacra scriptura contenta.

Quinto solet interrogari, quomodo veniunt? an veniunt G
vt pauperes, an vt magni domini? De modo quo Christus ve-
nit dicit euangeliū. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, & sedes.
In qua autoritate sunt multa notata digna. Primo habes do-
miniū eternū: qd alii reges sunt temporales: magnificus, dans li-
beraliter seipsum: mansuetus: quia nomen regis inter oēs na-

tiones erat odiosum. Inter Romanos, vt patet de rege Tarquino superbo: inter Hebreos, vt patet quando dominus per Samuelem explicauit conditiones duras, quas habituri erant reges quos Iudei petebat, vt patet in. i. li. Reg. sed hic rex totus est noster: nam participat de conditionibus omnium creaturarum intellectualium: creauit Deus Adam & Euam in statu innocentiae, de quo statu Christus accepit innocentiam: quia sine peccato conceptus est: de statu peccatorum accepit peccatas, dimisissis illorum culpis. Nam primam vocem emisit plorans: de statu beatorum gratiam & gloriam assumpsit & sic omnibus omnia factus est, vt omnibus subueniret. Sequitur,

Sap. 7

Esa. 30.

1. Cor. 2.

Esa. 6.

venit, quia ecce nomen domini venit de longinquo, & sicut radius solis penetrauit vitream. i. virginem, venit etiam sicut imago in speculum, intrauit sicut aqua dulcis maris intrat in vas ceræ. Dicitur ultra in autoritate, tibi, sicut lux ad illuminandum mun'um venit sicut precium nostræ redempcionis: sicut socius nostri itineris: tanquam vexillum quod in pugna huius vitæ sequamur: tanquam signum dirigen's sagittas nostras. s. amores & intentiones. Sequitur in autoritate. Mansuetus, venit. n. vt confundat & destruat mundi honores, & exaltet virtutem humilitatis, pugnauit. n. contra principes mundi & tenebrarum harum, armis humilitatis. Hoc est singulare genus victoriae vincere fragilibus armis. Non fuisse praetexta Victoria, vincere armis infinitæ potentia, quia nullus ausus fuisse contra Christum pugnare, quia fidominum glorię cognoscissent (dicit beatus Paulus) nunquam crucifixissent. Venit etiam sedens, sessio haec significat incarnationem. sedens habet magis coniuncta caput & pedes, sic in incarnatione verbi appropinquauerunt caput. i. deitas, & pedes. i. humanitas nostra in unitate personæ. De hac sessione, Esa. vidi dominum sedentem. i. humiliatum: super solium excelsum & eleuatum. i. virginem, fuit virgo solium excelsum eleuatum super omnes Angelos, natura angelica excelsior est virgine in naturalibus; sed virgo in gratuitis est magis eleuata: quoniam multiplicita gratia & varietate virtutum est ornata. Contingit q[uod] vnus torquis aureus superet alium in auri preciositate, sed superatur ab alio in calculaturis & artificio miro: sic angeli in naturali dignitate

gnitate sunt perfectiores virgine, sed virgo superat omnes angelos in gratiis multiplicibus, donis & virtutibus & gradibus gloriæ. Quia de causa ecclesia eam exaltat super choros angelorū. Caput Christi est conceptio & incarnatio: in quibus plura fecit Deus miracula. In natuitate egrediēs tanquā radius à sole: relinquens matrem virginem: & sic caput est ve- latū, pedes Christi similiter sunt velati: quia passio eius mirabilis abscondita est ibi eius fortitudo infinita sapientia dum taceret impassibilitas, maiestas sunt absconditæ. Resurrectio per pedes figurata fuit mirabilis corpus est discoopertū quia (vt beatus Ioan. dicit) audiuimus & vidimus & manus nostræ 1. Ioā. 1. contredauerunt, de verbo vitæ. ¶ Sequitur vltra in prædicta autoritate (super asinam) per hanc asinam figuratur natura humana: quæ sedes Dei & sc̄ abellum eius appellatur: hoc animal frequenter ceditur: laboribus aptum est: utile est habēti, si Christus in quantum homo frequenter est cæsus à iuuen- tute vt ait. Psal. in laboribus à iuuentute mea: labores eius no- bis fuerunt utilissimi, quoniam illis nobis meruit gratiam & gloriam 1. De hac asina. Psal. testificatur, tanquā iumentum fa- etus sum apud te, & nesciui & ego semper tecū, pōdera quod hæc humanitas benedicta semper deo fruebatur secundum superiorem portionem & licet summè tristaretur, nūquam à deitate est derelicta hac ratione dicit. Ego semper tecum, & li- cet Christus conquerebatur dicens. Deus deus meus quare me dereliquisti: humanitas erat priuata diuino fauore quo- niam erat relicta vt magis pateretur, quantum possibile esse in sua naturali potentia: vt copiosa esset redēp̄io: non tamen erat relicta præsentia diuinitatis. Pondera nesciui, in quo notatur Christum non habuisse causam mortis suæ quoniam Christus peccatum non fecit. sic Pilatus testatus est dicens. Ioan. 18. Nullam causam mortis inuenio in homine isto: ac si diceret, omnes homines sunt iustæ morti adiudicati: & à iustitia 1. Pet. 2. diuina ad mortem temporalem, & æternam con- nor. 1 demnati præter hominem istum qui pec- catum non fecit, nec inuenitus est dolus in ore eius, qui gloriam nobis concedat. Amen.

Sermo secundus Dominice prime aduentus. Thema.
Respicite & leuate capita vestra quoniam appropinquat
redemptio vestra.

Ecclesia docet nos gratificare deo beneficia sua:quia sicut
peccatori cum non emendatur, omnia peccata sua imputantur illi ad poenam: sic ingrato omnia beneficia & dona ad culpam imputantur: quia beneficia agravant eius culpam lo-
hazent mas culpado: quia circumstantia culpæ valde grauis,

H est ingratitudo.ratio est, quia beneficiis quibus aliis efficitur melior, fit ille malus: quia beneficia datoris communiter faciunt bonum & gratum recipientem. Quādo ergo cum illis fit malus & ingratus: omnium peccatorum peior peccator est sicut porcus comedens glandes nec respicit aut leuat caput ad decutientē & iactantem glandes aquien se las varea. Sic ingratus non respicit Deum, omnium bonorum largitorum. Dixit ergo Christus in euangelio & representat hodie ecclesia dicens. Respicite & leuate, &c. quasi dicat: quia inter omnia beneficia diuina maximum est incarnationis & redemptionis, respicie ergo & leuate capita vestra quoniam appropinquat redemptio vestra.

Tota intentio sermonis versabitur ad exhortandum ad amorem diuinum quoniam ad hoc ecclesia quolibet anno facit nobis esta remembrança vel memoriam aduentus domini & hoc reducit nobis in memoriam Christus dicens, leuate capita vestra.

Doctores sancti in hac materia aduentus querunt de una questione curiosa & fructuosa, scilicet cur Deus redemit peccatum hominum & non angelorum? Bernardus alloquitur deum sic. Domine in Esaiā legi quod peccatum luciferi & adae fuerunt æqualia. Esaias. i. principes tui infideles & socij fuerunt: exponitur sic. Princeps angelorum lucifer, & princeps

I. hominum Adam & quia ad imaginem & similitudinem dei creati latrones ambo fuerunt: quia alter omnipotentiam fūrari voluit dicens ponam sedem meam in aquilone & similis ero altissimo. Et alter omnem scientiam voluit furari: quia di Esa. 14. Etum est illi. Eritis sicut dij &c. Ambo cōmiserūt crimen læse Gen. 3. maiestatis peccantes contra honorem diuinum, peccata fuerunt

De Dominicā. I. aduentus.

runt æqualia: a tributa diuina sunt æqualia quia omnia sunt infinita. s. omnipotētia, omniscientia, clementia, misericordia, &c. quomodo ergo peccata tam differēt: quia homini pars & reparas faciendo te ipsum hominem & non angelum? sed & maior ratio apparebat ad reparandum angelum quam hominem, scilicet maior cognatio cum angelo quam cum homine: & maior nobilitas angelī quam hominis. Nonne dicit Augustinus duo fecisti domine, vnum prope te, aliud prope nihil. i. Angelicam naturam & materiam primam infimam, &c. Ecce cognatio de nobilitate Propheta dicit. Quomodo cecidisti lucifer qui mane oriebaris, omnis lapis preciosus operimentum tuum, &c. Vnde oportebat potius succurrere nobiliōri. i. angelo, quam minus nobili, scilicet homini quia in pari causa necessitatis & delictorum potius succurrendum est nobili quam ignobili: sicut melius est facere elemosynam pauperi nobili quam ignobili: & inter duos delinquentes minus est agendum cum nobili quam cum ignobili: imo si nobilis est vnicus artifex in arte sua, secundum leges non est pro capitali crimine occidendus sine consultatione principis. ad be-Cum ergo lucifer sit tanta excellentia & nobilitatis potius stias ff. erat redimendus quam homo: primitus homo & lucifer fuerunt æquales in donis, loco, & peccato: in donis quia angelus fuit creatus in gratia secundum opinionem communem: & perseverauit in illa per aliquam moram quia de illo dicitur. Perseverans decorum fuit. Sed nemo repete fit summus, & homo fuit creatus in iustitia originali æquitalēti gratiae secundum communem opinionem Theologorum: similes etiā in loco creationis quia angelus in cœlo, Adam in paradiſo de quo sancti scribunt mira, similes in peccato: quia ambo contra diuina aatributa maxima, scilicet omnipotentiam & omniscientiam (vt dictum est supra) vnde Christus licet Propheta, nomine Christi dicit. Quæ non rapui: tunc exolvebam: certè Christus Psal. 68 non rapuit omnipotentiam nec omniscientiam dei cum sit splendor, & figura substantiæ illius. Ideo exaltavit illum deus: concluditur ergo quod fuit æqualis ratio medēdi vtriq;: imo maior medēdi angelo quam homini vt superius dictum est. Re-Prima spondet primo Bernardus in sermone huius festi dicens: quia ratio. peccatum angelī fuit maius quam peccatum hominis: quo-

Tomi. I. Sermo. II.

- niam angelus peccauit contra omnipotentiam: homo contra omniscientiam; unde sicut maius crimen lesæ maiestatis esset si quis assereret regem non habere ius ad regnum quam esse insipientem: sic maius peccatum est negare in Deo omnipotentiam quam omniscientiam: hanc grauitatem attentes
- Ioā.19. Iudei dicebant. Non habemus regem nisi Cæsarem: hæc ratio non multum valet quia attributa diuina sunt æqualia quia sunt infinita: ideo utriusque peccatum fuit infinitum ex parte
2. Ratio offensi. Vnde alii dicunt: quia Angelo limitauit tempus gratiæ suæ: sed Adam non limitauit tempus iustitiae originalis: quod exponitur sic: creauit deus Angelos in gratia sed non confirmatos in gratia: quoniam ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles: similiter hominem primum creauit in iustitia originali: similiter sine confirmatione: sed in libero arbitrio ut posset illam perdere: sed quia angelis limitauit tempus. scilicet ad primum motum liberi arbitrij ut. scilicet si primus motus esset in deum: confirmaretur in gratia: si vero post motus esset contra deum, confirmaretur in peccato suo; hanc limitationem non posuit homini, sed hoc est vaticinari. & ex scripturis nullam habet autoritatem & eadem facilitate contemnitur, qua probatur.
3. Ratio Aug. L. Alii dicunt quod Angelus fuit contentus cum bonis naturalibus & gratuitis: ideo non procurauit nec concupiuit æterna; homo autem sic, quoniam fecit deus hominem ut sumimum bonum intelligeret intelligendo amaret, &c. Hæc ratio est magna ponderis pro doctrina Christiana contra peccatores frumentos bonis temporalibus & non procurantes æterna qui peccant mortaliter peccato avaricie: quoniam est maxima perueritas frui utendis: bona enim temporalia contulit deus homini ad usum, non ad gaudium & fruitionem: ideo dicit dominus in Euangelio. Primum querite regnum dei & iustitiam eius & omnia hæc adiicientur vobis. vñ ergo qui non procurat æternam: sicut cœruus desiderat fontem aquæ, sic homo stimulatus, o atoso, a negotiis mundi & peccatis, desiderare debet fontem aquæ viuæ. scilicet ipsum deum: & qui non verè desiderat deum, non potest verè dicere. Pater noster qui es in celis, adueniat regnum tuum: sed est contentus regno terrestri & qui habet terram est in continuo bello: quoniam unus eiicit aliū & luditur a saca el pie del oyo. Hæc ratio licet Christianis sit proficia: men
- Matth. 6. Psal. 41.

tamē sicut præcedens nihil valet: quia similiter est diuinare.
 Diuus Augusti. in de mirabilibus sacræ scripturæ assignat 4. Rō.
 aliam rationem quæ videtur aliquantulum valere. s. quod an- M.
 gelus desperauit de venia: homo vero nō: verba Augusti sunt
 hæc. Hoc maxime accedit ad cumulū peccati dæmonis quia
 post peccatum suum statim in foueam desperationis incurrit
 si enim de peccato suo veniam sperasset, nunquam hominem
 peccare persuasisset: qui. n. de peccato suo veniam desiderat,
 nunquam illud augmentare procurat, hęc ille. Ex cuius dicto
 sequuntur tres doctrinæ Christianæ, omissa pro nunc effica-
 cia suæ rationis in proposito principali: prima quia maius
 peccatum est peccare sine spe veniæ & misericordiæ dei, quā
 peccare cum spe veniæ & misericordiæ dei: quod intelligitur
 quando illud sine spe veniæ ponitur positivę. s. quia peccator
 quando peccat considerat ipsam diuinam misericordiam: sed
 recusat illam & non vult illam: tunc. n. quia non solum offendit
 dei maiestatem sed etiam misericordiam parui pendens
 certe amplius peccat: quia si sine spe misericordiæ diuinę pec-
 casset priuatue. i. non considerando pro tunc ipsam miseri-
 cordiam diuinam. Hæc Franciscus Mayronis in cōmentariis
 super Augu. probatur etiam hoc, quia differt valde in poenitente
 habere propositum emendandi vitam suam priuatue.
 I. positivę: quia secundum aliquos sufficit priuatue. i. q. pro
 tunc non habeat propositum peccandi: sed secundum verio-
 rem opinionem requiritur q. tunc cogitet de peccato actuali-
 ter, & habeat positivę & actualiter propositum contra pecca-
 tum. i. emendationē suę vitę Secūdo sequitur ex dicto quin-
 to Aug. q. minus peccat qui ex fuatione alterius peccat quam
 qui ex se ipso peccat: quia peccatum videtur minus habere de
 voluntario, & peccatum adeo est voluntarium quod si nō es-
 set voluntarium, non esset peccatum Tertio sequitur quod in-
 ducens alium ad peccatum tam gravioriter peccat, quod videtur
 desperare de venia, saltem pro tunc quia si non desperaret de
 venia nullo modo induxisset alium ad peccandum. Aduerte
 ad has doctrinas Christianas. Nūc ergo ratio Augustini prin-
 cipalis est, quia peccatum hominis meruit remedium: pecca-
 tum angelii nō, quia angelus desperauit de venia, homo verò
 non: sed etiam posset dici contra hanc rationem quia est diui-
 nus b. s. nare:

Tomi. I. Sermo. II.

nare: quis n. scit q̄ angelus desperauit de venia: homo non de-
sperauit de venia?

5. ratio. Tu ergo dic quod vera ratio & causa quare deus redemit
hominem & non angelum est, misericordia domini: quia nō
sumus consumpti. si enim in legibus ciuibus quando nō in-

N uenitur ratio dicimus: quia sic volo, sic iubeo, sit pro ratioe vo-
luntas, quare ergo in hac condemnatione non dicemus: sic vo-

Gen. 3. luit deus? ideo statim post peccatum hominis deus dixit. Ecce
Adā quasi vñus ex nobis factus est sciēs bonū, & malū quasi
dicat, ex quo ab ēterno præuisa est creatio hominis & post
creationem peccatum, & post peccatū remedium. Ecce Adā
peccando quasi vñus ex nobis factus est. quia deus præuidit
filium suum hominem futurum & vniturum sibi naturā hu-
manam sumptā de Adam in vnitate suppositi: ita vt deus sit
homo & homo deus: & sic propter certitudinem huius præ-
stinationis quasi vñus ex nobis factus est. i. ex psonis diuinis.

6. ratio. Augustinus dicit de cathechizandis rudibus. Propter hoc
deus maxime factus est homo vt per hoc cognoscat homo
quantum diligit illum deus: quia sic deus dilexit mundum vt

O suum vñigenitum daret: & sequitur, vt omnis qui credit in
eum non pereat sed habeat vitam ēternam, hæc ibi. ò verba
ignita, digna magna ponderatione: in fornace ignis diuini cō-
flata: quia amor est tam excessiuus quod non seruum dedit,
sed filium: non ex pluribus filiis sed vnicum: & tradidit illum
volūtati hominum dedit ad nostrum coimmudum: vt omnis
qui credit in illum non pereat sed habeat vitam ēternā. Vnde
maiorem obligationem habet minor filius ecclesiæ, quām o-
mnes sancti veteris testamenti: quia nos habemus bonum in

Iob. 9. possessione, illi autem in spe. Facit ad hoc illud Iob. Dies mei
velociores fuerunt cursore: transierunt velut naues pomaria por-
tantes: fugerunt & non viderunt bonum: omnes enim patres
veteris testamenti quasi cursores fuerūt adducentes nuntiū,
id est, nueas aduentus domini: & quasi naues gaudētes odo-

Gen. 27 re illius de quo dicitur. Ecce odor filij mei sicut odor agri ple-
ni: non viderunt illud bonum vniuersale, scilicet deum homi-
nem factum. Concluditur ergo quia potissima ratio redimē-
di hominē fuit, vt nos obligaret ad diligēdum deum. Ideo ex-
hortatur ad gaudium dicens leuate capita, id est, intentiones
ad deum

ad deum quoniam appropinquat redemptio vestra loquitur
hominibus redemptis & non angelis quia nusquam angelos
apprehendit sed semen Abrahæ: maiorem cognitionem acce Ad he-
pit nobiscum quam cum angelis: quia angelis dedit, & nihil bræz.
ab eis accepit: sed nobis dedit suam deitatem, & à nobis acce-
pit nostram humanitatem. Ideo in Hieremia. In charitate per Hiere.
petua dilexi te ut darem tibi gloriam æternam, quam nobis 31.
concedat Iesus Mariæ filius.

Sermo. 3. Dominicæ primæ aduentus de Epistola.

Thema. Hora est iam nos de somno surgere.

Beatus Paulus in epistola hodierna ponit plures rationes
propter quas à somno peccati exurgere debemus, quæ
sunt sicut excitatores, loquitur quasi hominib⁹ graui somno
sopitis. **P**rimus excitator est tempus. Vnde dicit hora est: iā
nos de somno surgere: preciosa est mereatio temporis, maxi-
mè si illud mercari possimus: in nundinis alterius vitę in eius
emptione sancti acquirerent maiorem gloriam iuxta illud
Pauli. Quę retro sunt obliuiscens in anteriora me extendo: **A**d phi.
etiam in emptione temporis in purgatorio puniti lucrarentur: 3.
& etiam damnati in inferno lucrarentur in mercatione tem-
poris: sed solum lucramur in nundinis huius vitæ cognoscen-
do preciositatem temporis: præsertim cum de tempore non
habemus nisi nunc: Exhortare illos qui tempus perdunt, di-
cunt passemos tiempo: cum tempus ex se transeat: sunt sicut
pueri mittentes sortes cum paleis in manibus & non apparēt
nisi summitates palearum: sicut deus nobiscum ludit ostendens
apicem temporis, scilicet nunc in manibus tuis sortes Psal. 30.
meæ: sunt etiam similes debitорibus dissipantibus bona sua:
sic sunt malè expedientes tempus.

Secundus excitator est cura surgendi: volens enim surgere
mane, orat aliquem ut excitet eum summo diluculo: sed præ-
cipue excitatur propter curam surgendi: sic peccator excitatur
à cura quam habere debet surgendi à peccato: ideo Paulus
exhortatur nos à somno surgere dicens verbum Thematis
figura de homine vulnerato & cōmendato stabulario: dixit sa-
maritanus curam illius habe: sic Christus cōmisit rationi cu-

2. Reg. 4 ram animæ ne cōtingat sicut Isboseth. i. peccatori: quia puel-
la purgans triticum, id est, ratio quæ euigilare debet in sepa-
rando preciosum à vili obdormit somno peccati: & tunc
Isboseth. i. peccator percutitur in inguine. l. delectatione, &
moritur consensu peccati.

Tertius excitator, sunt dei beneficia: ex quo dicit. Nunc
propior est nostra salus: Nox autem præcessit, dies autem ap-
propinquauit: per diē intelligit sumnum beneficium incar-
nationis, & per noctem intelligit legem veterem: quia operari
nocte est valde laboriosum & in modico fructuosum: sic ope-

Actu. 15 ralegis veteris erant valde difficultaria. Vnde Petrus. Quare im-
ponitis iugum quod nec vos nec patres vestri potuerūt por-

Luc. 5. tare: erant in fructuosa: quod innuit beatus Petrus cum dixit.
Per totam noctem laborantes nihil cepimus: oppositas con-
ditiones sortiuntur opera meritoria in lege noua: sunt facilia,
quia iugum meum suæ est & onus meum leue: sunt valde
fructuosa: quia quodlibet opus meritorium dignum est vita
æterna: ideo merito status legis veteris comparatur nocti: &
status legis nouæ diei. Maius est beneficium incarnationis
quam creationis, quia in creatione licet homo sit factus ad
imaginem dei, tamen remansit distantia infinita, quia inter
creatorem & creaturam. Sed in incarnatione nulla remansit
distantia, quia sicut anima rationalis & caro unus est homo: ita
deus & homo unus est Christus, vnde deo & homini idem ho-
nor & eadem potentia attribuitur & eadem persona est, sicut
duo fratres gemelli ex eodem ventre nati propter quod &
deus exaltauit illum & dedit illi nomen quod est super omne

ad Phi. nomen. Vnde maior obligatio est hominis ad deū quia re-
demptus est, quādi quia creatus, iuxta illud Bernar. si totum

me debo deo pro me iam factio homine, quid addam pro me
refecto: nec enim tam faciliter sum refectus sicut factus: quia
quando me fecit ipse dixit & facta sunt: sed quando me refe-
cit, dixit multa, fecit mira, per tulit dura verba: & duriora ver-
bera: durissima crucis tormenta hæc ille, vnde Simeon quia
viderat maximum beneficium incarnationis quasi maioris
honoris, nolens videre beneficium redemptionis & si maioris
commodi dixit, nunc dimittis, &c. q.d. iam video honorē mihi
datum in incarnatione tua quia æquisti te generi meo. i.

y gualaste

ygualaste mi casta a la tuy a en hazer te hombre. nunc cōten
tus cum hoc solo, licet sciam quod redempturus sis me tua
passione, sed nolo eam videre vt nō videam tan gran lastima
& tātum opprobrium & desacato quod fiet personae diuinæ.
Nunc ergo dimitte seruum tuum domine in pace, vnde ad
istud propositum exponitur illud Iob. velociores transferunt
dies mei cursole, & facti sunt sicut naues poma portantes, &
sicut aquila volans ad escam. Prophetæ fuerūt quasi cursores
portantes bonum nuntium incarnationis, fuerūt quasi naues
sentientes odorem & cooperientes fructeta incarnationis pa-
leis figurarum: & sicut aquila volans in altum ad recreationē
suam, descendit ad escam in terram ad laborem ad querendū
viētum sibi & filiis suis, sic sancti Prophetæ aliquando vola-
bant in altum contemplationis contemplantes Christum se- Esa.ii.
cundum diuinitatem sicut ille qui dicebat. Requiescat super
eum spiritus domini, vocabitur deus fortis admirabilis. Ali- Esa.19.
quando descendebant ad considerationem humanitatis se- Esa.53.
cundum quam cibabit nos & saluabit nos. Ipse autem attritus
est propter scelera nostra cuius liuore sanati sumus.

Quartus excitator est bonus prædictor, vt Paulus in epi-
stola. dicit enim Iob, quis dedit gallo intelligentiam? compara Iob.38,
tur bonus prædictor gallo quia sicut, gallus cantat & excitat
prima hora a la mañana & in aurora multiplicat voces suas,
sic prædictor increpare debet senes, iuuenes, viros & vicia eo
rum redarguere: annuntiare debet quomodo nostra deside-
ria nunquam ponimus in effectu: sicut contingit in imagine
sancti Hieronymi quæ videtur semper agere penitentiam &
percutere pectus lapide & nunquam ponit in effectu: sic desi-
deria nostra nunquam ponimus in effectu sed in imagine per
transit homo. Bona desideria potius voco citationes. I. llama-
mientos dei, vnde contingit nobis sicut citato tribus vicibus
ad iudicium & non venienti, & vocato aggrauatur à prego-
nes, sententia in contumacia. Ideo bonum desiderium, ma-
gnum dei bonum est, iuxta illud concepuit anima mea desi-
derare iustificationes tuas in omni tempore & Danieli pro
magno dono dictum est, vir desideriorum est. Hęc deplorans Aug. li.
Augusti. dicebat. Quotiens vocatus, ad tevenire contempsi confes-
& quasi expurgiscens de somno dicebam, sine me paululum: sionū.
exspecta

Tomi I. Sermo. III.

expecta me modicum:& illud modicum ibat in longum & illud paululum nesciebat habere modum.

Quintus excitor sunt passeres qui surgunt antequā nos dicentes, sicut in die honeste ambulemus. sicut surgens mane procurat non nudus nec fædus ambulare, sed lotus, vestitus & mundus, sic nos post aduentum Christi ambulemus honeste in diebus salutis & gratiæ, sicut surgens mane surgit à lecto quietis suæ expuit, calciatur, vestitur, cingitur, laborat optimo labore, cibum accipit seu ientaculum: sic peccator qui vult emendare vitam suam surgit à quiete peccati tollens lectum in quo iacebat: calciat pedes sanctis desideriis vestit virtutibus: accedit fortitudine lumbos suos: expuit peccata per confessionem: laborat in gratia accipit eucharistiam sicut ientaculum: atcedit ad passerem. i. sanctos qui mane surrexerūt ante in via virtutum, quomodo ostendunt viam coeli tam tritam, o cursada, sicut via sancti Iacobi, ponentes signa mortis suæ ne erremus in via. Petrus posuit crucem Paulus enserv. Andreas aspas: stephanus lapides. Sebastianus sagittas. Sancti ludibria & verbera experti, vincula & carceres lapidati sunt. Qui præcesserunt nos cum signo fidei quasi confusi excitemur accipiendo hoc pro honore diuino, quia martyres, confessores, virgines præcesserunt nos ostendentes viam, sed nos facimus sicut qui vult dormire de proposito facit claudere lucem sic obstinati qui dixerunt deo, Recede à nobis viam scientiarum tuarum nolumus: sed nos dicamus, illumina oculos nicos ne unquam obdormiam in morte, sed potius videam tuam gloriam, ad quam, &c.

Sermo quartus de eadem dominica super eodem Themat.

Scientes quia hora est iam nos à somno surgere.

VSq; in horam benedictam in qua deus natus est, non fuit tempus conueniens surgendi, & hæc hora fuit Maria de qua in canticis. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora, id est, quasi aurea, quæ decorauit sol iustitiae & eam deaurauit Christus deus noster iuxta illud. *Mulier amicta sole: & aurora dicitur quasi auium hora: quia sicut in aurora aues gaudet, canunt & letantur, sic iusti & sancti & angeli gaudent in ortu Mariæ.*

Mariæ. Item quasi aurora, id est, quasi roris hora: quia sicut in aurora descendit ros de cœlo foecundans terram secreto modo. sic in Maria tempore incarnationis verbi dei. Figura Exo. 16. de manna descendente in castris in aurora ad modum roris non eleuati ē terra sed de cœlo descendente virtute secreta; figura etiam de vellere Gedeonis quod imbabit inferorem totius areæ, id est Maria quæ plena fuit gratia aqua petamus dicitur Ave Maria. In proceſſu sermonis exponitur epistola de aduentu domini. Dicit ergo Nox precessit, id est, tempus & status culpæ, quia sicut ambulans in nocte, ambulat in metu & non habet securitatem sui operis, sic in statu culpæ, mortalibus, omnia quæ operatur peccator, operatur propter metum inferni. ratio est: quia peccans in uno, factus est omnium reus: Iaco. 2. nec habet securitatem operum suorum: quia non merentur vitam æternam: quia sine gratia iuxta illud Saluatoris: venit nox culpæ in qua nemo poterit operari, scilicet meritorie. Et Ioan. 9. iuxta illud Petri, preceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, id est, operantes in statu peccati nihil meritorium æternæ vitae operari possumus: sequitur, sic ut in die honeste ambulemus, sicut labor de die est melior & fructuosior, sic bonum opus in gratia tunc melius videtur quod sit, quia etiam culpas veniales quas anima in statu culpæ non videbat in statu gratiae videt, sicut ad radios Solis atomi qui ante non videbantur videntur, & sicut in die meliorem conuersationem quis habet quam in nocte: & melioribus vestibus induitur quam in nocte. Sic in die gratiae melioribus virtutibus ornatur homo, quoniam vestes figurant virtutes: ut patet in Adam quod dixit. Abscondi me eo, quod nudus essem. Cui dixit deus, & quis indicauit tibi quod nudus essem nisi quia comedisti de ligno de quo præcepi tibi ne comederes? Et hæc est vestis quæ deficit illi cui dictum est: quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem, id est, virtutes, maximè fidem, spem & charitatem? Sequitur sic in die honeste ambulemus: sicut qui ambulat in nocte communiter deviat à via in die nō: sed ambulat via recta: sic nos euntes ad deū in statu culpe erramus à via in statu gratiae recta ambulamus via: & ne erremus à via venit ad nos Christus & docuit nos vias suas, ideo Esa. Ambulemus in semitis eius. Ut melius doceret nos vias suas docuit verbo & exempli

Tomi I. Sermo IIII.

Ad he- & exemplo: Multifariam multisq; modis olim deus loquens
bræ. i. patribus in Prophetis nouissimè loquitus est in nobis in fi-
lio. Itē sicut bonitas imaginis sigilli non cognoscitur nisi cera
impressa, & in claritate: sic verbū patris imago & figura sub-
stantię illius nō bene agnitus est ab hominibus nisi postquā
impressum est in cæra virginali, scilicet per sacramentum in-
carnationis: visus est homo & in terra conuersatus est cū ho-
minibus. Item sicut ciues gaudent quando sciunt principem
suum adesse præsto sibi: sic sancti in limbo dicentes nūc autē
propior est nostra salus quam cum credimus? Nox præces-
sit, dies autem appropinquauit. Sequitur. Nunc autē propior
est nostra Salus: & sicut infirmus non bene curatur in absen-
tia medici, sic mundus nō potuit bene curari in absentia Chri-

Ad ga- sti: oportuit ergo medicum adesse: at vbi venit plenitudo tē-
la. 4. poris, &c. Et sicut febris quartana melius in vere curatur quā
in hyeme quia sol magis appropinquat nobis, sic infirmitas
peccati melius curata est propter præsentiam Christi qui in

Ad cor. sacra scriptura appellatur sol iustitię. Vnde Paulus, Christus
factus est nobis sanctificatio, sapientia, iustitia & redemptio,
hæc autoritas exponitur sic: factus est sapiētia, quia & si ante
aduentum in carnem, dei filius esset sapientia, non tamē no-

Psal. 138 bis, quia nobis erat abscondita. Vnde Psal. Mirabilis facta est
scientia tua ex me confortata est & nō potero ad eam. Vnde
quia ipse cognovit figmentum nostrum, id est, fragilitatē in-
tellectus nostri incarnatus est & visus est super terram & cū
hominibus conuersatus, vt sic videretur à nobis qui ante non

Lucæ. i. videbatur à nobis. Vnde angelus dixit spiritus sanctus super-
ueniet inte, & virtus altissimi obumbrabit tibi, id est, nisi obū
bretur umbra humanitatis non videretur à te: quia non vide-

Exo. 33. bit me homo & viuet. Bene ergo dicit Paulus quod factus est
nobis sapientia: & subdit: & iustitia, quia & si ante aduentum
Christi deus prosequebatur nos beneficiis ex pura misericor-
dia & nō ex iustitia: tamen post aduentum Christi dona di-
uina quę deus faciebat ex mera gratia propter merita Christi
facit de iustitia, ac si illa deberet nobis ex iustitia. Vnde Pau-

2. Thi. 4. lus. Reposita est mihi corona iustitiae: vel dicitur iustitia, id est
regula: quia sicut quod est tortuosum in ligno, rectificatur:

Sap. 14. sic per iustitiam Christi rectificamur: vnde Salomon, Benedi-
ctum

Etum lignum per quod fit iustitia dicitur sanctificatio, id est emundatio vel lauatorium, sicut pannus indiget lyxiua calida, sic deus noster lyxiua calida sanguinis Christi misit omnes iniurias nostras, quia iustitiae quasi pannus mestruatae sanguine Christi coetae fuerunt. Dicitur etiam redemptio nostra: quia quidquid acquirit seruus quandiu est in potestate domini acquirit domino suo, sic nos eramus in potestate demonis & liberis facti a Christo iam non demonio sed nobis acquirimus quasi liberi libertate qua Christus nos liberauit. Propter quod suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras dicit Iacobus. Pondera insitum, scilicet in oleastro amaro humanitatis nostra. Quae ante non ferebat frumentum: nunc autem quia insitum est in ea verbum diuinum assert fructum gratiae & gloriae, &c.

Esa.64.

Vt in l.
acquiri
tur no-
bis. & igi-
tur de
acquir.
rer. dc.
Iaco..

Sermo quintus de euangelio eiusdem dominice prime.

Thema. Erunt signa in Sole & Luna &
stellis. Luce. 21.

Triplicem expositionem habebit euangelium: primo exponetur in sensu mystico, Christi aduentum in carnem manifestando. Pro quo est aduertendum quod triplicia signa in sole contingunt, scilicet retrogradatio eclipsatio & statio Solis in suo Auge. Quae quidem fuerunt in Christo & apparuerunt in suo benedicto aduentu: Sol retrocessit decem lineis: quia nouem choris angelorum dimissis, humanitatem nostram accepit, quia secundum Apostolum. Nusquam angelos apprehendit sed semen Abrahae, quod figuratum est in retrogradatione Solis in horologio Achaz, quod sic exponitur, per Ezechiam intelligitur genus humanum quod ægrotauit usq; ad mortem, sc. temporalem & æternam propter peccatum ab Adam commissum, & eius ægritudo curata est massa seu farina, sc. Christi passione. Ficus tota comeditur, sc. intus & foris, alij enim fructus non totaliter comeduntur: quia carica solu de foris comeditur, & non intus: nuces habent nucleus qui comeditur, cortex vero non manducatur. Christus optimæ fructui comparatur: quia toto Christo in gloria fruemur: & dignitate eius fruetur intellectus, humanitate fruentur sensus

Esa.38.

Adheb.
1.

Tomi. I. Sermo. V.

Ioā.10. exteriōres, ideo dicit. Ego sum ostium per me si quis introierit ingredietur & egredietur & pascua inueniet: ingredietur beatus ad contemplationem diuinitatis, & egredietur ad vivendam humanitatem. Et in horologio Achaz. i. virgine descendit dei filius. Virgo comparatur horologio solis. Duæ. n. tabulæ significant virginitatem: & humilitatem in virginē: virgo seu funiculus coccineus deuotionem, quām habuit virgo significat dum stabat iuxta crucem. Luna in horologio caro Christi in medio virginis: Horæ gradus diuini amoris: acus intentio virginis, quā semper aspectum habet ad polum, id est, deum: quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Ecce enim ex hoc beatam me. &c. In hoc horologio descendit filius dei nouem gradibus ut supra dictum est. Secundum signum est ecclipsatio Solis. Christus enim deus noster eclipsatus est: quia in linea eccliptica. i. in virgine. Luna. i. humanitas coniuncta est soli. i. deitati in unitate personæ. Et sic deitas est obscurata. i. cooperta carne nostra, & maiestas cooperta fuit vilitate nostra: & impassibilitas passibilitate, &c. Tertium signum est statio solis: quia sol eleuatus in supremo signo sive in puncto altiori sui Zenith quasi videtur stare, sic Christus affixus in cruce stetit per tres horas ubi ostendit virtutem & perfectiōrem suam: nam ibi ostendit potentiam faciendo miracula in obsecratione Solis & Lunæ: in resurrectione mortuorum in Iosu.10. terra motu figura in Iosu. stetit sol. i. quia Christus per deitatem stetit immobilis licet fuit confractus humanitate de quo Psal.105 Psal. si non stetisset Moyses in confractione in conspectu eius quod exponens. Bernardus ait de solo Christo exponendum esse qui stat in passione confractus. Quod impossibile est de aliquo alio intelligi, sed de solo Christo qui per deitatem stetit: quia non est comminuta nec in aliquo læsa sed per humanitatem totaliter est confractus ita ut dinumerarentur ossa eius. Psal.21. Et in iudicio quo Christus est morti adiudicatus quoniam mors Christi appellatur iudicium terribilissimum quam ultimum iudicium: quia terribilissimum est iudicium quo condemnatur innocens quam iudicium in quo innumeri nocentes & peccatores cōdemnantur: hac de causa iudicium mortis Christi est terribilissimum, quām iudicium finale. In hoc ergo iudicio mortis Christi sive in morte Christi fuerunt signa impressa in sole. i. in Christo

in Christo vel in morte sua. scilicet flagellorum, spinarum, clavorum, & tam impressa quod post mortem suam non sunt delata: sed in suo corpore remanerunt impressa perpetuo: fuerunt etiam signa in Luna. i. Maria non minora quam fuerunt in filio: quia Luna. i. Maria Tota conuersa est in sanguinem sicut filius. Propterea dicit Euāgelistā quod stabat iuxta crucem Iesu. i. sic cruciata in anima sicut Christus erat in corpore: quia tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit. Tertio fuerunt signa in stellis. i. Apostolis, quia sicut stellae illuminantes terram tunc ceciderunt de cælo fidei alto. Quando perdiderunt fidem: & sic stelle non dederunt lumen suum quia apostoli perdiderunt Christi cognitionem? Quarto fuit in terra pressura gētium: quia de omni natione quæ sub cælo est conuenerunt ad spectaculum illud. Fuit pro tūc illa pressura tam magna quod post resurrectionem fecit Christus mentionem de illa dicens. Mulier cum parit tristitiam habet, i. oī. 16. sed post resurrectionem non meminit presluræ, quia homo Christus resurrexit nouus homo in mundo. Quinto fuit confusio magna sonitus maris, & fluctuum quia deus omnes fluctus passionum & tormentorum induxit super Christum suum in tantum quod insonuit valde illa vox eloy eloy. Sextum signum fuit, quia arescentibus hominibus, &c. Quia signum fuit in omnibus hominibus illius temporis quia timorem magnum habuerat super destructione Hierusalem quæ facta est propter magnam iniustitiam Christo factam propter quod dicitur, quia percutientes pectora sua reuertabantur. Septimum signum: quia virtutes cælorum motæ sunt, scilicet in tristitiam, quia angeli pacis amare flebant. scilicet spectatrices iudicium illud sine misericordia & ordine iniustitiae in deo executum. Tunc patres existentes in limbo viderunt Christum venientem ad redemptionem suam in nube humanitatis suæ iam glorificatae. Et bene dicit, videte fidelitatem, & his fieri incipientibus leuate capita vestra. Quia illis existentibus patribus in limbo venit rex gloriæ qui educiti sunt de carcere servitutis in libertatem gloriæ & de morte ad vitam sunt translati, & de exilio ad patriam sunt traduci, de tenebris ad lucem sunt educiti: ideo Christi passio & mors quasi ver fuerunt patribus existentibus in limbo.

Sequitur expositio moralis, si tu vis recipere iudicium illud cum letitia & confidentia bona fac quod in mundo animæ tuæ sint signa in sole & sint conformia signis euangelij Sol. i. intellectus tuus qui recte appellatur: sol quoniam illuminare debet totum hominem interiorem, obscurari debet in credendo articulos fidei imo secundum Apostolum in obsequium Christi, credendo & non discutiendo articulos fidei, sed crede revnam sanctam catholicam ecclesiā. Luna. i. caro seu sensuallitas non det lumen suum, sed omnino sequatur iudicium rationis stellæ. i. contemplatio & cognitio diuina cadant de cœlo, nunc considerantes cælestia. i. diuina opera quæ Christus facit secundum quod deus & iterū cadant considerando ope Prover. ra quæ fecit secundum quod homo secundum illud septies in die 24. cedit iustus tūc respicere debet et leuare caput letitiæ in gloria Tertia expositio de Christi aduentu ad iudicium: sed prius querendum est, cur deus reseruavit sibi soli istud secretum. s. finis mundi & iudicij vniuersalis. Nam Mattheus dicit de die il la nemo scit neque angeli dei nisi solus pater. Ibi non excluditur persona filij nec spiritus sancti, quia in diuinis vbiunque unus exprimitur, ibi trinus & unus intelligitur secundum Augustinum. nanque taxatiua seu exclusiva tantum, solus posita super terminos denotantes essentialia non excludit imo includit omnes diuinas personas. Bonitas potentia, sapientia sunt termini essentiales, secretum ergo istud diei iudicij soli diuinæ essentiae notum. i. diuinis personis, per reuelationem autem homini Christo propter unionem ad verbum. hoc est autem quod ipse dicit potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est. vnde nec apostolis, nec angelis reuelatum est cuius prima ratio est, vt finis mundi correspōdeat suo principio: sicut principium mundi processit ex sola dei voluntate & bonitate Psalm. Dixi domino deus meus estu quoniam bonorum meorum non eges, sola nanque diuina bonitas fuit in deo ratio productionis & creationis rerum. Quis adiuuit sensum domini, aut quis eius consiliarius fuit? & alibi dicit Job. 38. vbi eras quando ponebam fundamenta terræ & me laudarēt Gene. i. astra matutina? Quando in principio creauit deus cœlum & terram & terra erat inanis & vacua. Sicut ergo mundus excepit sine consilio ac scientia alicuius, sic erit finis Quartum sicut fur &

fur & latro ita & in nocte veniet. i. in secreto & abscondito, &c. 2. The. 5
 sicut fuit in diebus Noë, quādō erāt homines comedentes &
 bibentes & nuptui tradentes, ita veniet filius hominis: sicut Mat. 24
 ergo ad principium mundi nulla virtus creata cooperata est
 deo, sed nec principium sciuit, sic nec finem. Et hoc est quod
 Christus respondit discipulis querentibus in aëribus Apostol. Act. 1.
 lorum. Domine si in tempore hoc restitus regnum Israël?
 Respondit. Non est vestrum nosse tempora vel momēta quæ
 pater posuit in sua potestate. Figura huius, de duobus sera- Esa. 6.
 phim habentibus sex alas, cuius duæ velabant caput & duæ
 pedes: quod secundum Ambro. intelligitur, quia principium
 mundi & finis sunt occulta, sed duabus volabant, quia me-
 dia inter mundi creationem & eius finem bene cognoscun-
 tur à mundi sapientibus.

Secunda ratio propter quā non scitur finis mundi, seu dies
 iudicij, est complemētum bonorum: secundum communem
 scholam theologorum, finis mundi stat in complemento ele-
 torum, ad complementum angelorum malorum, secundum
 magistrum & doctores in. 4. dist. 49. Etiuxta illud. Apoca. vi.
 di animas intersectorum sub altare dei & clamabant: vindica
 sanguinem nostrum qui effusus est, & acceperunt diuinum
 respōsum, sustinete modicum donec impleatur numerus fra-
 trum vestrorum. Ex quo sequitur quod animæ beatorū licet
 habeant quidem perfectionem gloriae essentialis, non habēt
 perfectionem gloriae accidentalis usque ad diem iudicij quo
 vnietur anima corpori. Habent enim naturale desiderium ad
 resumendū corpora sua, sicut cōstitutus in terra aliena na-
 turaliter desiderat stare in terra nativitatis suæ: sicut ergo soli
 deo est cognitus numerus electorum in superna felicitate lo-
 candus, sic & finis mundi quo tempore illius completo fiat
 complementum temporis: quia iurauit per viuentem in sa-
 cula sacerdorum: iam non erit tempus. Quia erit cælum nouū
 & terra noua propter ignem conflagrationis & non esurient
 neq; sitiens amplius, &c. Tertia ratio est moralis propter cu-
 ram continuam quam homo debet habere, quia si sciret pa-
 ter familias qua hora fur veniret, vigilaret yisque & non sine-
 ret perfodi domum suam, ideoque & vos estote parati quia
 qua hora non putatis &c. Gregorius ait. Nullam horam tem- Apoca.
 10. Luc. 12.

Tomi. I. Sermo. V.

poris iudicij limitauit nobis deus, vt omni hora essemus patati: Quis ergo audet dormire saltem in peccato mortali, sicut non auderet quis dormire cum inimico qui haberet illum la-cessitum. i. defasiado ad mortem: sic dēmon habet nobiscum duellum seu certamen vsq; ad mortem æternam.

Secundo videndum est, qualiter sunt multa mirabilia in il-
Iob. 14. lo iudicio quæ faciunt illud tremendum vnde Iob. Quis mihi hoc tribuat: vt in inferno protegas me & abscondas me do-
nec pertranseat furor tuus? Primum stupendum est scrutiniū

Sopho. tam strictum iuxta illud Sophonię. Scrutabor Hierusalem in lucernis: sicut quando quis in nocte videt delinquentem, & in maiorem confusionem illius facit adduci lucernam velfa-
cem vt amplius appareat sibi & omnibus. Sic deus in iudicio in conspectu hominum & angelorum & dæmonum re-
uelabit pudenda nostra iuxta illud. Ego in interitu vestro ridebo & denuntiabo pudenda tua. Et nota quod dicit Hierusalem, id est, iustos & bonos. Si ergo iustus vix saluabitur,

I.Pc. 4. peccator, & impius vbi apparebunt? Ibi enim confundetur diues: non quia rapuit aliena: sed quia non dedit propria. Ne-
mo est condemnatus in inferno ex eo solo, quod non declina uit à malo, sed quia non fecit bonum: & nullus est in paradiſo quia omisit malum: sed quia fecit bonum. Duo enim brachia habet iustitia quæ est virtus cōmuniſ, ſcilicet declinare à ma-
lo & facere bonum. Non ergo est manca: & ſic non ſufficit vnum ſine altero: sed neq; iustus vxoratus ſaluabitur ſolum: quia non rapuit alienam: sed quia est vſus bene vxore ſua: lu-
xiorosus vero peribit: quia fuit ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus.

Secundum stupendum erit publicatio delictorum occul-
rum quæſ bona pauperis debita deducta in publicam auſtio-
nem, o almoneda vt videatur amplius paupertas & igno-
minia ſua. Bene ergo Iob dicebat. Quis mihi tribuat vt in inferno protegas me? &c.

psal. 142. Tertio erit ſtupendum iudicium ratione accepti por el al-
canç, ideo Psalminus dicebat. Non intres in iudicium cū ſeruo
tuo domine: ſcio domine, quia recepi beneficia ſine numero,
& offendii ſine numero. Vnde non intres in iudicium cū ſer-
uo tuo domine. Vel pone paſſionem tuā inter iudicium tuū
& animam

& animam meam. Et tunc appendetur peccata mea quibus Job. 6.
 iram merui in statera, quia certe statera, id est, passio tua ap-
 parebit grauior, id est, maioris meriti, quam sit demeritum o-
 mnium peccatorum. Vnde Math. dicit de seruo illo quidebe Matth.
 bat decem milia talentorum de quo dixit dominus eius, mit- 22.
 tite eum in tenebras exteriores. Amen dico vobis inde non
 exibit donec reddat vniuersum debitum. Bene dicit tenebras
 exteriores, quia omnis peccator in hac vita habet tenebras
 interiores & remorsus & vermes conscientiae. Quia iusisti do- Augu.
 mine & ita est ut omnis inordinatus animus sit sibi pæna. In
 alia vita patientur tenebras exteriores: quia poenas damni &
 sensus: ideo dominus dicit. Qui ceciderit super lapidem con- Matth.
 fringetur, super quem vero ceciderit comminuetur, quod ex- 21.
 ponitur sic quando peccamus in hac vita quasi offendimus
 tropeçamos & cadimus super lapidem qui est Christus & li-
 cet nos descalabremos & excerebremur facilis est medela p
 poenitentiam: sed filapis ceciderit super nos in inferno in iu-
 dicio illo tremendo & rigoroso comminuet nos. Sicut mola
 comminuit triticum in tantum, quod si omnes angeli, & oës
 sancti & ipsa virgo deprecarentur pro uno peccatore nō ob-
 tinebunt veniam. Bene ergo dicit. Psal. Non intres in iudicium Psalm.
 cum seruo tuo domine, & orat ecclesia pone passionem tuam 142.
 inter iudicium tuum & animam meam. Quartum stupendū
 in illo iudicio erit examinatio processuum, id est, operā quæ
 in corpore gessit peccator: sed prius nota, q̄ hoc maxime fa- Diony.
 cit illud iudicium tremendum, quod conditio hominis mo-
 rientis in uno peccato mortali est sicut dæmonis, scilicet irre- de diui.
 mediabile: quia quod est angelis casus est hominibus mors. No. 4.
 Vnde Propheta. Peccatum Iudæ est scriptum vngue adamantino Jere. 17.
 & stilo ferreo. q.d. indelebiliter & irremediabiliter. Et hoc est
 quod Christus docuit in peccato adulteræ quādō digito scri-
 bebat in terra dicens ei. Si quis vestrum est sine peccato pri-
 mum lapidem mittat in illam: quia peccata nostra in vita no-
 stra quasi scribūtur in terra, quia facile remittuntur per pœ-
 nitentiam. Et sicut scripture facta in terra facile deletur ad
 primum ventum & scripture cooperitur: vt non appareat,
 sic ad primum motum contritionis in anima deletur pecca-
 tum. Commouisti terram & conturbasti eam sana contri- Psal. 59.
 tiones

Tomi I. Sermo. V.

tiones eius quia cōmota est. Post vitam istam quasi stylo fer-
re imo calybe, de azero & vngue adamantino scribitur: quia
cōclusit vias meas lapidibus quadratis: & iuravit per viuentē
in sēcula sēculorū, q̄ tempus amplius nō erit ad merendum.
Tre.3.
Mat.25. dedistis mihi manducare &c. Respondebit quia quādiu ex mi-
nimis meis facilis, mihi fecisti: exponūtur hēc verba per Ru-
pertum sic: quia sicut deus sex diebus operatus est omnia: sic
iusti per ista opera misericordiæ saluabūtur: & deinde seque-
tur sabbatum quasi dies septimus in quo requiescerit deus ab
omni opere quod patrarát, & sic iustis sequitur dies requietio-
Ad He-
brz.4. nis gloriæ: de quo Paulus. Relinquetur sabbatismus populo
dei, & singulariter sensit hoc Christus dicens. Possidete regnū
Mat.25. paratū vobis à constitutione mundi. q.d. sicut in constitutio-
ne mundi post sex dies sequitur septima in qua ego requieui
sic vos iusti per sex dies misericordiæ. s. Esuriui & dedistis mi-
hi māducare, &c. peruenietis ad requiem æternā. Quando te
vidimus esurientem &c. si in illo iudicio non erit interrogatio
Ad Ro. neq; responsio, quomodo ergo dicitur, quādo tevidimus esu-
rire? &c. Resp. Apostolus. Qui ostendunt opus legis scriptum
in cordibus suis testimonium illis reddēte conscientia sua: & ac-
cusantibus inuicē cogitationibus suis & excusantibus in die
quando dominus iudicabit secundū euangeliū meum. Et isti
Dan.7. sunt libri de quibus scriptū est. Aperti sunt libri & mortui iu-
dicati sunt ex his quę in libro scripta sunt. Non ergo in illo iu-
dicio erit quęstio neq; locus interrogandi & respondendi sed
pro eis erunt cogitationes, quia sicut dñs aliter iudicat & con-
dēnat reos domesticos & ciues & aliter extraneos et barbaros,
quia ciues iudicat secundū leges, barbaros iudicat & cōdēnat
sine lege, quia sine lege viuunt & peccauerunt, sic Christus iu-
dicabit infideles sine lege, quia qui non credit in filium dei iā
iudicatus est, sed fideles iudicabit secundum legem. s.e.c operi-
Esa.30. bus misericordiæ. Et sic erunt signa in sole. Esa. Erit lux Lu-
na sicut lux Solis, & lux Solis septempliciter sicut lux septem
dierum in die qua alligabit dñs vulnus populi sui, exponitur
de die iudicii in qua alligabit dñs perfecte animā corpori per-
fecta ligatura, amplius in perpetuum nunquā soluenda, quia
tunc iniuncta mors destructur & tunc lux Lunæ. i. Ecclesiæ erit
sicut

sicut solis. i. Christi quia beati erunt cōformes Christo in gloriā secundum illud Apostoli Reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suæ collata la gloria, conformiter ad meritorum mensuram: & habebunt duplice cognitionem. s. matutinam & vespertinam. i. creaturarum, & in verbo, & habebūt cognitionem & fruitionē. Et quia in diebus sex creauit deus omnia & in septima requieuit ab omni opere quod patrarát, ideo dicit lux Solis sicut lux septē dierū, hæc Rupertus. Arescentibus hominibus. Secundum Ruper-
tum: tantus erit timor illius diei & signorum præcedentium: ter ite rupertum
quia non si homines tunc resuscitati ad iudicium essent immor-tales (quia resurgent incorrupti. i. ad gloriā & ad incorruptio-nem amplius non morituri) omnes morerentur ex timore si-cut omnes morientur qui tunc fuerint viui.

Ad phi-

3

Ruper-

tum:

de victo

ria ybi

dei.li.13.

c.vlti.

Nota super illud. Quandiu vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Bene dicit, quandiu quia in operibus misericordiæ non tantum attenditur opus sed tempus: hoc est quod deus non solū opus, sed operis durationem metitur. & hoc est quod dicit. Quandiu &c. Vnde si bonus vir iustus in omni vita longo tempore fecit opus pium eleemosynæ paruæ alter longum in constructione monasterij vel hospitalis, amplius meretur primus, quam secundus: quia multum attendit quandiu vni ex minimis fecistis: quia præcipuum operis est affectus quo sit, qui in diurnitate temporis comprobatur. Et benedicit minimis, quialicet sint homines barbari, & magni: tamen voluntate sua volunt esse parui, & minimi humilitate: quia poterunt irasci & vindicare & noluerunt. Et diuites fieri noluerunt: sed pauperes spiritu aufereti tunicam dimiserunt palium percutienti maxillam vnam alteram obtulerunt. Et isti sunt minimi de quibus dicit. Quandiu vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

Sed aduerte vt vitemus hoc terrible iudicium quod quatuor facere debemus, quæ communiter facit comprehensus à iudice terreno. Primo aspicit retro vt videat si aliquis veniat ad illi fauendū & eruendū ab illo periculo. Sic nos aspiciamus retro recogitando omnes annos in amaritudine animæ nostræ. Secundo mittit nobiles qui pro eo rogent. Sic rogemus sanctos martyres apostolos vt pro nobis oreant. Tertio

c 5 mittit

Tomi. I. Sermo. VI.

mittit munera,id est,vntan las manos.Sicut fecit Iacob ad
Gen.32. placandum Esau.Placabo eum inquit muneribus.Sic nos
eleemosynis & lachrimis vngamus Christū iudicem nostrū.
Quarto fugit ad ecclesiam tanquā refugium,sic nos ad crucē
dominifugiamus quæ est refugium herinaceis,i.e. peccatori-
bus.Psal.113. Hęc est domus priuilegijs referta peccatorib⁹ apparebit
cruelis,iustis fulgida & ornata regis purpura.Domus regia
in qua rex habitat,quantacunq; parua habet multa priuile-
gia,sic crux Christi.Hęc est vexillum quod solet portare mi-
les præcedens regem.Hęc est signum filij hominis,& conclu-
des sermonem ad laudem & gloriam dei,&c.

*Sermo sextus de eadem dominica de iudicio particula-
ri hominis. Thema. Dies domini magnus, & terribilis valde
quis substinebit eum? Iohelis. Cap. 2.*

Eccl. ii. **I**n præcedenti sermone dixi de iudicio generali seu vniuersali.In hoc sermone agetur de iudicio particulari hominis in quo iudicatur homo particulariter,de quo scriptura dicit.
Vbi ceciderit lignum,sive ad Austrū sive ad Aquilonem ib⁹ erit.Quasi clarius diceret,quod si peccator decebat in gratia frueatur gloria,si verò decebat in peccato mortali,æterno punietur supplicio.Per Austrū intelligi⁹ gratia per Aquilonē peccatū.
In hoc iudicio particulari iudicatur solū anima quæ statim præmia in beatitudine vel destinatōnis purgatori⁹ vel supplício inferni.In iudicio vniuersali punietur totus homo sive præmiabitur.i.e. aīa cū corpore simul.Causa est q̄a lucrū & dānum inter corpus,& animā cōmune debet esse sicut in contractu societatis.Nā ponēs industria habet cōmodum cum ponēte laborem anima ponit industriā in laboribus.s.prude-
1. Pe. 4. tiam ideo dicit.beatus Petrus.Estote prudentes,& vigilate in orationibus.Corpus verò adhibet labore.Vnde beatus.Pau.
Ad Ro. dicit.Exhibete mēbra vestra seruire iustitię,sicut exhibuistiſ
6. seruire iniurati.Cum ergo anima ponat industria, & cor-
pus laborem,cōmodum & dānum cōmune erit vtriq;:& hoc in iudicio vniuersali manifestabit.De iudicio ergo particula-
Eccl. 12. ri hominis dicit.Ecce.Memēto creatoris tui qui te de nihilo
creauit & sanguine suo redemit.Sequitur in diebus iuuentutis
tuꝝ.

tuæ. Causa est, quia iuuëtute tua viget pulchritudo, & fortitudo: in senectute abundat tussis, dolor & labor, quæ sunt quasi reliquæ ciborū quæ cōmuniter dicuntur reliques reliquæ pīscium sunt spinæ. Quāobrem monet sapiēs ne faciamus deo Psal. 75. cōuiuum reliquarū remanentiū ex cibis. Hoc est ne differamus obsequiū nostrū vsq; in senectutē in qua abūdat labor & dolor. Sed in iuuëtute in quaviget vires & sensus deo seruimus. Aliter pōt exponi iuuëtus nostra, quoniam omne tēpus vsq; ad instans mortis potest vocari iuuentus. Ratio est quia vsq; ad instas mortis mereri possumus senectus ergo nō sine causa appellabit mors qā in morte non possumus mereri. Nā Ioan. 9. sicut dicit saluator operamini dū dies est. Venit enim nox in qua nemo poterit operari, ac si diceret operamini dū tempus habetis venit nox. i. mors in qua nemo poterit operari. i. mereri, sic sapiēs hortat̄ vt operemur bonū in tēpore iuuëtutis. i. in tota vita veniet senium mortis in quo nullus poterit mereri. Ideo Dauid orat. Ne derelinquas me in tēpore senectutis meę Psal. 70. i. in tēpore mortis in quo mereri nō potero. Sed erit tēpus recipiēdi præmiū vel poenā. Antequā obscurētur Sol & Luna & stellæ. Tripliciter apparet sol obscuratus. s. qñ nube tegitur, & per interpositionem lunæ, & quādo in occasu occultatur. His tribus modis obscuratur rō hoīs, quæ est velut sol in homine. Quādo. n. homo peccat per malitiā, rō quasi sol tegitur nube malitiæ. Beatus Grego. appellat malitiā nubem. Obscuratur Grego. etiam ratio per oppositionē rei delectabilis fruens re creata in expo & inhaerens illi per amorem. Similiter quādo timore mundatione. no peccat, occidit sol. i. ratio quia peccatores trepidat timore capi. i. vbi nullus timor adesse debet. Luna. i. sensualitas in peccato Ezech. perdidit lumen suū quę deberet à rōne tāquā à sole illuminari. Stellæ quoq;. i. potentiae interiores obscuratæ sunt peccate ho mine: hac animaduersione puni⁹ peccator ut obliuiscatur sui in morte qui in vita sua oblitus est dei, ut dicit diuus Augusti. Et sic in morte proprio comparatur peccator iumentis insipientibus: ut dicit Psalmus. Memeto etiam creatoris tui, &c. Psal. 48. Antequā reuertantur nubes post pluviā, &c. Plurima mala congregat̄ur antequā veniat mors nostra. s. dolores qui veniunt & abscedunt, & iterum redeunt in diebus creticis ut dicunt medici. Nam illis diebus accedit paroxismi, similiter timores

Tomi. I. Sermo. VI.

timores veniūt & recidūt, & has penas, quæ nobis accidūt ante mortē comparat sapiens nubibus: quia sicut nubes reuer-tuntur post pluviā ita hæc accidētia multoties cōtingūt ante mortē. Sequitur. Quādo mouebūtur custodes domus & nutabūt viri fortissimi domus nostra corpus est secūdum illud.

Iob. 4. Qui habitāt domos luteas. Custodes hui⁹ domus, sunt quinq; sensus exteriores, quorū auxilio vita corporalis custoditūr & cōseruatur, hi custodes mouebuntur in morte: quia oculi ob-scurabunt, lingua adh̄erebit palato, manus nō palpabūt, au-res perdēt auditū, fauces quoq; gustum. Sequit⁹. Viri fortissimi nutabunt. s. memoria. Rō, & voluntas timebūt. Quoniam si Christus mori timuit dū morti appropinquaret. Quid nos pusilli agemus, cum vltimum terribilium sit mors? Triplici. n. bello in morte impugnabitur. s. spiritus cōtra carnem, & spi-ritus contra se ipsum, & mortis contra vitā. Dum enim in hac vita degeremus, continuū bellum habuit spiritus cōtra carnē

Ad ga-
la. 5. quia secundū Aposto. Caro cōcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē, & s̄pē caro remansit victrix & spiri-tus victus. Hac de causa in morte moritur vita, & vincit mors, & spiritus etiā vincitur: quia multoties dum viueret est victus per impatientiam seu inuidiam vel odium. Propterea dicit, q; in morte nutabunt viri fortissimi. s. memoria, rō & voluntas. Sequitur. Memento creatoris tui, &c. Antequā tenebrescant videntes per foramina. Bona quibus gaudemus in hac vita, fo-ramina sunt quibus gloriam speculamur, & mala quæ pati-mur etiam foramina sunt quibus poenas damnatorū confide-ramus. Nam si scintillam ignis sustinere non possumus quo-modò poterimus habitare cum ardoribus sempiternis? & sic in quolibet dolore aut tristitia possumus sentire intensissi-mos dolores damnatorum, & in quolibet gaudio aut iocūdi-tate nobis occurrente, scilicet dum comedimus aliquem cibum gustui conuenientem & bibimus, potum possumus considerare magnitudinem dulcedinis cum satiati fuerimus gloria & torrente voluptatis potauerit nos deus noster. Bene ergo vides qualiter sensibilia sunt foramina ad videndum pa-radisiū, & infernum. Dicit ergo. Memento creatoris tui, &c. antequā vidētes per prædicta foramina obscurētur p. tristitiā, per absentiam cognitorū & amicorum, per timores per cru-

catus

ciatus corporis. De quibus vide Scotum dist. 20. in q. an pœni. Sco. in
 tentia in extremis valeat? Sequitur claudent hostia. i. perdent 4. sent.
 sensus, quia oculi perdent lumen, aures auditum. In humilita- dist. 20.
 te vocis, in quo notatur quia existentes prope mortem fre- in q. an
 quenter perdunt loquaciam. Quoniam ibit homo in domum pœnitē
 æternitatis suæ, pondera suæ, quasi diceret, quia homo fecit do- tia in ex
 tum suæ æternitatis ad quam ibit, causa est quia secundum tremis
 beatum Augu. in libro de ciuitate dei. Duo amatores fecerunt valeat.
 duas ciuitates amor dei vsq; ad contemptum sui, ciuitatē dei, Aug. de
 amor sui vsque ad contemptum dei, ciuitatem diaboli. Ibit er- ciuitate
 go homo in ciuitatē quam ipse amore suo edificauit, si enim deili. 14
 amor dei fuit fundamentum operum suorum ibit in ciuita- ca. 28.
 tem cœli, si amor proprius fuit radix operum suorum ibit in
 ciuitatem inferni. Sequitur memento &c. Antequā rumpatur
 funiculus argenteus, & recurratur vitta aurea. Cōpages nostri
 corporis quibus membra cōponuntur sunt quasi funiculi ar-
 gentei quibus totum corpus est conflatū, qui funiculi in mor-
 te rumpuntur. & sic exente anima à corpore omnes sensus
 remanēt inordinati ut pater in cadavere nam ibi sunt manus
 nō palpantes, oculi non videntes, pedes nō ambulātes tibiç &
 crura debilitātur. Sequitur. Antequā recurratur vitta aurea. i.
 antequā vita destruatur, sequitur memento etiā &c. Antequā
 confringatur hydria super fontem, & rota super cisternā. Ani-
 ma nostra est sicut hydria quæ cupiditate tanquā fune extra-
 hit aquā à puteis qui sunt in mūdo. Nā secūdū Ioānē tres putei 1. Ioan. 2.
 sunt à quibus haurimus aquam delectationis & gaudij. s. con-
 cupiscentia oculorum, concupiscentia carnis, & superbia vite.
 Memento ergo antequā perdatur omnis delectatio & omne
 gaudiū nā in morte perit mundus & concupiscentia eius. Me-
 mento etiā antequā cōfringatur rota, nomine rotæ, figuratur
 homo qui continuo motu rotatur à sanitate in morbū, ab ad-
 uersitate in prosperitatē, à gaudio in tristitiā, itaq; viuere nihil
 aliud est nisi moueri tanquā rotā. Cisterna supra quā versatur
 homo, est mūdus cōtinēs aquas mortuas. s. diuitias, honores,
 gaudia, & cetera huius mūdi, q; sicut aquæ cisternæ exiccātur.
 Multis modis aq; cisterne dicuntur aquæ mortuæ, nō scaturiūt
 à fonte, sic gratiæ mūdi vt honor, diuitiæ nō viuiscat hominē
 secūdō cito deficiūt quia fortitudo, sanitas & pulchritudo pa-
 olando rum

Tomi. I. Sermo. VII.

rum durant, miruuntur per haustū, sic licet diues haberet oēs
thesauros mundi cōtinue detrahēdo cōsumerentur. Cōsumū-
tur per vētūm. i. appetitū laudis humanæ, vt diuites auari qui
vix pro deo reddunt vnum nūmum, in cōuiuiis, & pompis &
vanitatibus consumū bona sua. Tertio cōsumuntur per cōstū
Sap. 13. i. cupiditatē amicorū & familiariū, patet ergo qualiter mūdus
vt cisterna cōtinet aquas paucas & mortuas. Quare ergo colli-
gimus aquas à mūdo similes illi de quo dicitur. Pro vita mor-
tuū rogat & pro itinere petit ab eo qui ambulare non potest,
verè magna fatuitas est à cisterna sicca mundi petere satia-
tem desideriorum nostrorum, petamus ergo à fonte viuo dei
qui nobis concedat aquam viuam gloriæ &c.

*Sermo. 7. de eadem dominica. Thēma. Erunt
signa in sole. Luce. 22.*

COncio partitur in duas partes, in prima assignabo ratiōes
propter quas mundi inordinatio fiet. Secunda dicet cir-
cūstātias aggrauātes sententiā iudicis. Prima ratio inordi-
nationis mūdi est vt testetur inordinationē morū præcessisse,
propter quā fiet inordinatio in vniuerso & est valde ponderā-
dum q̄ hēc inordinatio & turbatio mūdi est testimoniū pra-
uitatis humanæ: nā licet coelum turbatū fuit & maxima in-
ordinatio in eo est facta propter peccatū angelorū: tamen ex
hac inordinatione licet grandis fuit, nō orta est inordinatio &
turbatio mundi & elementorū, imo statim post casum ange-
lorum instituit deus aliū ordinem & cōuentū in paradiſo ter-
restri, vt homines professos in isto conuentu transferret ad cō-
uentum cæli, & ex illis repararetur cōuentus cali. Sed destru-
ēto per peccatum conuentu hominum existentium, in paradiſo terrestri statim cepit de ordinari totum vniuersum, imo
deletum & destructum est per diluuium, Videamus ergo quo
pacto istæ inordinaciones quas narrat Euangeliū attesten-
tur inordinaciones morum hominum.

Et primo obscuratio solis testatur q̄ sol. i. status ecclesiastici
fuit inordinatus, nam status ecclesiasticus sicut Sol resplē-
dere debebat in ecclēsia & tanquam Sol illuminare debuisset
inferiores. Qui quidē obscuratus est cupiditate & tot peccata
cōmisi

comiserunt pr̄esertim in multiplicatione b̄eneficiorum quod omnino non fluxit lumen doctrinæ nec exemplaritatis fulgor, sed remansit obscuratū insipiens cor eorum. Quomodo *Ire.4.*
 mutatum est aurū optimum. Luna versa est in sanguinē quādo ecclesia per Lunam significata, conuersa est in sanguinem quādo bñficia ecclesiastica rōne sanguinis, & cognatiōis cōse runtur, & sanguis sanguinem tetigit. Dum pater & filius eandem sedem occupant in choro. Stellæ cadunt de cœlo nam sapientes, & digni sunt sicut stellæ in ecclesia, & quotidie cadūt eiectis dignis, & benemeritis admissis indignis, & iniquis. In terris fuit pressura gentium. Nam triplicem pressurā passa est ecclesia. s. tyrānidem & crudelitatem tyrānorū. Et infidelitatem h̄ereticorum. Et hypocrisim falsorum Christianorum. De his ut dicit. Beatus Bernar. intelligitur. psal. Et in pace ama *Esa. 38.*
 ritudo mea amarissima. Maius damnum recipit ecclesia in hypocrisi malorū Christianorū quā ex tyrannis, & h̄ereticis. Nam in pace infertur ecclesiæ bellū crudele. Contingit illi si cut Rebecca in cuiusvtero duo paruuli pugnabant: & rūpe-
 bantur viscera matris, sic in ecclesia sunt occulti mali Christia ni impugnantes bonos et multis modis eos affligentes. Rūpi-
 tur vterus ecclesiæ litigiis, schismate, & contradic̄tis à Roma manātibus. O terribilis dolor, & tandem pessimus obtinet in causa accipit possessionem indignus reiecto digno & sufficiēti sicut Esau p̄cessit Iacob. A crescentibus hominibus in quo notatur, q̄ avaritia regnauit à Propheta vsq; ad sacerdotem *Gene.6.*
 oēs student avaritiæ. Ariditas in homine prouenit ppter ex- & 8.
 cessum caloris. Nam calor decoquit: & sic abūdante iniquitate. i. avaritia refrigescit charitas, qua de causa homines sunt ari di nihil proximis cōmunicantes. In mundo fuit confusio sonitus maris. Nam ecclesiastici erubescunt & confunduntur à secularibus reprehendentibus mores eorum peruersos iuxta illud. Sidon ait mare erubescere. O ecclesiastici erubescite à mari, id est, statu seculari qui plures largiuntur elemosynas. Nō tanta cupiditate inhiant avaritiæ. Pr̄cipue conqueruntur seculares de clericis, quod sicut à mari in quo quasi tota aqua est amara, quodam artificio suggitur aqua dulcis, scilicet mediante vase cereo vndique clauso, sic ecclesiastici miro modo suggunt à mundo saporem, & dulcedinem. Cum omnis

Figura
Gen.25.

Esa.23.

Tomi. I. Sermo. VII.

omnis status sit plenus amaritudinibus & laboribus, soli ecclastici: vt dicit beatus Bernar. in laboribus hominum non sunt & cum hominibus non flagellantur. A statu muliebri accipiunt vestes delicatas, annulos &c. Sed obediētiam quam vxores seruant maritis omnino dimitūt. A nobilibus & magnatibus accipiunt venationes, sed arma bellica ad expugnādos hostes omnino dimitunt. Ab agricolis accipiunt horrea plena tritico & multa dolia plena vino: aratrum verò nunquam accipiunt: hæc. Bernar. Vnde ab omni statu fugūt dulce, sed amaritudinem & laborem illius status dimitunt.

Vltima inordinatio mundi est cōmotio virtutum, ideo dicitur virtutes cœlorum mouebūtur. Status ecclesiasticus bene cœlo comparatur quoniam mundus inferior à superiori gubernatur secundum. Aristo. & à cœlo accepit influentias. teoro. Similiter lay corum vita ab ecclesiasticis regulanda est & ab eis ministrantur sacramenta. Et sunt dispensatores multiformis gratiæ dei. Et sunt sicut cor populi a quo fluit motus vitalis. Et sunt quasi stomachus diuidens singulis membris ci-
Psal. 39. bum. Sed heu quia conqueritur. Psal. Cor meum dereliquit me. Et lumen oculorum meorum non est mecum. Sunt cōmotæ virtutes in illis, scilicet prudentia, iustitia temperantia & fortitudo quæ quasi cardines, immotæ esse debuissent. Sed illis reiectis à corde ingressa sunt vitia paliata: loco prudentiæ, intrauerunt astutia, dolus & fraus, locum iustitiae occupant crudelitas, & Simonia. Fortitudo eorum est audacia in peccatis cōmittendis. De quibus Esa. dicit. Vq; qui potentes estis ad miscendam ebrietatem: sunt pusillanimes ad pœnitentiam exequendam temperantia vero conuiuiis, & cibis lautissimis, & vinis variis destruitur. Vides qualiter sunt commotæ virtutes cardinales. Has vocat scriptura lapides sanctuarij, de qui-
Tren. o. bus. Hieremias. Dispersi sunt lapides sanctuarij, & quia in cū-
4. etiis delinquimus, in cunctis puniemur. Et totus orbis pugna bit pro deo contra infensatos. Tunc videbunt filium homini- nis cum potestate magna. Nam primo venit dulcis, secundo rectus ad iudicandum. Vnde Psal. Dulcis & rectus dominus.
Psal. 24 In primo aduentu ostendit dulcedinem, in secundo rectitudi nem. In primo venit ad extingendum ignem luxuriæ, propter quod venit diluvium, in secundo cum igne ad destruen-

dam

dam frigiditatem malitię, fluuius igneus & rapidus egredie-
batur. In primo venit tanquam bellator mutato habitu ut nō Dan. 7.
cognosceretur: quia si dominum gloriae cognouissent nun- 3. Reg.
quam crucifixissent, in secundo veniet, vt accipiat regnū suū 22.
ideo vocabit a cortes generales, id est, ad comitia angelos 1. Cor. 1.
Apostolos, & omnes sanctos: quia ecce dominus & omnes
sancti eius cum eo. In primo aduentu venit solus: quia torcu- Esa. 63.
lar crucis solus calcare debebat, in secundo aduentu non ve-
niat solus, sed sociatus afferoribus. De quibus dicitur. Cum
federit cum senatoribus terræ. Erunt facie splendida. Nam si Prou.
cut facies angelii in resurrectione resplenderunt vt sol, ita san vlti.
eti. Erunt etiam armati ad faciendam vindictam in nationi-
bus increpationes in populis.

Sententia proferetur contra damnatos, quæ propter mul- 2. Pars.
tas circumstantias est valde timenda: primo quia contra totū hominem dabitur: sententia iudicium solum datur cōtra corpus, & contra bona temporalia, animam vero non possunt occidere: quia de causa Christus hortatur: vt non timeamus eos qui occidunt corpus. Sed eum qui postquā occiderit corpus, animam potest mittere in gehennam. Ideo vocatur sententia illa gladius ex vtrah; parte acutus: quia animam & corpus interficit. Secunda circumstantia, quia est sententia mortis, sententia de amissione seu confiscatione diuitiarum non tantū timetur sicut sententia mortis: quia mors est ultimum terribilium. Christus dominus noster timuit mortē temporalē. Arist. 3.
Quāto magis est timēda mors æterna vbi mors depascet eos? Eph.
Tertia circumstantia aggrauans sententiam: quia sententia Psal. 48
iudicis vt in plurimū est de poena damni vt est exilium aut confiscatio bonorum temporalium. Sed si nō habetur in bo- In. l. si
nis, luatur in corpore & tunc flagellatur vel occiditur homo qs id q.
sed sententia dei cōdemnat ad poenam damni & ad pœnam §. in ser-
fensus. Vnde Mattheus. Arbor quæ non facit fructum exci- uos. ff.
detur. Ecce pœnam damni: & in ignem mittetur, ecce pœna de iuris.
fensus. Quarto sententia aggrauatur: quia damnatus ad ali- omniū
quam pœnā, punitur inter amicos & notos à quibus recipit iudicū.
cōsolationē. Sed illam pœnā sustinebunt sociati omnibus cru Matth.
delibus inimicis. Quinta circumstantia aggrauans, quia in mū- 3.
do fertur sententia à iudice à quo potest appellari, quia non
d omnis

Tomi. I. Sermo. I.

omnis iudex est supremus: sed in iudicio ultimo fertur sententia à supremo iudice, à quo nō potest appellari. Sexta circumstātia aggrauans est, quia iudices mundi sāpe consolantur reos ex compassione: sed Christus iudex supremus exprobrabit iniquitatem condemnatorum dicens. Esuriui & non dedistis mihi manducare, ideo discedite à me. Septima circumstantia aggrauans est: quia sāpe sententia nō mandatur exequitioni propter defectum exequitorum: sed in iudicio Dāmones erunt parati ad exequitionem sententiæ. Nam Psal. dicit. Vt rugientes præparati ad escam: sicut in sententia. Naamam quia vix verbum à rege exierat: vt Naamam suspenderetur: & à ministris iam suspensus erat.

Matth.
25

Psalm.
103.

Mar. 12.

2. Cor. 9
Psal. III.

Electis dicet iudex. Esuriui & dedistis mihi manducare: magis meriti est eleemosyna: & valet tantum quod virtute illius proferetur sententia in fauorem iustorum: sed vt sit meritoria & deo accepta, oportet: vt habeat conditions boni fructus: pomum vt sit pulchrum debet esse magnum, sic eleemosyna grandis debet esse: mensuranda est, secundum facultatem dantis: hac de causa eleemosyna parua pauperis est maioris meriti quam magna diuitis. Quamobrem eleemosyna viduæ duorum minutorum est reputata à Christo maior propter inopiam quam omnium offerentium in templo. Secundo pomum integrum est pulchrius non comedendum à verme: sic eleemosyna debet habere integritatem circumstantiarum: vt faciat ad laudem dei fiat de suo: detur inopi & non diuiti, &c. Tertio vt pomum sit pulchrum, debet habere colorem pulchrum, & eleemosyna danda est, secundum inclinationem gratiæ ita quod fiat ex amore dei. Quarto vt pomum sit pulchrum & conueniens gustui, maturum debet esse: eleemosyna est danda multa maturitate, scilicet vt detur magis egeni & meliori, vt detur de tua facultate, & aduerte quod prius teneris soluere debitoribus. Quinto oportet vt pomum sit dulce: nam eleemosyna danda est libenti animo non ex tristitia aut ex necessitate: quia hilarem datorem diligit deus. Vnde Psal. Iocundus homo qui miseretur & commodat, disponit sermones suos in iudicio: quia in eternum non commouebitur.

Dominica

Dominica Secunda aduentus Sermo primus. Thema.

Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

IN sermone discutietur qualiter Christus est verus Mesias in lege promissus. Quod tribus mediis probabitur: pri
mum medium est sufficiens testimonium miraculorum: quoniam miracula progrediuntur ab infinita potentia dei:
& arguunt infinitam virtutem in deo: sicut calor ignis est
testimonium probandi ignem esse: & gaudere & tristari,
soli homini conuenit: sic miracula soli deo conueniunt: se-
cta Mahometica non est ornata miraculis. Non enim erat
vera miracula quae Mahomath fecit. Et ut dicit sanctus
Vincentius: non fuit lex Mosayca ornata miraculis: ut lex
euangelica: quoniam in lege Moysi creatura fecit miracula: ut
patet in Exodo & aliis locis. Et si sancti fecerunt, faciuntque; mi-
racula: non ex propria autoritate, sed orando & deprecando deum.
Angeli faciunt miracula ministerialiter: hoc est, autoritate dei
tanquam ministri eius. Saluator noster fecit miracula autorita-
te propria, iubendo & non orando: ut patet in resurrectione
Lazari. & in aliis multis. Miracula Christi sunt quasi epistola
regis: cui credimus & exhibemus honorem propter regis signum: Ioā. 10.
sic omnes tenentur Christo & euangelio credere, propter
miracula, sic Christus dicebat. Si mihi autem non creditis pro- Ioān. 15.
pter opera ipsa credite. Et alibi. Si non fecisse opera, quae
alius non fecit, peccatum non haberent: nam Christus fe-
cit tot miracula, & tanta quod eis vidi omnes tenentur cre-
dere. Qualia sunt resurrectione mortuorum, apertio oculorum
caeci nati: & manifestatio cogitationum: remissio peccatorum.
Propterea Christus discipulis Ioannis respondit. Dicite Ioān-
ni quae audistis & vidistis &c. Hec miracula operatus est Chri-
stus dum viueret: sed ea multoties in ecclesia in cordibus fide-
lium de novo facit. Nam in poenitentia ceci vident peccatorum Iob. 13.
multitudinem & illorum magnitudinem. Vnde Iob quasi ca-
cus orabat deum dicens, ostende mihi quantas habeo iniqui-
tates. I. ostende mihi caeco, qui ea videre non valeo. Necessaria
est diuina gratia, & humiliatio ex parte nostra: ut mensurare
& numerare possimus nostra peccata: nam ex saliu Christi Ioān. 9.
& sputo ut dicit Ioannes fuit factum lutum ad caecum illumi-

- Ioan. 9. nandum, ut notet in saliuia, gratiam infusam esse necessariam:
 & puluerem nostræ humiliationis ex quibus, coalescit collyrium
 contritionis quo illuminamur. ¶ Secundo, claudos facit
 reête ambulare: nam spina pedi infixa hominem facit claudi-
- Luc. 8. care. s. pecunia, cordi inhærens per amorem, hominem claudi-
 dum facit in dei obsequio. Diuitiæ, spinæ à Christo nominan-
 tur, pes noster spiritualis amor est, q̄a secūdū Augu. Eō feror,
 quocunq; feror. Quidam claudus ex vtero matris sedebat ad
 portā speciosam templi: multi nascuntur diuites, quia hæredes
 diuitum celeriter afficiuntur ad diuitias: maxime clerici cupi-
 di petunt ab ecclesia aurum & argētum, scilicet beneficia opu-
 lenta: sancti Apostoli apprehenderunt manum eius dexterā,
 tanquā existentis in flumine aut puto: cuius dexteram debe-
 mus apprehendere, ut eum à periculo extrahamus. Ibat claudus
 exiliens, destruxta claudicatione: pondera. Exiliens. Non
 enim potest quis saltare: nisi eleuatis duobus pedibus: sic
 amor dei & sui eleuare debent: vt ipsum solum deum diligāt.
 ¶ Tertium miraculum est: quia leprosi mundantur: commu-
 nicatione leprosi: ex flatu, ex loquela, inficitur quis lepra. In
 his tribus notabis, ex pessimorum communicatione contra-
 hilepram: nam cum peruerso perueruntur: inflati. i. superbi
 solo flatu. i. spiritu superbie, efficiuntur leprosi: Detractores,
 inficiunt audientes lepra: postquam ipsi sunt infecti.
- ¶ Quartum miraculum, spiritualiter facit deus præbendo
 auditum surdis, Tribus cauſis contingit aliquem surdescere,
 ut astruunt medici, & experientia docet, scilicet ex inflatione
 aurium. in qua notatur vitium superbiz. Vel ex nimia humi-
 ditate: in qua notatur luxuria: vel quia intrat puluis intra au-
 res in quo notatur avaritia. Hi enim sunt surdi. Nam sicut
 Aspides vnam aurem terræ figunt per amorem inordinatum
 diuitiarum, et alteram aurem cauda cooperiunt, scilicet ob-
 stinatione: vt prorsus non audiant sermones de poenitentia
 agenda. Quintum miraculum. Pauperes euangelizantur: est
 magnum miraculum diuitem intrare in regnum cœlorum:
 nam difficilis est quam camellum intrare per foramen acus
- Matth. 9. vt dicit Matthæus. Oportet ergo ut efficiantur pauperes spi-
 ritu: vt domini sint regni cœlorum: quod quidem pauperi-
 bus est euangelizatum: & quo paeto hoc fiet? Respondeo si
 diuitiæ

diuitiae afflant, non apponant cor: eo modo quo Moysi Psal.
contingit intranti ad videndum rubum: præcepit deus ut sol- 61.
ueret calciamentum de pedibus: singulariter notatur, quod
ad intelligendum: secretiora miracula dei, imo ad ingressum
deserti, scilicet coeli (quod desertum appellatur propter ca-
sum angelorum) dimittendum est calciamentum, quod notat
amorem diuitiarum pedes nudi, id est, corda libera ab amo-
re diuitiarum eos possident sine peccato.

Sequitur Secunda Pars.

Secundus modus quo probatur Christum esse verū Mes-
siam, est testimonium scripturæ: propter quod Christus
dicebat Iudæis scrutamini scripturas in quibus putatis esse
vitam eternam, & ipsæ testimonium perhibebunt de me. Scri Ioan. 5.
pturæ ergo reddentes testimonium de Christo de loco & té-
pore, impletæ sunt. Nam natus est in Bethleem in quo erat
prophetatum, quod Christus nasceretur ut patet Matth. sécu-
lo. Tempus etiam in scripturis diffinitum, fuit completum
iuxta hebdomadas Danielis. Tunc enim fuit plenitudo tem-
poris: quando misit deus filium suum: tunc impleta est pro-
pheta Esaïæ. Emitte agnum domine dominatorem terræ: à Ad ga-
petra deserti: ad montem filiæ Sion: pondera. Emitte. Orat
enim totam trinitatem ut emittat: quoniam incarnatio acti-
ue toti trinitati est communis. Respondet apostolus iam
missionem esse factam: quoniam misit deus filium suum: vo-
catur incarnatio missio, primo respectu mittentis: quia tota
trinitas misit. Respectu doni missi, est infiniti pretij: quia do-
num est agnus dominator terræ. Et apostolus exponit, quia
agnus est filius dei misit deus filium suum: ratione etiam hu-
manitatis est maximū donum: quoniā omne aurum in cōpa
ratione illius arena est exigua, id est, natura angelica: quia si-
cut aurum superat omnia metala, sic natura verbo unita, oēs Sap. 7.
angelos superat in gratia & gloria: & cæteris perfectioni-
bus. Et argentum non extimabitur in conspectu eius, videlicet homines sancti & prophetæ neque Patriarchæ neque

Tomi. I. Sermo. II.

doctores quorum doctrinæ, vt argentum sonuerūt, sed Christi humanitati non valent comparari. Est supremæ extimationis: ratione portantis donum, id est, verbi diuini quod portauit illam sacratissimam naturam, & illam in perpetuum secum sustentat in vnitate personæ. ¶ Sequitur in prædicta autoritate. Agnum, qui tolit peccata mundi: Agnum, non qui semel tulit peccatum: sed qui quotidie tollit peccata mundi: qui occisus est ab origine mundi Apoca. prædestinatus, & morti destinatus est ab origine mundi, vt mundi peccata semper tolleret. De isto benedicto agno dicit. Esa.
Apo. 13. Esa. 13. Habitabit lupus cum agno. Imo agnus iste, mutat quotidie lupos in agnos: vt mutauit Paulum in conuersione. agnus, secundum Isidorum, dicitur ab agnoscendo: quia inter magnum gregem, cognoscit matrem suam in balatu: & mater cognoscit agnum suum: ac Christus & mater ad inuicem se cognouerūt in cruce, ideo dixit. Ecce filius tuus, o agne benedicte de quo Ioannes dixit. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi: sed cur Ioannes dixit hoc? Respondeatur: quia sciebat Christum venturum ad suum baptisimum: & ne putarent quod propter necessitatem aliquam baptizaret scilicet propter poenitentiam: ad tollendum hunc errorem prius dixit. Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. Quasi dicat. Non venit ad baptismum, vt tollantur eius peccata: imo ipse tollit peccata mundi. Nullum verbum tantum repetit ecclesia sicut hoc: quia ter in missa repetitur. Et orat hunc agnum in dextera patris sedentem: vt concedat nobis veniam, & misericordiam, & pacem superantem omnem sensum: quia statuet agnos suos ad dexteram. Orat vt cognoscat eos in balatu, quoniam vt dicit beatus Petrus. Ipsum constituit dominus iudicem viuorum & mortuorum: & in nomine eius speratur remissio peccatorum: quia non est aliud nomen sub cœlo: in quo nos oporteat saluos fieri.
Act. 4. ¶ Sequitur in autoritate (à petra deserti) petra figurat veterum virgineum: qui non sine causa nominatur petra, quoniam diuinus serpens, id est, Christus nulla vestigia corruptionis in ea reliquit quoniam virgo permanxit. Dicitur etiā virgo desertum, quia ab omni peccato est deserta: sic psalmus appell-

mus appellat. In terra deserta. ¶ Ultimo sequitur ad modum
filię sion. Sion erat turris altior in Hierusalem figurat in hoc
Hierusalem coelestem & triumphalem: quæ dominatur no-
stræ ecclesiæ militanti: sicut Sion dominabatur Hierusalē ad
montem. sed ecclesiæ propter quod psal. dicit. Ego autē consti-
tutus sum rex ab eo: super Sion montem sanctum eius: quia
Christus est caput ecclesiæ. ¶ Tertium medium ad proban-
dum Christū verum Messiam & deum: est testimoniū duo-
rum testimoniū: quibus nulla potest ponī exceptio. Est testimo-
nium Ioānis baptistæ, & Ioannis euāgelistæ: quia in ore duo-
rum stabit omne verbum. Habuit deus tantā prouidentiam & Deu. 17
curam: in rebus fidei nostræ, quod nō ex alia causa fecit ba-
ptistā: quo nullo sanctior est, tātā estimationis, tātāq; auste-
ritatis, in tantum quod non est natus homo in mundo: cuius
dictis, tanta fides adhiberetur: sicut Ioanni. Vnde dicit euā-
gelium quod scribæ & pharisei miserunt ad Ioannem: vt
interrogarent eum. Tu quis es? De hoc testimonio satis di-
ctum est in aliis concionibus, & dicetur in sequentibus.
Ioannes euāgelistā etiam perhibuit testimonium: quia
hic est filius dei: & primo capitu. Verbum caro factum
est: quod ante Ioannem, nullus est ausus dicere. Et isti duo
sancti sunt figurati, in duobus Cherubim, se versis vultibus
respicientibus: quoniam concordes & conformes: in reden-
do testimoniū de Christo. Quod baptista dixit. Ecce agnus
dei, euāgelistā confirmauit: quia baptista testificatus est: se
esse indignum soluere corrigiam calciamenti Euāgelistā
declarauit pedem, scilicet, verbum & calciamentum dum
dixit verbum caro factum est, sic facile in aliis testimoniis in-
uenies consonantiam testimoniorum hac de causa se respi-
ciunt versis vultibus, vt & eos aspiciētes pertingamus ad glo-
riam quam &c.

*Dominica Secunda aduentus, Sermo secundus de ex-
positione euāgeliū super idem Thēma. Tu es
qui venturus es, &c. Mat. 11.*

Fortè Ioannes dubitauit Christum esse deum: nec miran-
dum est: ex quo Gregorius sentit hic, quod dubitauit,
d 4 prima

ad Co Prima ratio. Nam Pau. dicit loquimur sapientiam in myste-
rion. 4.

Ioan. i. uit. Nec mirandum est de isto dubio baptista: quia alibi di-
ibidem. xit. Ecce Agnus dei: & alibi. Qui post me venit, ante me fa-

ctus est, cuius non sum dignus &c. quia si prospera fortu-

Mat. 17 na cæcat, etiam aduersa. Vnde Petrus in prosperitate trans-

Mat. 16. figura tionis dixit. Bonum est nos hic esse. Et tu es Christus

Mat. 26 filius dei viui: sed in aduersitate passionis, cepit iurare quia

ps. 90. non nouisset Christum. Ideo Psalmus. Cadent à latere tuo

Prouer. mille: & decem millia à dextris tuis: Et Salomon pauper-

30. tatem, & diuitias ne dederis mihi: ne compulsus necessita-

te peierem nomen Dei. Ex hoc non est mirandum si Io-

annes secreto dei iudicio, in carcere non cognovit Chri-

stum: quia in palatiis deus communiter non cognoscitur:

ex quo veritas in domibus principum non cognoscitur:

quia multi non audent dicere veritatem, sed adulantur do-

minis: sic Iudicum. 5. Achior in domo Holofernis, omnes

enim famuli Nabuchodonosor dicebant, eum esse deum

cœli. Ideo Achior voluerunt occidere adulantes domino suo.

Adulator est quasi vox Echo, sic adulator est vox domini

sui. Secunda ratio dubitationis sancti Ioannis est: quia ex

pietate dubitauit: quod exponitur sic: quia Christus didic-

it ex his quæ passus est: aliud est enim scire aliquid expe-

rientialia: aliud scientia: quia experientia maiorem notitiam

confert: sicut patet in arte militari: ut de Hannibale qui au-

Arist. i. diuit Phormionem coram Antiocho disputantem de re mi-

meta. & 6. ethi. litari: & dixit. Bene loquitur iste: sed si esset in campo nihil

sciret: Ioannes igitur ante carcerem, sciuit Christum per scien-

tiam passurum esse. i. per diuinam reuelationem dicens Ec-

ce Agnus dei &c. Sed nunc positus in carcere ligatus com-

pedibus ferreis, & expertus manicas ferreas, quasi per hoc

considerans clausos pedum & manuum Christi in carne, timo-

rem sententia & agoniam mortis, como yua su cabeça

en el plato goteando sangre &c. pietate dubitauit dicens.

Tu es qui venes &c. sic Moses & Helias ex pietate loque-

Mat. 16. bantur de excessu quem completurus erat in Hierusalem,

quanuis ante scirent esse passurum: sic Petrus alibi dixit.

Absit à te

Absit à te domine, propitius tibi esto: hæc dixit ex pietate. Mora-
 Cum audisset Ioānes, &c. Herodes & herodias eius concubi- lis sen-
 na figurant mundum & carnem: qui hominem liberum in sus.
 gratia constitutum, aliquando incarcerant in culpa pecca-
 ti: & tunc quando anima videt se incarcerated in carcere pec-
 cati & captiuam: mittit duos discipulos suos. s. timorem pa-
 riter & amorem: non dubitando in fide, sed potius pro adiu-
 torio diuinæ gratiæ: & ne deficiat in fide dicit: Tu es qui ven-
 turus es? sed tunc deus misertus animæ: remittit illam ad ope-
 ra diuina creationis, redemptionis & glorificationis. q. d. re-
 nunciate Ioanni quæ audistis & vidistis: quia cæci vident:
 claudi ambulant &c. q. d. confidentiam habe: quia & si cæca,
 & si clauda, & si leprosa sit anima: tamen videre, ambulare,
 mundari potest. Mittens duos discipulos. Ioannes incarce-
 ratus figuram legis veteris tenet: cuius intelle&tus erat inclusus
 sub literali, & inde mittit duos discipulos. s. Iudaicum po-
 pulum & gentilem ad Christum, vt edoceantur ab eo, si tu es
 qui venturus es? Ioannes fecit sicut bonus pater familias: qui
 in articulo mortis procurat dimittere filios suos sub bona
 tutela hominis Christiani qui sit bonus & essentialis: sic Io-
 annes dimittere vult discipulos suos sub tutela Christi. Misit
 etiam discipulos suos ad Christum, vt prouideret inuidiæ di-
 scipulorum suorum: quia dixerunt. Ecce qui baptizat trans
 Jordanem, omnes sequuntur illum, nunquid maior te est? Co-
 gitauit, si dico sic, forte credent, me ex humilitate dicere hoc;
 non ex veritate: melius ergo erit remittere ad opera. Ite ergo
 & interrogate eum: ipse vos remitteret ad opera quæ cepit face-
 re & docere. Pondera quia dicit Euangelista cum audisset
 Ioannes: non dixit vidisset, quia non legitur Ioannem Chri-
 stum, vidisse nisi tatum in baptismo. Et cum dixit ecce agnus
 dei. & hoc fuit factum vt prouidentia diuina prouideret te-
 stem maximum Christi, ab omnibus reputatum: & vt omnes
 crederent per illum: vt non vituperaretur ministerium eius.
 Et si maxime concupiuit conuersationem Christi: abstinet ta-
 men ab ea: vt cum dixerit. Ecce agnus dei, omnes crederent
 per eum. Et hoc fuit in eo maximum genus abstinentia, &
 maius quam abstinere à vino & siccra: in quo dedit nobis do-

Allego-
ric⁹ fen-
sus.

Tomi. I. Sermo II.

¶ Crinam non tantum abstinendi ab omni malo, sed ab eo o-
1. The.5. mni quod habet speciem mali, vnde Psalm. dicit. Ab occultis
ps.18. meis munda me & ab alienis parce seruo tuo. Et Christus vñ
Matth. qui scandalizauerit vnum de istis minimis. Nota Ioannes in
18. vinculis &c. ex quo est opus misericordiae visitare incarcera-
tos, visitemus hodie Ioannem in carcere: & interrogemus
eum, cur sit in carcere? sed ipse non dicet ex bonitate: dicat
Mar.6. ergo Euangelista. Propter herodiadem quam tulerat fratri
suo Philippo vxorem. Secundo interrogemus. Quis eum in
carcerauit? Respondet Herodes misit eum in carcerem. Tertio
quomodo iustificatus est processus & eius sententia? Respon-
det, quia misit spicatorē & amputauit caput eius in carcere.

Sequitur secunda pars, sive secundus sermo.

E *U*ngelista ponit hic sex opera miraculosa: quæ gratia
facit in peccatore iustificato quotidie: quod est maius mi-
raculum quam creatio cœli & terra: & etiam quam facere
quod cæcus videat: & claudus ambulet: & leprosus mundetur:
Audiat surdus, & resurgat mortuus & pauperes euange-
lizentur: si enim sit aliquis homo (quod absit) qui sit tam cæ-
cus & habeat errorem in intellectu, & sit traditus in reprobū
sensum ut videns non videat & intelligens non intelligat salu-
tem animæ suæ & sit quasi phreneticus, qui recusat medici-
nam & seuiat in medicum suum qui etiam impugnet agni-
tam veritatem, quod est proprium peccatum in spiritum san-
ctum: quod non remittitur in hoc sæculo, nec in futuro (non
quod hoc peccatum sit irremissibile per poenitentiam sicut &
quodcunque aliud peccatum) sed quia talis impugnator, nū-
quam aut vix emendatur, & iam non cognoscit veritatē adeo
depravatum habet intellectum: si ergo deus noster vtitur cū
isto tanta misericordia, vt aperiat oculos eius & auferat ab eo
velamen erroris sui ut facit in Iudeis & omnibus infidelibus,
& in multis aliis nonne est hoc opus maius quam cœcum illu-
minare? certe sic: quantum distat coelum à terra & differt ani-
ma à corpore. Item si contingat quod alias non sic errat, nec
habet tam depravatum intellectum quod cognoscit verita-
tem & bene cognoscit, sed quasi claudicat voluntas affectiu-

ex pro

ex propria malitia quia vult ambulare in duobus pedibus, & non potest. i. frui deo & mundo: seruire deo & Mammonem & non potest: vt præsentibus & futuris bonis quis fruatur: vnde in lucta Iacob tetigit deus neruum femoris eius & emarcuit, figu. ge
ne. 32.

propter quod non comedunt neruum filij Israël vsq; in præsentem diem &c. quasi nolens vt deinceps ambularet in duobus pedibus. i. duabus affectionibus sed tatum una, quia vnu est necessarium: q; si deus vtitur tecum vel mecum tanta gratia & tata misericordia q; sanet in me istam infirmitatem & ista fragilitatem, vt vni deo tantum intendam primum querrens regnum dei & iustitiam eius, & omnia alia quasi addititia non maius miraculum est quam claudum ambulare? certe sic, si ita rectificasset voluntatem, vt tatum deum diligarem quia recti diligunt te. Item si existente me leproso, currentibus vermibus & putredine fætida carnis meæ, per culpam in honestâ carnis meæ: & de visceribus ascendit fætor ita q; sicut leprosus sim extra castra, scisis vestibus, discoopto capite, & ore & veste contectus, propter infamiam, vt sic non alios inficiam. Deus autem si vellet imponere manum suæ misericordiae & purgare sicut alteram Magdalenam vel mulierem apprehesam in adulterio, ita q; non amplius cōmittâ sed odio habeâ propter vilitatem, non ne maius esset hoc quam leprosum mundare? certe sic. Vnde Esa. Meretrix. i. anima peccatrix sume citharam. i. age poenitentiam (per citharam poenitentia significatur) bene cane in confessione, frequenta canticum, sæpe cōfitendo circue ciuitatem animæ: angulos & cogitationes & desideria examinando. Surdi audiunt. Item si diues stat tam surdus ad clamorem pauperis quod non exaudiat eleemosynam petentem, vel non velit audire: sed sicut senex tempore hyemis recolligitur in seipsum & cooperit sevno & alio palio & non sufficit: sed nunc deus sua misericordia infundit super eum tantum calorem veris. i. charitatis, in tantum quod suis bonis propriis & necessariis expoliatur ad dandum pauperi, vt fecerunt beatus Martinus, & beatus Franciscus & alij sancti, certe tunc surdi audiunt.

Mortui resurgunt, hoc est si stâte homine interiori mortuo propter consuetudinem peccati, qui quidem homo secundum deum

Mat. 6.

Leui. 15.
num. 5.

Esa. 23.

Tomi. I. Sermo. III.

deum creatus est, & ad imaginem & similitudinem diuinam est formatus: mortuus est tamen per consuetudinem & Apoc. 3. obstinationem peccati: ita tamen quod nomen habeat tantum quo viuat & mortuus est: nunc deus sua clementia resuscitasset eum audiendo verbum dei: quia venit hora & oan. 5. nunc est quando mortui audient vocem filij dei. Et qui audierint vivent: nonne hoc maius miraculum esset quam mortuos suscitare? certe sic.

Pauperes euangelizantur, id est, si paupervirtutibus & gratia & donis spiritus sancti deus sua misericordia, anima eius Mat. 11. tantum ditasset dicens. Venite ad me omnes, qui onerati estis Eccl. 24 & ego reficiam vos, & iterum dicit. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me & a generationibus meis implemini, & tunc sicut infirmus inueniret conualescitiam: litibundus potum: famelicus saturitatem: pauperes, opulentos thesauros diuitiarum: tunc pauperes euangelizantur. Pauperes etiam euangelizantur: quia de statu pauperum saluantur, quam Mat. 19. de statu diuitium, iuxta illud dictum Christi. Difficile est diuitem intrare in regnum coelorum. Et hoc est quod Esa. 53. Esa. dicit quod quasi ouis ductus est ad occisionem: quia sicut ouis maximè est cibus pauperum sic mors Christi maximè proficit pauperibus spiritu, quoniam illorum est regnum coelorum ad quod nos perducatur, &c.

Sequitur tertia pars, sive tertius Sermo.

Gratia sine gratia est quasi Ioannes in vinculis: ad usum gratiae gratum facientis, necessaria est gratia gratis data: quia nullus quantuncunque probus potest operari in gratia sine gratia gratis data, id est, sine auxilio speciali quod quidem est noua gratia: exemplum in praedicante, qui licet sit in gratia, eget alia gratia ad praedicandum: & auditor licet habeat gratiam, eget gratia gratis data ad audiendum: ideo gratia virginis indigemus.

Multos labores habet homo incaceratus q proueniunt ex carcere: primus est cæcitas ex obscuro carcere: secundus claudit ex cōpedibus tertius lepra inficitur, quia stat immotus a. malū. Hostres labores volo exponere. Omnis bonus Christianus, habet

habet vitam pro carcere:& carnem pro poena:donec soluat ps.141.
omnia debita.i.peccata. Vnde Psal. Educ de carcere animam ad Phi.
meam,& Pau.cupio dissolui & esse cum Christo.ynde sicut
omne desiderium boni Hebræi erat ante aduentum Christi:
expectatio Christi:sic omne desiderium boni Christiani diri-
gi debet ad secundum aduentum Christi,vt ab isto carcere edu-
catur video in Apoca.Sub throno dei omnes sancti clamati vin-
dica sanguinem nostrum &c.Nos sumus similes filiis Israël Apoc.9
qui voluerunt habere partes citra Iordanem,sic nos volu-
mus habere nostram hereditatem in hac vita,ideo Iob di-
cebat.Nunquid mare sum aut cætus ,quia conclusisti me Iob.7.
carcere:vnde homo malus quasi mareferuens,& cætus non
alibi viuit nisi in mari.sic peccator non vult exire à mari
huius vitae.

Secundum malum quod incurrit est:quia habet vincula
& est cæcitas intellectus:cæcitas est maximum malum in-
tellectus.Vnde Psalmus ait:Cor meum conturbatum est in
me & dereliquit me virtus mea & lumen oculorum meo-
rum non est mecum:exponitur secundum Augustinū cor
meum.i.intellectus meus adeo est conturbatus post lapsum
in peccatum quod ipsum lumen non est in me.i.ipso iusti-
tia originalis quæ æquiualebat gratiæ secundum aliquos,
& erat quasi lumen quoddam intellectus animæ & in sum
iam lumen non est mecum:quia deum cognoscere non pos-
sum à priori,nec etiam creaturas.hinc est quod Philosophus
dicit:quod se habet intellectus ad manifestissima naturæ,si-
c ut oculus noctuæ ad lumen solis:quia noctua in proprio lu-
mine videns non venatur nisi vilia & lumen solis non potest
aspicere,sic intellectus propria virtute deum cognoscere non Aristo.
potest sed aquila aspicit lumen solis quia lumen exterius 2. met.
coniungitur cum proprio lumine,sic fide iuncta nostro na-
turali lumini,cognoscimus deum & multa alia quæ seclu-
sa fide ignoramus. Vnde Philosophus dicit quod à priori
deum & creaturas non cognoscimus:sed à posteriori sic.i.
imperfecte ordine præpostero cognoscimus.Ignorabat ille
Paganus causam suæ & nostræ ignorantie cur à priori per-
fectæ res non possumus cognoscere,si quidem in statu inno-
centiæ,cognouisset homo omnes creaturas in scipis,vel in
deo,

deo, quod est cognoscere à priori in causa sua & principio,
tamen post peccatum, nullam rem individuam cognoscit
perfecte à priori, quia nec quiditates nec echeitates cogno-
scit quasi in pœnam sui maleficij: sed modicum quod cognoscit
est à posteriori. Vnde ad cognoscendum deum & seipsum

I Cor. 13 hoc est quod Pau. dicit, videmus nunc per speculum in enigma. Bene ergo Ioannes in vinculis est homo cæcus. Et

Iudi. 16. in figura huius dicitur quod Dalila obcæcauit Sansonem &
fecit ipsum molere, ad pristinum pondera molere, quia in cir-
citu impij ambulant, eo quod intellectus humanus quasi
cæcus, & excerebratus in diuersis opinionibus, ad cognoscen-
dum veritatem & virtutes quod semper petit principia co-
gnoscendi. & vix quiescit in cognitione veritatis: nec quiquā

Nu. 23. querimus trans Iordanem sicut quidam Hebrei: quali con-
tent in carcere huius mundi: sicut puer parvulus existens in
ventre matris sue non videns lucem mundi. Primum ergo
vinculum nostri Ioannis est cæcitas intellectus, cui succurrit
primum opus Christi. i. fides quæ illuminat intellectum Chri-
stiani, sicut spicula indistantius perficiens de qua dicitur,
cæci vident, quia infidelis etiam sapiens modicum cognoscit & videt: quia tantum credit quod videt: nos autem multo
amplius videmus, quia sumus illuminati lumine fidei, quia
videmus omnia distantissima, ad quæ attingunt nostra ocu-
laria. i. fides nostra. Et propter hoc Apostoli dicebant. Domi-
ne adauge nobis fidem. Et alter illuminatus paulatim à Chri-
sto dicebat. Video homines sicut arbores. primum ergo ma-
lum Ioannis nostri in vinculis existetis, per Christum curatur
mediante fide. Dicite ergo Ioanni quæ audistis & vidistis quia
cæci vident.

ps. 106. Secundum malum est claudicatio voluntatis sedens in te-
nebris & in umbra mortis in mendicitate & ferro, super
quod August. O bone Iesu. Cum unum tantum ex his ama-
re valeam quid, quia animus in tot diligibilia distrahitur?
certe claudicat intellectus meus & amor, quia illuc feror,
quocunque feror. Tange ergo obsecro neruum femoris mei
ut te tantum diligam sicut iussisti. Diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo, quia sicut anima est vita corporis,

ita

ita deus est vita animæ, maximum ergo vinculum est distra-
ctio ad tot diligibilia: Figura huius vinculi in actibus Aposto-
lorum. Quidam vir listris, infirmis pedibus sedebat claudus Act.14.
ex utero matris sua. Listris interpretatur dissolutus, quia
hæc dissolutio est claudicatio voluntatis, naturaliter proue-
niens ex utero matris.

Tertium vinculum est pestis contagiosa, velut lepra. s. pec-
cata venialia nam septies in die cadit iustus. si ergo iustus in
die claro cadit septies, videns quo cadat, quia in faciem cadit; Pro.24.
iniustus. i. peccator in obscura nocte peccati quotiens ca-
dit, maxime quia retrorsum cadit quia ignorat quo cadat.
quædam nanque peccata venialia ita annexa sunt animæ no-
stræ, vt vix aut nunquam euitari possint ut concupiscentia
carnis. De qua Pau. Infelix homo quis me liberabit de cor-
pore mortis huius? video enim in membris meis legem re-
pugnantem legi mentis meæ. Et quod est maius est, qd non
cognoscimus flagellum esse si quidem omnis concupiscentia,
maxime carnis: flagellū est, & iustitia & punitio diuina. Et est
tanta ignorantia & cæcitas nostra & adeo Ioannes noster ia-
cet in vinculis quod non sentimus flagellum: imo flagellum
accipimus pro delectatione: sicut quando vulnus supra vul-
nus accipitur non sentit caro, de quibus sapiens dicit. Va-
pulauerunt me & non sensi. Vnde quidam dicunt quod Pro.23.
venialia potius sunt poena peccati quæ peccata. Ego dico no-
tantum esse poenam peccati originalis: sed mortalis: quia ex
quo non vitat mortalia quæ potest vitare, iuste punitur: vt nō
possit euitare omnia venialia, licet singula possit. Vnde per
lepram bene intelliguntur venialia: quia sicut lepra curari nō
potest: Ita nec omnia venialia euitari possunt, & sic est Ioan-
nes in vinculis. Succurrit huic malo tertium remedium ope-
ris Christi: quia leprosi mundantur, scilicet virtute passionis
Christi & sacramentorum ecclesiæ. De quibus. Psal. Exhibit ho- ps.103.
mo ad opus suum, id est, Christus ad opus suum: quia sacra-
menta non possunt melius fieri quam a Christo deo & homi
ne, & quia homo non potest perfecte curare lepram venialiu:
tamen virtute sacramentorum ecclesiæ usque ad vesperam, id
est, consumatione seculi, scilicet, virtute poenitentiæ & echari-
stia

Tomi. I. Sermo. III.

stia & aliorum sacramentorum potest perfecte curari: ut sic mundati per gratiam consequantur gloriam ad quam nos perducat, &c.

*Dominica Tertiæ aduentus, Sermo primus. Thema. Et
hoc est testimoniū Ioannis quando miserunt
Iudei ab Hierosolimis.*

Ioan. 1.

Evangelium loquitur de informatione habita à Ioanne de aduentu Christi: dicit Chronica euāglica, quod Ioannes nouiter veniens à deserto in Iordanem: constitutus ad ripam Iordanis: distans duabus leucis à Hierusalem: publicata fama & valore suæ sanctitatis: à quinqueño relictis parentibus factus heremita in deserto à quo nunc veniens prædicans baptismū poenitentia & nouam doctrinam: nouā scholam habēs: & nouitios discipulos: affamatus acceptus deo ab omnibus dilectus: quia communis opinio erat in populo Iudaico de aduentu Christi & de eius complemento: intrantes concilium miserunt suos solennes nuntios: ut interrogarent eum, Tu quis es? Et hoc est testimoniū Ioannis quando ludei miserunt ab Hierosolimis. Quomodo ergo dubitatis: nonne cognoscitis parentes, non vidistis illum nasci? Non interfueritis illius circuncisioni, quando vocabant eum nomine patris sui Zachariam, & mater eius dixit. Nequaquam sed vocabitur nomen eius Ioannes: quando apertum est os Zacharie? Quomodo ergo queritis ab illo. Tu quis es? an putatis quod in deferto mutatus est in virum alterum, & quod vestiuit se homine diuino? Possent respondere, credimus quod sic: quia sicut impossibile est, non prodere crimen vultu, sic virtus difficulter absconditur. Vnde sanctitas Ioannis adeo resplendebat in vultu eius, quod putabant non esse illum quem viderant nasci ex Heliabeti: sed alium messiam diuinum credebant, ideoq; interrogauerunt eum. Tu quis es?

Ouidi⁹
in mē.

Nota quod sicut Angeli mali ante casum, interrogauerunt luciferum. Tu quis es? videntes excellentiam luciferi quasi dicentes. Tu quis es. q.d. quid sentis de te ipso in tanta excellentia constituto, ex quo inter te & ipsum deum non est medium

medium:& omnis lapis pretiosus operimentum tuum,id est
gratię aliorum angelorū sunt simul in te,sic Grego,lucifer vi Eze. 1.
Etus ab arrogātia & superbia dicit.Similis ero altissimo,&c.
Michaēl qui interpretatur,quis vt deus? restitut lucifero:& ex
resistentia & contradictione fuit factum prælium magnum
in cœlo,similiter quasi simile prælium ortum est in deserto
cum ministri interrogauerunt Ioannem.Tu quis es? quia erat
sublimis in fama ita quod crederetur esse Christus:cuius te-
stimonio starent sine alia probatione.Tu ergo quis es ô beate
Ioannes dices vt lucifer,similis ero altissimo ? absit. Sed dicis
Nō sum ego Christus:ex hoc ergo credo q̄ sicut lucifer ma-
iori gloria ornatus est,sic Ioannes est maior in gloria quoniam
bellum fuit simile utroque:licet in variis locis quia lucifer
fuit victus in cœlo & beatus Ioannes vīctor remansit in deser-
to.Sed bellum fuit simile in causa:quia utrobiq; fuit propo-
sita similis questio scilicet.Tu quis es ? & fuit bellum adeo
magnum,quod ex eo remansit beatus Ioannes quasi martyr
melius,quam ex præcisione capit is:quod sic intellige : quia
sicut boni angeli in prælio vicerunt & manserunt quasi mar-
tyres,sic baptista tentatus istu diabolico cum proposita est
illi questio.Tu quis es? habens tot & tanta de quibus super-
bitate poterat,scilicet sapientiam,diuitias,nobilitatem,sanctita-
tem,& multas alias perfections interrogatus.Tu quis es? Re-
spondit Non sum ego Christus:obtinuit victoriā mansit ta-
men martyr in spiritu.Ex quo dicit Gerson illum posidere
sedem luciferi. Sequitur in euangelio vt interrogarent eum.
Tu qui es? Nota quod amator humilitatis Ioannes & inimi-
cus superbie,quomodo Iudæi resistit & confundit superbiam
illorum.Certe isti Iudæi ambasiatores sapiētes:vt apparet ex
euangelio non videntur habuisse nisi mandatum generale à
ciuitate Hierusalem interrogandi & sciendi à Ioanne vt sciret
quis esset quasi dicat vt interrogarent.Tu quis es? & quia de Arist.
quolibet est,vel non est bene respondit: quia non sum ego
Christus:Quando dixerunt.Helias es tu?Propheta es tu?Re-
spondit non sum subtilis in confessionem superbiam illorum:
quia querunt ultra mandatum. Quando vero se humiliant
& interrogant.Tu quis es?vt responsum demus his qui misere-
runt nos,respondit ego vox clamantis,&c.Doctrina humili-

tatis: non plus sapere quam oporteat sapere, sed sapere ad sobrietatem. Pondera super hoc. Et hoc est testimonium Ioannis. Nota secundum Rupertum, quod hoc testimonium de Christo potius fuit ex diuina reuelatione quam ex cognitione humana vel scientia humana vel acquisita Ioannis, patet quoniam quando Iudæi miserunt ad illum & ipse testimoniu[m] perhibuit, nunquam viderat Iesum corporaliter: nec persona eius. Vnde Luc. 3.c. Anno. 15. imperij Cesaris factu[m] est verbum domini super Ioannem filium Zachariae in deserto. i. facta est diuina reuelatio de Christo: quem nunquam oculis corporalibus viderat. Vnde appetit hoc dicit. Altera die, id est, sequenti. Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi, id est, preciu[m] mundi, & subdit. Qui post me venit ante me factus est, & ego nesciebam eum quasi dicat licet ante cognouerim eum per diuinam reuelationem ex utero matris meæ tamen cognoui secundum quod Propheta: & illum cognoui secundum quod deus: & tam illum secundu[m] quod homo. Et ego secundum quod homo nesciebam eum. i. nō cognoscebam figuram habitus neque dispositionem eius cuius statu[m] dispositio & pulchritudo, & caro verbi non erant cognita vsq[ue] modo quando dico. Ecce agnus dei: quia ergo hoc testimoniu[m] quādo miserunt ad Ioannem sacerdotes & leuitæ fuit, antequam Ioannes cognouerit Christum in carne, id est, viderit personam: quia cōmoratus in deserto per totam vitam suam recte cōcluditur, quod hoc testimonium potius fuit ē celo quam de terra. Mirantur Iudæi quomodo tam puer ingressus est Ioánes desertum: erat enim quinq[ue] annorum. & vix sciens ambulare, & ieunat. Huic questioni respōdetur, quod ex multis rationibus fecit hoc: prima ratio vt præcedat Christum in ieunio. Et illi assimiletur qui ingressurus erat desertum in ieunio: secunda ratio vt assimiletur Abraham qui fuit magni meriti eo quod egressus est de terra sua: & quod Abrahā fecit senex. Hoc fecit Ioannes in ætate quinq[ue] annoru[m]: ex quo quidā dicūt quod vsus rationis intra utrum matris suę nō fuit transiens celeriter sed permanens fuit, quia alias non posset in tam parua ætate heremum intrare. Tertia ratio & melior: vt omnes apostolos excedat: quia ante aduentum spiritus sancti, omnes discipuli adeo affecti fuerūt humanitati Christi, quod necesse fuerit Christū discedere &

Ioan. 1. porro hoc dicit. Altera die, id est, sequenti. Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi, id est, preciu[m] mundi, & subdit. Qui post me venit ante me factus est, & ego nesciebam eum quasi dicat licet ante cognouerim eum per diuinam reuelationem ex utero matris meæ tamen cognoui secundum quod Propheta: & illum cognoui secundum quod deus: & tam illum secundu[m] quod homo. Et ego secundum quod homo nesciebam eum. i. nō cognoscebam figuram habitus neque dispositionem eius cuius statu[m] dispositio & pulchritudo, & caro verbi non erant cognita vsq[ue] modo quando dico. Ecce agnus dei: quia ergo hoc testimoniu[m] quādo miserunt ad Ioannem sacerdotes & leuitæ fuit, antequam Ioannes cognouerit Christum in carne, id est, viderit personam: quia cōmoratus in deserto per totam vitam suam recte cōcluditur, quod hoc testimonium potius fuit ē celo quam de terra. Mirantur Iudæi quomodo tam puer ingressus est Ioánes desertum: erat enim quinq[ue] annorum. & vix sciens ambulare, & ieunat. Huic questioni respōdetur, quod ex multis rationibus fecit hoc: prima ratio vt præcedat Christum in ieunio. Et illi assimiletur qui ingressurus erat desertum in ieunio: secunda ratio vt assimiletur Abraham qui fuit magni meriti eo quod egressus est de terra sua: & quod Abrahā fecit senex. Hoc fecit Ioannes in ætate quinq[ue] annoru[m]: ex quo quidā dicūt quod vsus rationis intra utrum matris suę nō fuit transiens celeriter sed permanens fuit, quia alias non posset in tam parua ætate heremum intrare. Tertia ratio & melior: vt omnes apostolos excedat: quia ante aduentum spiritus sancti, omnes discipuli adeo affecti fuerūt humanitati Christi, quod necesse fuerit Christū discedere &

Nota
singula
res
ra-
tiones.
Gen. 12.

ratio vt præcedat Christum in ieunio. Et illi assimiletur qui ingressurus erat desertum in ieunio: secunda ratio vt assimiletur Abraham qui fuit magni meriti eo quod egressus est de terra sua: & quod Abrahā fecit senex. Hoc fecit Ioannes in ætate quinq[ue] annoru[m]: ex quo quidā dicūt quod vsus rationis intra utrum matris suę nō fuit transiens celeriter sed permanens fuit, quia alias non posset in tam parua ætate heremum intrare. Tertia ratio & melior: vt omnes apostolos excedat: quia ante aduentum spiritus sancti, omnes discipuli adeo affecti fuerūt humanitati Christi, quod necesse fuerit Christū discedere & subtrahere

subtrahere illis præsentiam suam: itaq; quod senes cognouerunt diuinitatem Christi. De quo Pau. ait. Et si cognouimus 2. Cor., Christū secundum carnē iam non cognoscimus sed secūdū spiritum. Vnde quod tu Paule & φ alij apostoli, in senectute cognouerūt: hoc Ioānes in pueritia cognouit, & fugit Christi præsentia secundū carnē: vt nō cognoscat illū secundū carnē, sed secundum spiritum. Propter hoc non conuersatur cum Christo. Dicit enim Bernar. Nō habet amaritudinē cōuersatio illius. Imo miror valde quomodo Ioannes, intra vterū existens voluit rūpere viscera matris: nūc natus & puer fugit cōuersationē eius. Sed nec Simeon, tātū cōcupierat videre Christi præsentia licet diceret, nūc dimittis seruū tuū domine: non tātū desiderauit videre Christū sicut baptista. Quomodo ergo dicit euāgelista, φ non vidit Christum: nec eius præsentia, nec conuersatus est cū illo vsq; quo dixit. Ecce agnus dei? Respondeo: quia Ioannes futurus erat testis idoneus q̄ Christus erat deus & homo, qui est maximus articulus fidei: & q̄a deus sciebat hūc articulū difficile creditu Iudæis & gentibus: quia Christus Iudeis est scādalum: gētibus autē stultitia, & discipulis etiā post resurrectionē hoc affirmātib⁹ & dicētibus. Huius resurrectionis sumus testes, q̄a cū illo manducauimus, & bibimus dixerūt Iudei nōne hi ebrij sunt? & musto madere depūtāt, quos spiritus repleuerat. Ex hoc deus prouidit sibi vnum hominē sanētum bonū cui tātū ab omnibus deferretur: vt cū diceret, ecce agnus dei: oēs crederent per illū. Et propter hoc facit maximū genus abstinentiæ: q̄a cū tātū cōcupiuerit Christi cōuersationē: vt etiam existēs in vtero matris visus fuerit velle rūpere viscera materna: vt cōgressus cū Christo amabilissimos haberet tūc inquā quādo exultauit infans in vtero matris, sed nūc abstinet à cōuersatione Christi, vt nō vituperetur ministeriū eius: vt cū testimoniuū dicit de Christo, nō dicant aduersarij nostri φ ex amicitia perhibuit testimoniuū, propterea φ amici afficiūt erga amicos, & amicitia parit fauorem: fauor adulacionem: adulatio mendacium. Nota figuram super nescientiam quam habuit Ioannes de Christo dicens ego nesciebam eum: donec videt eum & dixit, ecce agnus dei. In cuius figura legitur. quia Samuel missus est vt 1. Reg. i yngeret in regem vnum ex filiis, &c. Isay: & sic missus est 6.

1. Cor. L

Act. 10.

Tomi. I. Sermo. I.

Ioannes ut baptizaret Christū in Iordanē: & sicut ille Samuel nesciebat Dauid, sic Ioannes nesciebat Christum: sed sicut Samuel ex occurso, quodam modo cognouit esse Dauid, quia erat pulchrior aspectu & facie decora: factus est autem certus, quādō dixit illi dñs Surge & vnge eum in regem quia ipse est, sic Ioannes venientē Christum ad se, reuelante spiritu sancto, cognouit illum esse deū dicens. Ecce agnus dei: sed magis certi ficatus est quando vidit spiritum sanctū sicut columbā & manentem super eū in specie columbę, & audiuit vocē patris dicentis. Hic est filius meus dilectus. In hoc q̄ Ioannes abstinuit à conuersatione Christi, datur documētū in abstinentiā à suspecta conuersatione, quia tam difficile est saluare iudicium aliorum, sicut veritatē vitę & eo amplius, quia veritas se ipsam tuerit: sed iudicium, vix aut nūquam possumus saluare: quia de infamato dicitur semper bonus est. & si aliquando fuit nota-

Augu. ser. 53. ad fra- tres i he remo. 1. The. 5. Figura ex gen. 22. Exo. 12. Ad Phi. 2.

tus tali infamia: cōscientia est necessaria propter nos: sed fama propter proximos, ideo Pau. monet abstinendū esse, nō tantū à malo, sed ab omni specie mali. Perhibuit testimoniū de Christo dices Ecce agnus dei. i. victima sacrificij. De qua olim Isac dicebat, vbi est victima sacrificij pater mi. & pater dixit. Fili mi. dominus prouidebit sibi victimam. i. ex se quia ex trinitate, media persona est incarnata. Illa victima fuit Christus, qui vsq; ad Ioannem nullus ostendit vbi esset, nisi quādō Ioannes dixit. Ecce agnus dei. vnde sicut inter venatores illi tribuitur melior visus & officium melioris venatoris, qui dicit primo hela. sic inter prophetas omnes visio &c. tribuitur Baptiste, quia dixit. Ecce agnus dei. Ecce qui tollit peccata mudi ultra nota. Ecce agnus dei, de quo in lege duodecima die mensi tollat vnumquiliq; agnum per familias suas & domos suas, & de sanguine eius ponat super vtrunq; postem & insuper ligninari: & sicut filii Istraēl nō exierūt in primo signo: nec in secundo, nec in ranis, nec in cibis sed in ultimo signo. s. occisionis agni: sic nec in præceptis nec in ceremoniis legis: sic nec in incarnatione Christi, nec in eius nativitate consiluit nostra redemptio, sed in ultimo signo. s. morte Christi ideo totam efficiāciam posuit Apo. in morte Christi cum diceret. Factus est obediens vsq; ad mortem, mortē autem crucis, propter q̄ exaltavit illum deus &c. Deniq; propter hoc quod dixit Ioannes.

Ecce

Ecce agnus dei occisus est, & non tantū propter herodiadēm:
 nec propter filiam eius saltatricem quæ placuit regi: sed pro-
 pter discubentes: qui ante petierant mortem eius: vnde si-
 cut Pilatus occidit Christum ad petitionem illorū: quia asse-
 rebat se esse regem, sic Herodes ad petitionem illorum occi-
 dit Ioannem quos inuitauerat ad occisionem Ioannis: quia
 sitiebant sanguinem eius ex proposito. Vnde alloquitur Ber-
 itard. Ioannem in carcere positum. Quomodo mori vis: quia
 nō intrabis cœlum? Respōdet Ioānes, sic volo. Vnde baptista
 est primus martyr: quia licet de stephano dicatur, q̄ est pri-
 mus martyr intelligitur post mortē Christi: sed ante Christi
 passionē maior iniquitas occidit maiorē bonitatē, quia Hero-
 des occidit Ioannem, vnde secundū Chriſo. Concussa sunt vi-
 scera: hebuit intellectus aufugit auditus. Vide Chriſoft. Ecce in Ser.
 agnus dei. Peccatores discite bene agere superbi relinquite su-
 perbiā. Ecce agnus māſuetissimus, qui cum maledicebatur.
 Non maledicebat: Auari relinquite auaritiam. Ecce agnus dei
 qui reliquit vestem, vt illam nobis daret luxuriosi relinquite
 luxuriā: quia ecce agnus dei qui pro nobis passus est, sic pro-
 sequere de aliis peccatis Baptista & euāgelista fuerunt quasi
 duo testes deitatis Christi irrefragabiles: fuerunt etiam quasi
 duo Cherubin supra propiciatorium versis vultibus se respi-
 ciētes: quia in suis testimoniis & assertionibus de Christo fue-
 runt concordes & testimonium conforme reddiderunt. Ego
 baptizo in aqua quasi diceret. Tres sunt modi baptizandi si-
 gnificati per tres, qui testimonium dāt in terra spiritus, aqua
 & sanguis. I. tres modi baptizādi: in aqua & spiritu, & sanguine,
 & sicut est minor omniū baptismus aquæ, sic ego sum mi-
 nor Christo. Cuius non sum dignus soluere corrigiam calcia-
 menti, id est, non sum dignus intelligere misterium incarna-
 tionis: quia nec angeli possunt intelligere: quia relatio non
 potest cognosci, nisi cognito fundamento & termino, & sic
 nequit intelligi vnio naturæ ad verbum sine cognitione ver-
 bi. Et cum verbum ab angelis non sit cognoscibile lumine
 naturali, ideo ab eis incarnatio verbi intelligi non potest. Sic
 intelligitur illud Pauli, loquimur sapiētiā in mysterio ab-
 sconditam: licet enim cognouerit Christum natum ex Ma-
 ria & non ex virili semine: & licet cognouerit Christū deum

Chriſo.

de colla-

tiōis. S.

Io. bap.

Exo. 25.

I. Jo. 5.

1. Cor. 11.

esse: non tamē cognouit, quomodo diuinitas esset in homine incorporata. Sicut ignis in ferro cādenti: quia totum est ignitum & actiuus quam sit ignis, sic diuinitas in humanitate operata est mirabilia signa & prodigia qualia antequam deus esset homo nunquam facta fuerunt, & patent in discursu vitae suæ.

Vel secundo ideo dicit non sum dignus corrigiam calciamenti soluere quia dicitur in lege si propinquus non vult accipere vxorem defuncti vxor soluat corrigiā calciamenti, &c.

Deu. 25 Vxor Christi fuit sinagoga quæ post mortē Christi remansit quasi vidua: nullus illius populi: vel pro minori parte voluit accipere fidem ad excitandum problem. Christi defuncti: quia nec Moses nec aliquis prophetarum dignus fuit amplius numero cum illa, ideo dicit. Cuius non sum dignus corrigiā, &c.

Psal. 59. Hæc Rupertus hic. Vel tertio loquitur de prædicatione iuxta illud quod dicit. **Psal.** In Idumæam extendam calciamentum meum, id est prædicationem meam, & quia baptista non habuit dignitatem apostoli, id est, prædicandi quia non expectauit aduentum spiritus sancti qui fecit illos idoneos ministros, & prædicatores Christi: ideo dicit cuius nō sum dignus, &c. Vel quarto quia non est dignus videre Christi mortem per quam soluetur vita ipsius & multi gentiles, & Iudæi videbunt Christi mortem: sed baptista morte præuentus, non potuit videre mortē Christi. Vita enim est quasi corrigia vniens animam & corpus quæ soluitur in morte.

Dominice Quartæ aduentus primus Sermo. Thema.

Vox clamantis in deserto. Ioan. 2.

IN hac concione solū exponetur autoritas. **Canti. 5.** Vox dilecti pulsantis, aperi mihi soror mea columba mea inmaculata mea, caput meum plenum est rore & cinni mei guttis noctis: surrexi ut aperirem delicto meo. Ille autem declinaverat atq; transierat. Exponitur hæc autoritas. Glosa ordinaria dicit, quod inspirationes sanctæ in anima sunt sicut voces dilecti & sponsi, & contingit nobis in hoc errare: quia putamus aliquando esse sancta desideria, & potius sunt citationes seu vocaciones dei. Vnde sicut citatus & vocatus cōparet in iudicio, & in carcere præsentatur vocatus vero voce præconis: & non veniens

venies ad primā & secundā vocationē nectertiam, cōdemna-
 tur in cōtumacia: & contra ipsum exaggeratur sentētia iuxta
 illud Aug. O domine quoties à te vocatus venire cōtempsi, &
 quasi expurgiscens de somno graui: verba somnolenta respō-
 debam, sine me paululum: expecta modicū, & illud modicū
 ibat in longum, & illud modicum nesciebat habere modum,
 hæc ille. Hic poteris applicare illam comparationem de ima-
 gine diui Hieronymi quæ superius est posita qua innuitur q
 tota nostra poenitētia & reformatio cōsistit tātū in desiderio
 & lingua. Vnde diues ille euangelicus particularem poenam Luc. 16.
 habens in lingua dicebat. Mitte Lazarum vt intingat extre-
 mū digiti in aqua vt refrigeret linguā meam: quia crucior in Mar. 11.
 hac flāmā habuit enim bona verba, & vt dicit malfacto. Fi-
 gura de fico cui maledixit Christus: quia habebat frondes, &
 carebat fructū aplica, figura de Samuele ter vocato à domino
 & ipse respōdebat Heli sic nos vocati secrete à deo potius re-
 spondemus mūdo carni, & dæmoni qualifatui, id est, aboba-
 dos. Et potius deberemus respondere sicut Iob, qui audiebat Iob. 4.
 verbū abscōditum dei, & quasi furtive suscepit auris eius ver-
 ba susurrij diuini de quo vide ibi Grego. Sequitur pulsantis
 in Apoc. dicit. Ego sto ad hoslium & pulso: si quis aperuerit Apoc. 3.
 intrabo ad ipsum: & cænabo cum illo, & ipse mecum: certè si
 rex terræ staret pulsans, & perseverans ad ostium domus no-
 stræ: comperto q̄ eslet rex magnæ irreuerentia, nobis impu-
 taretur, si statim nō surgeremus, & aperiremus illi ostiū & sta-
 tim disposeremus domum ad illum digne suscipiēdum. Ecce
 ergo quia deus dicit, qui mentiri non pōt. Ego sto. In ly Ego
 denotatur maiestas & nobilitas stantis, qui tanta viget nobil-
 itate: vt intrans domum nō excludat hospitem, imo quod est
 magis mirandum, non hospitabitur in domo tua, nisi tu fue-
 ris in ea & steteris in ea. Et hoc est, quod dixit dominus para-
 litico sanato, vade in domum tuam: & non amplius requi-
 rit nisi solam domum, quod dicitur vernaculo sermone el
 caxco de la casa: quia solum requirit domum conscientiæ
 nostræ liberam & vacantem: quia ipse eam ornauit au-
 leis, & miris ornamenti, scilicet septem donis spiritus san-
 eti. Sunt hæc ornamēta quasi dona & localia collata spōsæ
 à sponsō in quibus donis gaudet sponsa. Sed potius debet

amare sponsum quā ipsa dona. Idem nos facere debemus, in comparatione beneficiorum dei ad ipsum deū: quia amplius amare debemus ipsum deum quā eius beneficia nobis collata. Et hoc notatur subtiliter cū dici tur. Transtite ad me omnes qui concupiscitis me. Vbi docet nos sapiens transire ab amore cōcupiscentiæ ad amorem amicitiæ & honestū. q.d. omnes qui diligitis me non figuratis intuitū, nec quietemini in amore mercenario mei, qui interesal vocari solet nec quiescatis in amore beneficiorū meorum etiam si sit beneficiū gloriæ: quia talis amor esset mercenarius, & beneficiū esset tota merces, & non ipse deus qui est tota & vera merces. Transtite ergo oēs ad me, non remaneatis in amore beneficiorū meorum ut dixi: sed eueniet vobis vt falconibus quibus ante venationē administratur paruisse cibus: qui inter aucupes vocatur picaduras, ad excitandum falconem vt insequatur prēdam, sic dei beneficia prægustationes sint vt feruentius ipsum deū amemus.

Eccl. 24

ps. 72.

Ideo ps. dicebat. Quid mihi est in cœlo & à te quid volui super terrā? &c. omnia beneficia sive cælestia, sive terrestria pro nihilo pendebat, vt ipsum deum haberet tanquam principale portionem quę illi contingit dicēs. Tu. n.es deus meus, & pars cordis mei. Sequitur. Aperi mihi. q.d. non Dæmonio, nec mundo, nec carni aperias: sed tantum mihi aperi, quia adeo est delicata, diuina consolatio, qđ nō datur admittentibus alienam secundum Bernar. Ex quo ergo tantum cupid habere deus domum cōscientiæ nostræ, ampliusquā esse in vtero virginis, iuxta illud. Beatus venter qui te portauit. Quinimo beati qui audiunt verbum dei & custodiunt illud: imo amplius appetit, esse in conscientia nostra quam in speciebus sacramentalibus, quia anima iusti, sedes est sapientiæ. Oportet ergo disponere domum nostram primo ædificando illam supra firmam petram, i.e. fidem quę est substantia rerum sperandarum, & argumentum non apparentium. Et oportet vt anima nunquam perdat los estribos de lafe, licet equus nostri corporis insultet & faciat desdenes, o corcobos in cursu huius vitæ. Secundo oportet ædificare domum conscientiæ, non in turribus alijs superbiae, sed in profundo & plano humilitatis, quia qui se humiliat, exaltabitur. Vnde Christus dixit. Cōfiteor tibi pater quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus,

Luc. II.

Sap. 7.

Heb. II.

Mat. II.

tibus, & reuelasti ea partialis. Et haec humilitas non tantum est necessaria his qui ex suis naturalibus sunt humiles genere & paupertate & insipientia: sed maxime generosis, diuitibus sapientibus, & potentibus, quia omnis creatura quanto altior est ex se: tantum pronior est ad ruinam. Ex hoc domina nostra in matrem dei electa dixit. Ecce ancilla domini. Tertio oportet habere domum bene ornatam ut imperet vir. i. ratio: ut obediatur vxori. i. caro: seruat tota familia anima. i. omnis potentia, & sensus sint rationi subiecti: & nocte reddant rationem, de his quæ præterito die fecerunt & facturi sunt die sequenti & dicant, Domine deus meus qui ad principium huius dei nos peruenire fecisti. Quarto aduertat quod domus non sit pluviosa, nec fumosa, nec male disposita habeat tegulas, hoc est careat delectatione carnis, fumo superbiæ: nec habeat cogitationes inordinatas. Tali ergo domo sic disposita, dicit sponsus habitatori, Aperi mihi foror.

Lucæ. 7.

Sequitur in autoritate foror mea, amica mea, coluba mea: diuersa nomina ponit hic deus animæ nostræ, propter diuersas excellentias & proprietates quas habet. Primo vocat animam sororem ut per hoc sciat habere hereditatem dei, simul Paul. ad cum Christo heredes dei sumus, cohæredes autem Christi: Rom. 8. nec diminuitur hereditas propter multitudinem heredum, imo augetur. Ex quo quilibet beatorum tantum gaudet de gloria alterius beati accidentaliter sicut de propria, & si ille maiorem gloriam habeat quam alij sicut plures filij eiusdem patris ex eadem petia panni induiti æqualiter gaudent, licet unus habeat minorem petiam quam alter. Amicā vocat propter communicationem omnium secretorum, quam deus animæ facit in gloria. Iuxta illud. Vos dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Columbam vocat, propter simplicitatem columbinam quam oportet ani mæ inesse: & quia anima eligere debet meliora charismata sicut columba eligit puriora grana: & tertio debet esse columba propter acutatem visus, quia sicut columba in aquis contemplatur Acipitrem, sic anima in aquis temptationum & peccatorum considerare debet Dæmonem irruentem in eam. Immaculatam vocat, propter paupertatem spiritus. Vnde dicitur. Beatipuperes spiritu, vel dicitur immaculata, propter Matt. 5.

Psal. 67 munditiam castitatis. De hac columba exponitur illud. **Psal.**
si dormiatis inter medios clerros, pennæ columbæ deargentatae,
posteriora dorsi, eius in pallore auri, quod exponitur per
Bernar. de duabus aduentibus, quos isto tempore celebrat ec-
clesia. s. aduentum dei in anima & ad iudicium: & inter hos
duos aduentus sicut inter duas fortis felices, oportet nos sem-
per dormire. i. meditari die ac nocte & si sic. Tunc pennæ co-
lumbæ nostræ. i. virtutes animæ nostræ deargentatae debent
esse in consideratione humanitatis. i. considerando quæ fecit.
Christus secundum q̄ homo. Et posteriora dorsi nostri, quod
erit secunda fons felicissima in gloria fundata erit in pallore
auri optime. Vide Bernar. in sermone de aduentu.

Sermo secundus eiusdem dominice super Euangelium.

*Thema. Et venit in omnem terram Iordanis prædi-
cans baptismum pœnitentiae. Ioan. 2.*

Dœsto-
res in. 4
dift. 2. **Ruptus**
sup. Io.
li. 2. c. 2.
co. 1.
Esa. 53. **V**æritur an iste baptismus Ioannis fuerit necessarius?
Quidam dicunt q̄ non: sed tantū disponebat ad baptis-
mum Christi: sed dices quomodo ergo non omnes dispositi,
nec enim omnes Iudei conuersi sunt ad Christum nec omnes
baptizati baptismō Ioannis crediderunt sed pauci, ergo non
omnes disponebat. Dicitur ergo secundum Ruper. super Io-
annem quia Christus maxime venit in mundū vt ageret pœ-
nitentiam pro vniuerso mundo. Iuxta illud Esa. Deus posuit
iniquitates omnium nostrum in eo, & pro nobis doluit: & di-
sciplina pacis nostræ super eum, cuius liuore sanatus sumus.
Hinc est q̄ Christo iam constituto in ætate perfecta, triginta
annorum disposito ad suscipiendum illam pœnitentiam, imo
dispositus erat ad exercendum sacerdotium diuinum, cuius
officium est offerre hostiam pro populo: quod officium non
vult accipere nisi vocatus à deo tanquam Aaron, nō enim se-
ipsum clarificauit vt pontificem se faceret: sed qui loquutus
est ad eū filius meus es tu, ego hodie genui te. Et ideo illa per-
fectissima humilitate & exemplari, vt nobis præberet exem-
plum. Non se intromittit in officium sacerdotale & supremū
oblationis & pœnitentiae agendæ pro toto mundo: sed expe-
ctat vocationem Ioannis venientem in omnem regionem Ior-
danis

**Ad He-
bræ. 5.**

danis: prædicantis baptismum poenitentiaæ, in remissionem
 peccatorum. q.d. prædicans Christum venientem ad baptis-
 tum & suscipere volentem poenitentia pro remissione pecca-
 torum, in morte sua. Et sic exponitur & intelligitur quia ve-
 nit in omnem regionem Jordani prædicans baptismū poenitē-
 tia. Et hoc clarius subdidit dicens, ut manifestaretur in Israël,
 propterea ego veni baptizans in aqua. i. vt ipse Christus veni-
 ret ad baptismum poenitentia. i. mortis suæ, de quo ipse ait.
 Baptismo habeo baptizari & coartor nimis, donec implea- Luc. 12.
 tur. Et nota quia ut sacramentum redēptionis, & baptismus
 &c. Diabolo cælarētur, & etiam sacramentum vñctiōnis &
 poenitentia facienda in baptismo: Ioannes non tantum ba-
 ptizauit Christum, sed omnes venientes ad se & volentes ac-
 cipere baptismum suum, sicut olim Samuel in vñctiōne Da-
 uid, quia omnibus dixit. Sanctificamini & venite mecum ut
 immolem, & duxit illos ad sacrificium, donec signo particu-
 lari ostensum est sibi à deo quem dirigeret. f. David. Et sic Io-
 annes baptizabat omnes propter occultandum mysterium,
 sed nec ipse Ioannes cognoscebat Christum, donec spiritus san-
 ctus doctus dixit. Ecce agnus dei. Et certius Christum cognouit
 quando, baptizante illo spiritus sanctus in specie colum-
 bæ super ipsum apparuit & mansit, & vox audita est, hic est Matt. 3.
 filius meus dilectus. Et sicut tunc dictum est samueli, quia tu-
 lit vitulum de armento in manus sua & in Bethleem veniens.
 Dictum est ergo ei. Est ne pacificus aduentus tuus: audiet Saul
 & occidet me. Et subdit Ioannes, hic est qui baptizat in spiri-
 tu sancto. f. Christus solus, quia ipse confert gratiam spiri-
 tus sancti in baptismo. In cuius figura dixit ille Gigas Go-
 liath. i. dæmon qui exprobrabat quotidie agminibus Israël 1. Regu.
 i. patribus & prophetis quantumcumq; iustis. Quare venistis 17.
 parati ad bellū. i. armati mandatis, sacrificiis & ceremoniis nō
 valentibus iustificare quenquā? Date ergo virū ex vobis qui
 ineat mecum singulare certamen. i. Christum, non enim habe-
 bant sacerdotem qui spiritum sanctum conferre posset in re-
 missiones, peccatorum donec pater hūc in baptismo Ioannis
 vnxit oleo letitiae præ confortibus suis, & tunc Ioannes di-
 xit quia hic est qui baptizat in spiritu sancto quasi dicat
 hic est qui auferat opprobrium, in Israël & fecit singulare ps. 44.
certa-

Fig. 1.
Re. 16.

certamen cum dæmone & occidit illum. Et nota quia ad vni-
 1. Reg. gendum Saul: tantum lenticulam olei assumit Samuel,id est
 10. particulam olei in lenticula o buxeta: sed ad vngendum
 1. Reg. David cornu olei assumpsit,id est,totam ipsam pixide olei:
 16. quia amplius & melius donum spiritus sancti fuit collatum
 David quam sauli:fortius & durabilius faciens ipsum regem
 quam saul. Vnde sic factum est quando descendit spiritus sanctus in apostolis ,dispartitæ linguae in forma ignis apparuerunt super singulos: quia spiritus sanctus datus est illis ad mensuram: sed super Christum columba non pars columbae: sed tota columba integra remansit: quia Christus non accepit spiritum sanctum ad mensuram, sed ad plenum accepit. Ita ut de plenitudine eius omnes acciperent. Gerson,in lectionibus super Marcum. lectione prima in fine dicit. Ruina angelorum per homines reparandæ sunt: de quo melius credendum est reparasse illam primam & dignissimam sedem luciferi maioris angeli, quam de illo de quo veritas dicit. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne baptista : asserit ibi Gerson Ioannem habuisse inflammatam charitatem: ut esset similis seraphim : habuit sapientiam sumam, similem Cherubin : habuit specialem exequutionem omnium virtutum, ut in virtutibus Angelis esset similis: habuit pacatissimam quietem animi ita ut thronis esset similis: habuit itaque illa tria officia angelorum, scilicet purgare illuminare,& perficere, quæ faciliter Ioanni applicare poteris.

Pro excellentia maxima Ioannis querit Gerson. Quare non est inuentus nec inuenitur homo qui sit similis Ioanni : Respondet quia si aliquis vellet Ioannem imitari , eo ipso vellet se ipsum condemnare, si enim aliquis vellet agere vitam tam rigidam, esset genus desperationis, scilicet, comedere herbas : dormire super campum nudum: sed quia deus elegit hunc sanctum ad maiorem dignitatem post Christum & matrem eius, scilicet, ut testificaretur. Ecce agnus dei,&c. Ut omnes crederent per illum: propterea fecit illum deus tam excellentis complexionis: ut vires equaretur vita tam rigida. Vnde esset stultus quivitam similem Ioanni ducere vellet.

Sequitur

Sequitur in Euangelio, & factum est verbum domini super Ioannem. i. diuina reuelatio fuit facta illi per Angelum dicens. Vade & praedica baptismum poenitentiae, hæc glosa ordinaria. Nota secundum Orige. super ly prophetarum, quia non sine mysterio quando aliquis prophetarum dicit, quia factum est verbum domini ad illos: commemoratur tempus & regnum Iudeorum tantum. Esa. primo visio Esiae in diebus oziæ. Ioatham & Acham & Ezechiæ regum Iuda. Et Hiero. primo factum est verbum domini ad Hieremiam in diebus Iolia filij Amon regis Iuda. Quando vero incipit lex Euangelica quæ incipit in Ioanne, quia in illo finita est lex vetus & incepit noua: ideo quia lex euangelica, non solum Iudæis, sed gentibus erat prædicanda: describuntur non solum pontifices Iudeorum, sed & principes Romanorū Prædicans baptismum poenitentiae: hic baptismus non tantū intelligendus est, de baptismo Ioannis, sed de baptismo Christi: quia adultis recipientibus baptismum: tam ante aduentum quam post aduentum Christi: requiritur necessario poenitentia, peccatorum. i. displicentia saltem, alias non confertur gratia. Propter quod Petrus in actibus Apostolorum dicit. Poenitentiam agite & baptizetur unusquisque in remissionem peccatorum. Ecce quia primo dicit. Poenitentiam agite. i. displicentiam peccatorum saltem habete: nec obstat dictum Ambrosij dicentis baptismalis gratia non requirit planctum aut gemitum: quia illud intelligitur vel de infantibus, vel de persona exteriori: non intelligitur de poenitentia interiori seu displicentia, hæc Dionysius hic.

Act. 2.

Sequitur, in libro sermonum Esaiæ prophetæ. Bene prophætæ istius prophetæ, Esaiæ sermones dicuntur, imo Euangelia: quia sic fuit Euangelista ut Prophetæ: & dicuntur sermones propter stilum magnificum super omnes prophetas: propter fecunditatem sententiarum: quia spiritus sanctus & si omnes prophetas tangit: tamen naturalia non immutat. Ex quo patet Esiam excellentis ingenij fuisse, & etiam magnificum & generosum.

Sequitur vox clamantis. i. doctrina Ioannis quasi vox clamantis in deserto. Dirigite viam domini. i. medium veniendi est per gratiam & fidei infusionem: dirigite remouendo impedimenta.

Tomi I. Sermo. III.

impedimenta vitiorum. scilicet lapides superbiæ: lutum luxuriæ: tor
tuosum inuidiæ: deniq; dirigite viam domini per ablationem
omnium vitiorum & exequendo opera mandatorum & vir-
tutum. Et rectas facite semitas eius. i.e. non tantū mandata quæ
sunt quasi via domini: sed consilia: quæ sunt quasi semitæ. Vn-

ps.24.
de dicitur, vias tuas domine demonstra mihi & semitas tuas
edoce me. Via est matrimonium: semita, coelibatus: via est da-
re eleemosynam de eo quod supereft, quia est in præcepto: se-
mita est dare de necessariis. Item sicut, via patens est: semita se-
creta, qua etiam citius peruenitur in terminum: sic differunt

Pro.30. præcepta & consilia. Vnde scriptura dicit, viæ eius viæ pul-
chræ & semitæ eius pacificæ. Bene viæ eius pulchræ quia uni-
uersæ viæ domini misericordia & veritas. i.e. iustitia: sed semitæ,
i.e. consilia de coelibatu & castitate sunt pacificæ.

Dirigite viam domini. Ecce bonus hospes deus: qui tatum
requirit teatum domus purgatae & ipse secum affert omnia
ornamenta. i.e. septem dona spiritus sancti immo sicut apis argu-
mentosa tantum suber cordis purum requirit, vt ibi subito fa-
ciat fauum mellis ad reficiendum affectum: & ceram ad illu-
minandum intellectum: sic miro modo deus illuminat intel-
lectum: quia ipse est lumen ad reuelationem gentium.

Sequitur omnis vallis implebitur. i.e. omne quod impletur
gratia: ditabitur bonis gratiæ: quia gratia sicut pluuiæ magis
fructificat in vallibus humilium. Et omnis mons. i.e. superbus
humiliabitur. Et erunt praua in directa. i.e. homines praui vi-
tiis: virtutibus rectificabunt. Et erunt aspera in vias planas. i.e.
homines asperi crudeles & feroce, vt fuerunt Romani & Græ-
ci, ad prædicationem Apostolorum, post aduentum spiritus
sancti, mansueti & mites sub iugo Christi facti sunt: & sic pos-
sederunt terram viuentium &c.

Sermo tertius eiusdem dominice. 4. Them. omnis vallis
implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur.

Ioannis. 2.

Salutatio.

4. Reg. **N**ota figuram de Helia: qui stans in monte occidit duos
a. quinquagenarios superbos, & tertium humile non occi-
dit, sed

dit, sed cum illo, descendit. Christus est Helias. Maria est mōs, in quo est deo bene placitum habitare in eo. De isto monte superbis resistit: humiliibus autē cōfert gratiā, quā vt nobis cōcedat, dicamus Ave maria. ¶ In hoc sermone notabis quinq;
mala: seu quinq; poenas, quibus peccator in hac vita à deo pu
nitur. Nullū malum impunitū, relinquit deus etiā in hac vita
patet, quia Pharaonē Nabuchodonosor, Senacherib. Datam
& Abiron occidit: qui etiam inter flagella duriores fuerunt.

Vnde ps. dicit. Induantur sicut diploide, confusione suā, & Psal. 70
duplici contritione contere eos. Et de Antiocho dicitur. Tu 3. Ma
vero iusto dei iudicio sup̄ biæ tuę poenas exolues pondera, q̄a chab. 7.
dicit poenas. s. in hac vita & in alia. Ex quo sequitur, quia oīs
vallis. i. humiliabitur & oīs mōs. i. peccator humiliabit̄.

In euangelio ponūtur quinq; quibus punitur peccator in
hac vita: Pro quorū declaratione nota q̄ Iudea, interpretatur
cōfessio, & Iudea figurat omnē Christianum: qui Christū cō
fiteri tenetur, quia vt dicit Apo. corde creditur ad iustitiā, ore ad Ro.
autē confessio fit ad salutem. Quandiu. n. Christianus confite
tur nomen Christi, & operatur secundum q̄ Christianus est:
habet Christū pro rege animæ suæ, & Christus soluet illi oīa
prēmia. s. gratiā & ipse impedit Christo omnia debita. s. deci
mas primitias & omnia tributa, & exhibet omnia obsequia
orationū suarū: & etiam bonorū operū, & sic Christus tāquā
fortis armatus custodit atrium suum. i. hominem iustum, & in Luce. n.
pace sunt omnia: sed propter peccatum, aliis superuenit &
regnat, in regno animæ eius. i. Diabolus, & sic fiunt hominis
illius peiora prioribus, vnde tollit obedientiam deo & non
soluit tributum dei, nec reddit ei decimas & primitias, & con
stituitur sub imperio Tiberij Cæsaris & quod est valde dolen
dum, quod non paruo tempore est subiectus eius imperio,
sed longo tempore. s. longa consuetudine. s. quindecim annis,
non. n. imputatur in peccato, q̄ non reiteratur in facto vt Ori
ge. dicit loquēs de incestu filiarū Loth. Et de peccato Salomo
nis dicitur. Quia habuisti hoc apud te. i. habuisti peccatum in
consuetudine factus similis iumentis insipientibus. Et pecca
tor cum in profundum venerit: contemnit. Iam tunc habet
dominum tanquam regem & tyrannum quia ipse est rex su- Pro. 18.
per omnes filios superbis. O anima infelix quæ tali regi seruit
& hoc

Tomi. I. Sermo. III.

& hoc est primum malum poenæ, quo in hac vita peccator punitur. Secundum malum est, quia procurante Pontio Pilato Iudicium. Pilatus interpretatur ore contundens. I. os malleatoris. & significat sinneresim conscientię, quae est una pars animę vel quasi scintilla animae semper viuens, quae semper hortatur ad meliora & remouet à malis. Et hæc sinneresis est in intellectu & non in voluntate: quia si esset in voluntate cum voluntas sit domina actuum suorum nūquā peccaret. Sed quia voluntas peccat cum sit libera sequitur sinneresim potius es-

s. Tho. se in intellectu quam in voluntate. Et secundum beatum Tho.

2.2.qd. Hæc sinneresis est habitus principiorum primorum nobis

44. naturaliter insertorū, quae quidem est conscientia, & est actus

Sco. in quo intellectus applicatur ad agenda. Scotus autem dicit, quod

2.d.39. sinneresis & conscientia sunt habitus intellectus, & in hoc dif-

ferunt: quia sinneresis est habitus principij practici, & conscientia est habitus conclusionis elicitus à principiis ad opus ex-

quendum. Pro nunc sufficit, quod sinneresis est una scintilla

viva animae, & hæc semper querit commodum animae, sem-

per inclinat nos ad seruendum deo & quod eum non offendamus. Sed quia peccator obedit Tiranno, id est, dæmoni, &

eius suggestiones sequitur: secundum diuinam prouidētiā

fit: ut sinneresis, quae in hac vita suffragabatur animae: post

mortem sit procurator dæmonis ad torquendam animam:

quia magnum tormentum animae erit hæc sinneresis seu re-

morsus conscientiae ut communiter nuncupatur. Secundum

Esa. 66. quod Esa. dicit. Et vermis eorum non extinguetur: quia qui-

libet damnatorum hac angustia punietur, scilicet, quod po-

tuit saluari & noluit. Ecce quomodo est procurator Tiberii

Cæsaris, & est secundum malum: quia intellectus est determi-

natus: ut semper cogitet de hoc tanto malo quod patitur.

Tertia poena est, quia Herodes regnat in Galilea vnde di-

citur. Tetrarcha autem Galileæ Herode. Herodes autem interpre-

tatur glriosus in captiuitate significat peccatorē iā cōstitu-

tum in captiuitate qui lētatur in rebus pessimis & exultat cū

Pro. 2. male fecerit. Et est mirabile hoc genus captiuitatis, quia ma-

gno pretio existimat se esse captiuum, maximè in peccato lu-

xurię, quia animalia affliguntur dum vident se ligata, & mi-

ser peccator lētatur videns se ipsum captiuum in terra aliena,

id est,

id est terra peccati: quia terra propria hominis est gratia ex
 quo in gratia creatus est homo vel in iustitia originali, quæ
 gratia æquiualebat. Sed post peccatum sumus venditi in ter-
 ra aliena, scilicet, peccati sed tunc paruo pretio sumus à deo
 facti: sed magni pretij estimabamur propter similitudinem,
 & imaginem dei in nobis impressam. Sed pater noster Adam
 non cognoscens dignitatem nostram vendidit nos sine pre-
 tio, quod aduertens Dauid dicit. Vendidisti populum tuum Psal. 43.
 sine pretio. Et sic videns deus nos esse captiuos: se ipsum ca-
 ptiuum fecit: vt nos libertati redderet sua captiuitate, & mor-
 tem nostram moriendo destrueret: hanc captiuitatem videns
 Propheta dicebat. Super flumina Babilonis illic sedimus. In Psalm.
 quo notatur longa consuetudo peccati in salicibus suspen- 103.
 dimus organa nostra. Nota quod salix est arbor amara, &
 mali letantur in rebus huius mundi, licet sint amarae: quia nō
 recordantur coelestis Hierusalem. Vnde Dauid dicit. Si obli- Ibidē.
 tus fuero tui Hierusalem obliuiscatur mei dextera mea, si nō
 proposuero te in principio letitiae meæ. Utinam recordare-
 mur, quod sumus creati ad fruendum gloria, & non ad per-
 manendum in hac vita. Tunc vere ploraremus captiuitatem
 huius vitæ: quia non recordamur prosperitatem alterius vitæ,
 ô homines miseri quare gloriari in malitia. Vnde Psalm. Psal. 51.
 Quare gloriatis in malitia: qui potens es in iniuitate? Et alibi
 dicit. Visquequo gloriabuntur peccatores: quia dicit peccato-
 res nauigant extensis velis & vento felici, sed nūquid nauigatio hæc ventis secundis, & felicissimis diu durabit? Respon- 1. Pet. 1.
 det Petrus in canonica, gloria eius tāquam flos fæni qui mo-
 dicum floret, & statim in caminum ignis mittetur: quia gau-
 diū hypocritæ est ad instar puncti. Sed dicet aliquis Deus est Iob. 20.
 mortuus, ppter peccatores, ô stultæ præsumptionē, imo dico
 tibi quia magis peccas: si hac intentione peccas. Nec vñquam
 vulnera Christi extrahent te ab inferis. Porta inferorum vno
 ictu clauditur, & in perpetuū non aperietur: quia statim per-
 ditur clavis misericordiæ qua aperiri poterat ante descēsum
 ad inferna potentia dei ordinata aperire poterat, sed post in-
 gressum inferni aperiri non potest nisi vtatur deus sua omni-
 potentia qua in perpetuum iam nō vtetur. Ecce ergo ma-
 gnun dñnum animæ quo punitur anima propterea quia
 f . consensit

Tomi. I. Sermo. III.

cōsensit, quod in hac vita super illā Herodes regnaret. Quartum malum animæ est, quia permittit deus, quod regnet Philippus in Itureę regiōe Traconitidis. Philippus interpretatur amator equorum & est peccator diligens corpus suum. Corpus in sacra scriptura dicitur equus secundum illud Apoca.
Apo. 19. Vidi & ecce equus albus: & qui sedebat super illum vocabatur fidelis & verax. Hic equus duobus dominis seruit, scilicet, deo & dæmoni. Sedente super eum deo calcat dæmonem: &
Miche. 7. Mat. 10. è contrario calcatur deus sedente in eo dæmone: & dæmō valde cōfidit in hoc equo: quia corpus nostrum inimicus noster est, quia inimici hominis domestici eius corpus nostrum tanquam socium laborum contulit nobis deus, & ad onera portanda. Quod si non vult nobis adminiculum præstare: frēno timoris & calcaribus, & disciplinis stimulandus est figura in
Iosu. 7. Iosue. Equi captiuati in bello eneruati sunt, id est, defouer-
naronlos: vt essent magis apti ad portanda onera quam ad bellum: & si libenter portat onera, signum est, quod deus se-
det in eo. Corpus debet esse aptum obedientiæ castitati ieiunio, & talibus operibus assuefacere corpus, non est aliud quā eneruare equum, & tunc est signum quod ratio dominatur,
& sensualitas subiici rationi, sed si equus est pinguis, & nutri-
tus delicate recalcitrat contra dominum suum: quia caro con-
cupiscit aduersus spiritum. Et sic Philippus, id est, amor sui
regnat in regione Traconitidis. Quintum malum quod pec-
catori in hac vita infertur est, quia regnat Lisanias in Abilina
Lisanias interpretatur letitia: Abilina autem luctus. Et hoc est
ultimo malum quod regnat in anima peccatoris, scilicet, le-
titia in luctu: quia letantur in his de quibus tristari deberent,
letantur enim cum male fecerint, o gaudium tam stultum, &
Thob. 5. inane: gaudere de quo tristandum est. Vnde Thobias dice-
bat. Quale gaudium milii erit, qui lumen coeli videre non va-
leat: ratio est, quia peccatum est tenebra, & impedit lumen gra-
tiæ. Vnde in sapientia dicitur. Dixerunt impij apud se non
recte cogitantes. Exiguum & cum tedium est tempus vitæ no-
stra umbræ transitus est vita nostra, & ad inueniendum re-
medium contra peccatum dicunt, quod est ipsum peccatum.
Vnde statim inferunt. Nullum sit pratū quod non pertrāseat
luxuria nostray biq; relinquemus signa letitiæ nostræ: quo-
niā

niam hęc est pars nostra & sors nostra, hęc ibi O peccator inuitas alios ad fruendū bonis huius vitę & non recordaris bonorū æternorum: cū sint æque presentia sicut bona huius vitę: imo magis: quia hęc cito sunt transitura, illa autem in æternū sunt permanitura, & tamen dicis. Nullum sit prætū, quod non pertranseat luxuria nostra in vitiis tuis, & alienis, imo in tota ciuitate iactaris de peccatis tuis, cæcus es & insani, existimās peccata tua allatura lētitiam cum dicat dominus. Plorabitis, & flebitis vos sine causa. Ionas Propheta lētatus est de hedera cito cōsumēda à verme: quia breues dies hominis sunt. Quia sicut gaudia coeli prologantur sine fine: ita lētitiae mundi cito finiuntur causa est quia regnat Lisanias in Abilina, id est, gaudiū in luctu.

Et vltra pœnas supra positas permittit deus ut sit subiectus pontificibus Annae, & Cayphae. Annas interpretatur otiosus, Cayphas autem ore vomens dicitur. Quomodo ergo peccator subiectus tantis tyrannis poterit bonū operari? ociositas animae inimica dominabitur in eo & ad multam malitiam inclinabit illum iuxta illud Ecclesiastici multam malitiam docuit Eccl.39. ociositas. Et regnante Ana .i. ociositate regnabit Cayphas, id est, murmuratio: causa est: quia ociosus & vagus occupat circa negotia aliena. Vnde Pau. ociosi discutere circuire domos alienas & ociose & curiose loqui quæ nō oportet & Ouidius.

Queritur agiſtus quare ſit factus adulter.

In promptu ratio eft, deſidiosus erat.

Ex dictis ergo infertur, quod peccator qui superbia quasi i.Thi.5. mons inflatur: puniatur à deo pœnis dictis, & vallis, id est, iustus impletur gratia diuina sicut vallis; quia videbit omnis caro salutare dei in gloria ad quam, &c.

*Sequuntur aliqui magistralis Sermones de aduentu.
Sermo primus dominice primæ. Thema. videbunt filium hominis venientem cum potestate magna. Luc.21.*

NON sine causa iudicium in sacra scriptura vocatur liber Secundum illud Danielis. Aperti sunt libri, & sedet anti-
quus dierum: & figurari potest per librum scriptum intus, & foris: septem sigillis signatum. Dicitur primo liber: quia sicut Apo. 5:
f z aperto

Iere. 12.
ps. 72.

aperto libro: multa manifestantur quæ ante erant abscondita: sic in executione iudicij maxime vniuersalis, multa cognoscētur quæ modo sunt nobis abscondita: multa ad diuinā prouidentiam attinentia occultantur in hac vita, quæ in iudicio manifesta erunt, maxime prosperitas impiorū & labor bonorū vnde propheta. Quare prosperatur via impiorum, & David quasi nutrā loquebatur, hic labor est ante me: & remittebat cognitionē huius secreti ad iudicium addens. Donec intrē in sanctuarium dei: & intelligam in nouissimis eorū. Cōparatio de pictore qui in abscondito pingit imaginem: & palam non ostendit, donec sit omnino perfecta, quia alias multe deformitates in ea viderēt, & esset difficile rationem reddere y nūca acbaria de dar cuēta a los que miran: eodē modo diuina pruidentia est nobis occulta & multas deformitates & mōstruositatis de ea iudicant mundani vsq; quo mundus finiatur, sed tunc apparebit quam pulchre sit ordinatum omne quod in mundo contingit. Appellatur iudicium: liber scriptus intus & foris: intus dicitur scriptus, propter particolare iudicium cuiuscunque quod secrete fit in quo adiudicatur vltimo supplicio: siue præmiandus in æternum in gloria: secundum illud Ecclesi. vbi ceciderit lignum, ibi erit: siue ad austrum, aut aquilonem. In quo notatur quod homo in morte, si in gratia discesserit, dignus erit æterno præmio: si vero in peccato mortali, æterno punietur supplicio: primum notatur, in casu ligni ad austrum, secundum in casu ligni ad aquilonem. Dicitur tertio, septem sigillis signatus: in quo notatur quod in vltimo iudicio, septem abscondita reuelabuntur quæ in hac vita sunt, nobis occulta.

Primum manifestandum in iudicio vniuersali est malitia Dæmonis quam exequitur cōtra homines, quæ nobis in presenti tempore est occulta, in iudicio tamē reuelabitur. Tūc aparebunt fraudes captiones, quæ vulgo dicuntur, las caçadas quas modo abscondit, & laquei cogitationū pessimarū compedes prauorum desideriorū, qualiter alligat manus nostras maniciis ferreis: ne bonum operemur: multaq; incommoda nobis in hac vita infert, quæ nobis proficia videntur, quæ sub visco delectationis abscondit. Contingit nobis sicut legentibus literas scriptas succo pomorum persicorum quæ com muniter

intiner dicuntur naranjas, quæ legi non possunt nisi ad fumum ignis applicentur: sic nostræ delectationes, & nobis placentia: non à nobis intelliguntur nisi in fumo inferni. Vnde diues non cognovit crudelitatem quam contra Lazarum exercuerat nec intelligebat multa alia incommoda conscientiæ suæ usquequo existens in tormentis, apertis oculis Lazarum vidit, & poenam interminabilem sensit dicens. Crucior in hac flama.

Secundum secretum modo absconditum reuelandum tam in ultimo iudicio est, potentia sapientia, & iustitia Christi. Omnia hæc in hac vita sunt abscondita. Nam de potentia dicitur. Ibi abscondita est fortitudo eius. In passione Christi abscondita est fortitudo: quia manus eius ligatae sunt dum caperetur. Et quanvis omnia potuerit, & potest: quia data est sibi potestas in celo & in terra: sed in primo aduentu non venit ut mundus iudicetur per ipsum, sed ut mundus eius passione saluetur. Sed tunc videbunt filium hominis venientem cum potestate magna: quia omnia occulta nostra cognoscet, & puniet Christus in quantum homo erit iudex commissarius pater enim omne iudicium dedit filio. In quantum deus, habet supremā potestatem, & iurisdictionem, qua potest omnes præmiare & punire: potentiam namq; suā manifestabit (vt beatus Lucas dicit) in Sole, & Luna & Stellis: & in terris præmendo gentes: sicut homo iratus ostendit furem suum in facie & oculis & etiam in distantioribus partibus: vt in manibus. Sic Christus in Sole & Luna & Stellis & in terris ostendet iram suam.

Tertium secretum quod in iudicio vniuersali manifestum erit. Est asperitas diuinæ iustitiae: quoniam in primo aduentu manifestauit misericordiam suam. Causa est sicut Ioannes dicit. Non venit vt iudicet mundum: sed vt saluetur per ipsum, ideo comparatur Api, quæ mel & Aculeum simul portat: sic Christus mel misericordiæ in primo aduentu ostendit, & aculeum iustitiae in secundo aduentu manifestabit. Vnde Psal. dicit. Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo. Hunc rigorem demonstrabit sicut signum quod dicitur communiter maliuolum & benignum, sic Christus ostendetur benignus, & pius iustus: peccatoribus autem apparebit

Luce. 6.

Abac. 3.

Ioan. 3.

Luce. 21.

Ioan. 3.

Psalm.

74.

malevolus, id est, crudelis, & videbunt eum tanquam canem,
Psal. 21. id est, iratum, & tanquam Leone in rugientem. Vnde Psal.
dicit. De ore leonis, &c. Id est, à maledictione qua Christus di-
cet peccatoribus, Ite maledicti: libera me domine. Vnde de
2. Re. 23. Christo dicitur sicut de Dauid, quod est sicut lignivermicu-
lus tenerrimus qui est valde mollis, tamen delruit lignum
suo morsu, sic Christus in sua passione apparuit valde pius:
sed in iudicio destruet peccatores, & ad nihilum rediget. Et
Esa. 66. etiam vermis conscientia eos puniet: quia Esa. dicit. Et vermis
eorum non extinguetur. Causa quare Christus apparebit pius
iustus: & crudelis impiis est inaequalitas meritorum, sicut
iudex in eadem causa, apparet pius habenti bonam causam
& crudelis habenti iniustum.

Quartum secretum, quod in iudicio manifestabitur, sunt
merita, & virtutes iustorum. In hac vita sunt merita & vir-
tutes bonorum occulta: causa est, quia abscondunt merita,
& virtutes, sicut agricola sub terra abscondit semina ne à
volucribus comedantur, sic iusti, &c. Applicatio est facilis.
Abscondunt ut lucerna in lanterna absconditur: ne à vento
extinguatur. Similiter occultant meritavit mendicus abscon-
dens primam eleemosynam, ut secundam à transeuntibus
accipiat, sic humiles semper reputant se vacuos. Et egentes
coram deo: ut ab eo semper accipiant. Sic virgo Maria fu-
giens in Aegyptum abscondit Iesum ne ab Herode occide-
retur, in quo instruimur: ut abscondamus merita: ne ab He-
rode, id est, vana gloria perdantur. Herodes enim gloriatus
in pellibus interpretatur, quod iactantiae conuenit. Sic ma-
nus Moysi apparuit extra sinum leprosa: intra sinum vero
munda: quia probum opus factum ut aliis appareat statim
inficitur lepra peccati: sed in occulto absconditum mündum est.

Quintum secretum reuelandum in die iudicij: sunt de-
formitates, & grauitates peccatorum malitia auaritia: &
eius grauitas modo est nobis occulta: sed in iudicio erit
manifesta. Peccatores in hac vita thesaurizant iram: quia the-
saurizantes, in occulto pecuniam abscondunt: sic peccato-
res occultant peccata. Vnde Psalm. dicit. De absconditis tuis
adimpleta est venter eorum, cogitatio, delectatio & consen-
sus prouui, modo sunt occulta: sed manifestabuntur ante tribu-
nal iudicis

nali iudicis, sicut avis colligit paleas, & supponit nido ali-
quid blandum & ponit ouum educit pullum, similiter pecator colligit cogitationes vanas, & concepta delectatione, ratio pro-
ducit consensum, & exequitur opus, & quo ordine hoc fiat, in iudicio patebit. Cōfilia prava modo occulta, manife-
sta erunt; consilium mundi est acquirere diuitias & hono-
rem: consilium carnis est, querere delectationes: consilium dæmonis est odia, inimicitias, inuidias suggerere: hæc consi-
lia modo occulta, in iudicio patebunt. Utinam mundarētur
in confessione. Nimia stultitia esset cœlare in domo mea ho-
stem paratum me interficere: similiter abscondere ignem
in sinu: & abscondere ægritudinem grauem perito medico:
& occultare furtum in domo mea, propter quod suspen-
dendus sum, & si tu abscondas confessori, manifestabit deus
omnes has stultitias, & plures alias in iudicio ad tui magnam
erubescientiam.

Sextum occultum, quod in iudicio reuelabitur, est poena
impiis inferēda. Ideo saluator noster loquens ad Hierusalē di-
xit. Si cognouisses & tu, quæ modo sunt abscondita ab oculis
tuis. Volēs in hoc exaggerare poenā æternā, quæ modo pecca-
toribus est occulta manifestāda tñ est in ultimo iudicio. Gra-
nitas poenæ pōderatur ex serie sententiæ illatae contra dānatos
dicens. Ite maledicti, &c. In primo verbo. sit, notatur maxi-
ma poena dānatorū quæ secundū Theologos cōmuniciter dicit
poena dāni. Et est notandum q̄ hæc poena damni: nō erit equa-
lis in oībus dānatis: quia priuatio maior erit quanto quis ex
maiori conatu, peccatū licet plura peccata cōmisit degens in
hac vita: vt lapis tanto magis elongatur à Iacente: quanto sor-
tiori conatu impellitur, sic de' magis elongatur & distat à pec-
catore quanto maiori conatu peccauit. Secundū si lapis proiici-
tur pluribus iectibus, magis elongabitur à Iacente: sic peccans
pluribus peccatis, à se magis deum proiicit. Dicamus ergo q̄
longe à peccatoribus salus: sed, inter peccatores longius est à
peccatis maiori conatu: & etiam à cōmittētibus plura pec-
cata. Secunda poena notatur in verbo. Maledicti, dānati ex-
cōmunicati sunt excommunicati in maiori: in quo notatur ligatio
intellectus, & voluntatis. Sicut Sco. asserit poena dānatorū con-
sistit in ligatiōe siue in incarceratione: intellectus ita est ligatus dist. 49.
ibidem. 1. f 4 quod

Mat. 25.

Sco. i. 4

- quod non potest aliud cogitare, nisi poenam in qua detineatur, & voluntas est etiam ligata: ut summe odiat poenam illā, & sic habet ligatos pedes ac manus. i. potentiam intellectuam & affectiuam sic Saluator noster dixit, ligatis pedibus & manibus proiicite eū in tenebras exteriores. Et si hæc poena bene ponderetur, valde terret peccatores. Nam si vni ciui. tota ciuitas pro carcere assignatur, tristatur. & si domus propria, magis tristatur, & si in carcere compedibus pedes ligentur, & manicis ferreis manus, summe tristatur. Sed adhuc habet libertatem cogitandi quæ vult, similiter & volēdi, quia intellectus & voluntas non sunt incarcerata sed in inferno: detento corpore, etiam intellectus & voluntas ligabuntur: ita q̄ non poterunt cogitare aliud à poena qua detinentur & illam summe odibunt, ideo summetrītābuntur. Tertium verbum sententiæ est. In ignem æternum, quia secundum. S. Tho. ignis vt instrumentum diuinæ iustitiæ potest cruciare animas, & sic ille ignis cremabit superbos constitutos in centro terræ,
- Psal. 73.** quia superbia eorum semper ascendit. Ignis cremabit auaros, & ligabuntur: quia manus eorum fuerunt ligatae ad subueniendum pauperibus. Ignis cremabit luxuriosos pro osculis, & amplexibus & tactibus calore libidinis commissis, Accidios, tanquam frigidos in Christi obsequio Ignis cremabit inuidorum corda cremabit & pascet, & eorū viscera intestinus ignis consumet. Gulosos in lingua & gutture inflamabit. Iracundus totus ardebit quia in igne iræ exarsit dum viueret.
- Septimum secretum reuelabit. s. præmium iustorū: ideo di
- Mat. 25.** cet his qui à dextris sunt, venite benedicti patris mei posse de regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Multis causis beati dicuntur benedicti. Primo quia cerebatur in le
- Deu. 28.** ge benedictio. Ingrediens & egrediens, eris benedictus, sic sanctis collata est benedictio gratiæ baptismalis, ingredientibus in hunc mundum: descesserunt etiam in gratia finali: posside te regnum cælestis: quod in spe habuerunt, modo in possessione, possidete hæreditatem immobilem, portionem grandem: quia in hac vita solas distributiones ordinarias habuistis sicut canonici, qui duplii portione gaudent. Sancti in hac vita sunt contenti paruis distributionibus habentes victum & vestes quibus tegantur sunt contenti expectantes la grueſſa. i. hæredi
1. ad thi. 6.

hæreditatem gloriae, quam nobis præstare dignetur dominus Iesus &c.

Sermo primus secundæ dominice aduentus Thæma.

Tu es qui venturus es an alium expectamus? Mat. 11.

Nisto sermone tractabitur, de septem impedimentis: propter quæ Christus non est cognitus. Duobus obstatulis, sol non videtur. s. quando tegitur nube & quando eclipsatur: & his duobus modis quasi obtenebrari videtur sol: sic Christus tanquam sol, multis causis in hac vita non est agnitus: rem enim absentem non videmus quia solum quæ in prospe-
ctu nostro sunt aspicimus. Christus secundum humanita-
tem præsens erat: secundum diuinitatem, non erat obiectum
mortuum nostri intellectus. & sic quodammodo erat absens
nobis. Ideo propheta dicit. Vere tu es deus absconditus, ideo
quasi absens non cognoscebas. Ideo Iob quærebat. Vbi in-
uenitur sapientia incarnata? addidit. Mare dixit: non est me-
cum. Abissus dixit: non est in me: nec inuenitur in terra sua-
uiter viuentium: ratio est quia omne quod est in mundo: aut
est superbia vitæ: aut concupiscentia oculorum: aut concu-
piscentia carnis, quæ intelliguntur per tria loca posita à Iob:
ideo licet Christus esset lux, ut dicit beatus Ioannes, tamen te-
nebrae cæ non comprehendenterunt: quia non est conuentio lu-
cis ad tenebras. 1.Ioā.2. 199A Iob.28. 1.Ioā.1.

Secundum obstatulum propter quod non est agnitus, est
propter nimiam propinquitatem obiecti impedientis co-
gnitionem Christi. Nam si appropinquat oculo speculum, Compa-
ratio. quantumcunq; paruum, impedit visionem speculi quantum-
cunque magni. Creatura est quasi speculum paruum & ap-
plicatur cordi amore inordinato, & sic occupat Cor. Et impe-
dit dei cognitionem, licet Christus sit speculum sine macula:
tamen non cognoscitur à corde occupato inordinata affe-
ctione. Hac de causa Beatus Aug. dicit. Minus te amat domi-
ne, qui præter te aliquid amat. Et beatus Ioannes dicit. Dile-
xerunt homines tenebras magis quam lucem: quia erant ma-
la eorum opera: non cognoverunt lucem, quæ erat Christus:
quia per amorem appropinquauerunt voluntati eorum te-
nebrae, i. peccata, & Christum non cognoverunt. Ioan.3.

Tertium impedimentum est: distatia logissima, & sic turris
figuræ quadratæ propter longam distantiam videtur rotudæ
figuræ. Deus vbiq; est præsens per essentiam: potentia & præ-
Esa. 55. sentiam: tñ distat multum per gratiam &c. Longe à peccatori
bus salus. Et sicut distat cœlū à terra sic viæ meæ, à viis vestris.
2. Cor. 6 Vnde beatus Pau. Quæ conuentio lucis ad tenebras? quia lux
& tenebra maxime distant: & intersinit & infinitum, nulla
8. Phy. est proportio: & sic Christus cognitione naturali cognosci
& pri- nō potuit, & lumine fidei, indigebat intellectus ad Christum
mo de cognoscendum, quoniam in gloria videbitur à beatis in lumi
cœlo. ne gloriæ: sed in hac vita in speculo fidei. Ratio diuersitatis est:
quoniam lux ostendit obiecta propinquæ: speculum autem
ostendit res distantiores & sic lumen gloriae, deum demonstra-
bit beatis tanquam propinquioribus: sed viatores tanquam
distantiores in speculo fidei a longe deum cognoscunt secun-
1. Cor. 13 dum illud Apostoli. Nunc in speculo & in ænigmate, postea
autem facie ad faciē. Hac de causa ecclesia dicit. A longe-
deo dei potentiam & nebulam totā terram tegenteim: à lôge.
S. in speculo fidei, video dei potentiam. i. filium dei, qui secundum
Apost. dicitur virtus & potentia patris, & nebulam. Per
nebulam figuratur Christi humanitas quæ tegit totū mundū
misericordias sua ab ira dei patris: sed est ponderandū quo pa-
cto Christus videatur a longe cum sit nobis propinquus secū-
Ad Phi. dum Apo. Dominus prope est. In secundum beatum Greg.
est supra nos, infra nos, intra nos, extra nos? Respon. aliter co-
siderantur propinquitas & distantia in spiritualibus, aliter in
corporalibus. In corporalibus equaliter distant è regione exi-
stentes, quia tanta est distatia ab Athenis ad Romā quanta à
Roma ad Athenas: in spiritualibus aliter mensuratur distatia
& secundū mensuram amoris. Hac de causa prouenit quod si
ego amore te prosequor, sum tibi propinquus, & si tu è con-
trario odis me, eris a me longe. Deus noster propinquissimus
nobis est tanquam lux fenestræ, & causa propinquitatis est,
Sap. 12. quia diligit omnia quæ sunt, & vult omnes homines saluos fie-
1. Thi. 2. ri, & diligit diligētes eum. Ex opposito nos odimus deum no-
Apoc. 3. strum ipse stat ad ostium & pulsat ut aperiamus ei, nos autē
claudimus cor & tot seris affirmamus ut nullo modo ingre-
diatur itaq; dñs est longe à nobis quia nos ab eo elongamur.

Quartum

Quartum impedimentum propter quod res non cognoscitur est subtilitas & transparentia obiecti. Hac de causa ventus non videtur à nobis. Deus spiritus est, & Christus secundum humanitatem visus est: sed eius diuinitas nō est visa, quia spiritus est. Ideo Iudæi dicebant. Cum sis homo facis te deum, quasi dicerent, totum quod in te videtur est humanum. & tu facis te deum, qui est inuisibilis & tamen tu videris, dicamus ergo cum deus sit spiritus, cognoscetur signis quibus spiritus seu ventus cognoscitur. Ventus nō videtur sed auditur, eo pater deus videri non potest, audiri tamen potest auditu fidei. Iob dicebat. Venas susurrij eius audiuit auris mea. Tum quia Iob. 4. ventus varius habet effectus. Auster qui communiter dicitur abrigo ab aperiēdo facit fontes abūdere: flores emittere odores & rupes niuiū liquefacit. Eisdēsignis cognoscimus Christum habitare in cordibus nostris per spiritum sanctum, vt dicit Apo. Primo aperit poros. i. desideria ad deum diligendum, & facit emittere odores. i. virtutes & opera sancta: duritiam cordis liquefacit, & facit Cristallū. i. Cor. sicut buccellas. ad Eph. 3. ps. 147.

Quintum impedimentum propter quod Christus non cognoscitur, est velocitas obiecti moti: nam oportet ut basis obiecti sit fixa. Deus noster immobilis est, nam vt dicit Boëtius, stans fixusq; manens dat cuncta moueri: tamen peccatoribus videtur quod deus moueatur sicut & nos. Ideo Iob dicit. Munitatus es mihi in crudelem. Et ps. dicit quod est sanctus cū sancto & cum peruerso perueritur. In hoc iudicio errant valde Psal. 17. peccatores, quia cum peccator sit in continuo motu & semper moueatur: hunc motum deo imputat qui tamen peccatori est genuinus benignus. Quod duplici exemplo manifestū erit. Primo exemplo existentis in naui qui omnia putat moueri, arbores, turres, imo ipsam terram: cum omnia fixa sunt & solus ipse moueatur. Eodem modo existimat peccator omnia moneri. s. deum sanctos & virtutes. Cum solus ipse sit in continuo motu voluntatis. Secundo patet in nauigantibus & à terra elongantibus: quibus tamen appetit terram elongari, & ipsos permanere immobiles: contrarium tamen est verū. Nam ipsi elongantur à terra, sic peccatores elongantur à deo ps. 71. immutabili propter peccatum. Qui se elongant à te, peribūt. Malac. Tamen deus ipse idem est, ego dominus & non mutor. 3.

Sextum

Tomi. I. Sermo. I.

Sextum impedimentum visus est paruitas obiecti: nam oportet ut res visa sit debitæ quantitatis ut videatur, & etiam fit sub modo quantitatuum: ut cuilibet parti loci respondeat quælibet pars rei visæ. Propter defectum huius cōditionis dicunt doctores: Christū in sacramento altaris videri non posse oculo corporali: quia totus Christus est in tota hostia, & in qualibet parte hostiæ. Perfectiones diuinæ sunt subtilissime, & infinitæ perfectionis: ideo à nobis cognoscī nō possunt nisi lumine fidei: nam comparantur stellis fixis, quæ in lumine Solis videri non valet, licet sint magnæ quantitatis, videntur tamen de nocte vel in meridie, si aspiciens sit in profundo puto, sic perfectiones diuinæ, lumine naturali cognoscī nō possunt in nocte huius seculi nisi mediante fide humilibus tamē reuelat deus: quia abscondit hæc à sapientibus, & prudentibus: qui proprio à cumine volucrū ea intelligere, sed paruulis id est humilibus illa manifestat.

Mat. II.
1. ad thi.
6.
Gen. 18.
Septimum impedimentum propter quod res nō videt est, quia est in loco obscuro. Et si oculus sit in loco claro: nō videbit rē existētē in oppaco loco. Christus antequā esset homo: erat in obscuro æternitatis: q̄a secūdū Apo. habitat lucē in accessibili post incarnationē stetit in loco claro, qua de causa est cognitus, sic Abraham in valle mābre, id est, claro, vidit tres, & vñ adorauit, sic nos cognoscimus tres substancialias in Christo. sc. corpus, & animam & deitatem, quæ sunt vñus Christus & vna persona diuina quæ nobis vitam ēternam præstet Amen.

*Sermo eiusdem dominicae siue dominicæ
Tertia super idem Thema.*

Esa. 40.
Iob. 9.
Sicut Christus in aduētu ad iudiciū reuelabit septē secreta: Similiter in primo aduētu in carnē reuelauit septē abscondita. In primo aduētu manifestauit profundū cōsiliū sanctissimæ trinitatis. Dicebat Prophetæ, quis adiuuit spiritū dñi: aut quis cōfiliarius eius fuit? Et Iob, quærebat cōsiliū quo pacto posset cōcordare dñū & genus humanū dices. Nō est q̄ vtrūq; valeat arguere & ponere manū suā in ambobus. Vtrūq; deficiebat mediator inter dñū & homines, qm̄ secūdū Dionysius infima p media ad suprema reducuntur: & ad colligēdū extrema medium

medium vniens deficiebat: quia nec Angelus, nec homo erat mediū sufficiens. Ratio est, quia ad causandū pacē & amicitiā inter discordes, requiritur mediator cui cōueniāt duo. primū vt sit medius in cognatione iure propinquitatis & vt nō sit su spectus alicui parti. Angelus erat deo propinquus & minister & exequitor habens vices dei, ideo nobis erat suspectus: statim. n. post peccatū Adæ, apparuit Cherubin habēs gladium versatilem. Homo fauebat homini. Hac de causa erat difficile in venire mediatorem: qui vtriq; parti esset cōmunis vslq; quo deus fieret homo, & sic Christus Iesus est mediator dei & hominum: & inter misericordiā, & veritatem & iustitiam & pacē secundū Bernar. quia ex summa misericordia voluit esse homo: & summe satisfecit iustitiā diuinā & sic repertus est qui concordaret vtrunq; s. deum & hominem & hoc est profundum consilium diuinitatis per Christum in primo aduentu manifestatum. Secundum absconditum manifestatum in primo aduentu Christi, est nomen patris æterni secundum illud Ioan. Pater manifestauit nomen tuum coram homini- Ioan.17 bus, quod sanctus Bonauen. pulchre exponit in itinerario S. Bona mentis in deum. ponens lumen tanquam medium & potest uen. in sic formari ratio. Lumen progeditur à sole tāquam à suo fone itinera- te, & recipitur in aëre tanquam in medio: & post vnitur pupillæ oculi videntis & mediāte illo lumine sic pupille vnitio: aspi- cit videns solem, à quo illud lumen ortum est. Pater consideratur tanquam sol, filius vero tanquam lumen à patre ortum: mundus plenus est sapientia & bonitate, diuina. Psal. omnia ps. 103. in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua lumen. i. filius dei vnitus est organo seu pupillæ. s. nostræ humanitati, de qua pupilla. Psal. Custodi me vt pupillam oculi. & sic filius Psal. 16. factus homo ostendit nobis patrem, sicut lumen ostendit so- lem: Hac ratione dicebat Christus. Philippe qui videt me: vi- Ioan.14 det & patrem meum, ac si diceret. Ego sum lumen ostendens patrem à quo genitus sum: figura qualiter deus est manife- Figura. status in carne de Mose exposito in ripa post tres menses & Exo. i. abscondito in fiscela scirpea, figurat Christum post legem nature, & scripturæ in lege gratiæ repertum, in ripa non in fluctibus, quia suscepit nostras poenas: remansit tamen liber à nostris culpis. Ideo saepè stetit in littore, & non in mari, quia tinge

tingebatur aquis pœnarum nostrarum: non tamen mergebatur fluctibus peccatorum nostrorum in fisca scirpe. s. in virgine carente nodo peccati originalis: linita intus & extra bitumine. i. gratia præseruante, quæ in natuitate & in incarnatione filij dei est augmentata. Tertium absconditum quod Christus in aduentu primo reuelauit est, secretum scripturarū, scripturæ. n. non intelligebantur ante Christi aduentum quia secundū Bernar. Tenebrosa aqua erat in nubibus aëris. i. intelligentia obscura in prophetis. Christus autē aperuit sensum scripturarū, quia ipse est Alphabetū scripturæ sacré, quo ignorato scriptura sacra nequit intelligi: & sic Iudæi nesciebāt scripturas, quia ignorauerūt Alphabetum scripturarū. i. Christū.

Iob. n. Secundo manifestauit scripturam per Apostolos suos: Apostoli. n. mystice labia dei dicuntur, de quibus Iob. Vtinā deus loqueretur tecum & aperiret labia tua tibi: vt ostēderet tibi secreta sapientiæ, sicut. n. labiis loquimur & occulta nostra manifestamus sic deus per Apostolos suos. quebatur, & secreta sapientiæ suę manifestauit secundum illud Petri. Spiritu sancto spirante loquuti sunt sancti dei homines. Tertio manifestat scripturæ lecreta per prædicatores: nam sicut deus præcepit in lege veteri, vt essent vasa multiplicis differentiæ. s. infusoria extinctoria, & emunctoria: sic tripliciter differunt exponentes sacram scripturam: nam Christus & Apostoli sunt quasi vasa infusoria: de quorum plenitudine & sapientia acceptimus nos intelligentiam scripturarum: Doctores sancti sicut beatus August. & diuus Hieronymus fuerunt quasi vasa extinctoria, quia hæreses extinxerunt. Prædicatores sancti, sunt quasi vasa emunctoria, quia educunt mel de petra, oleumq; de saxo durissimo. i. sacros sensus scripturæ.

Exo. 25. Quartum absconditum manifestatum à Christo in primo aduentu, est via coeli. Petebat genus humanum, Vias tuas domine demonstra mihi. Nota petit vias ad deum perueniendi, ps. 24. ratio est quoniam ante Christi aduentum unica via erat, qua ad coelum homines peruenirent. s. via iustitiae & rigoris: quia sicut de puncto ad punctum unicam lineam rectam ducere & obliquas multas contingit, sic hominis ad deum unica est via recta. s. iustitiae, vt reddat homo deo quod suū est, & quia homines ante Christi incarnationem, non ibant per hanc viam:

omnes

omnes peribant. Hac de causa totus mundus in diluvio periit, exceptis octo personis. Cōtingebat nobis sicut dicunt Philo- sophi de sole, q̄ ambulat obliquè, quoniam si per rectam li- neam incederet, totum mundum suo ardore combureret, sed motus eius in circulo obliquo est causa generationis. Sic deus i. meteo antequam esset homo: totum mundum per viam iustitiae & ri- goris aspiciebat, & hac de causa, suum rigorē ostēdebat: vt pa- tet in diluvio: in destructione Sodomę & in aliis multis: sed fa-ctus homo, plures vias obliquas fecit ad deum perueniendi. s. vias misericordiæ: instituit sacramentū poenitentiæ: quo ad deū perueniamus: imo septē sacramenta à Christo instituta: sunt viæ ad deū perueniendi: quoniam conferunt gratiā. Opera miseri- cordiæ sunt viæ ad deum. Eccles. Quoniam sicut aqua extin- guit ignem: sic eleemosyna peccatum, septem beatitudines, sunt septem itinera æternitatis, quibus ad deum peruenitur. Eccle. 3.

Quintum absconditum quod Christus in suo aduentu ma- nifestauit est magnitudo dilectionis: quam deus erga homines habuit quoniam Ioannes inquit, sic deus dilexit mundum, vt Ioan. 3, suum unigenitum daret. Expositionem huius autoritatis vi- de in passione. Sextum absconditum quod Christus in suo aduentu manifestauit: est redemptio captiuorum. i. patrum in limbo existentium quoniam captiuam duxit captiuita- tem. i. sanctos captiuos poenis eduxit in libertatem & vt eo Psal. 70 frui possent. Et sic dicit Esa. Habitantibus in regione umbræ & ad mortis: lux orta est eis. Et in Osee. Ero mors tua ô mors, Eph. 4. mors tuus inferne, libertatem captiuorum vocat morsum: Esa. 9. quia mordens pomum, aliquid accipit & aliquid dimittit: ac- Osee. 13. cipit partem sanam: dimittit putridam, sic Christus eduxit sanctos patres, dimittens peccatores in profundo lacu.

Septimum absconditum quod Christus in suo piissimo ad- ventu manifestauit: est gloria regni cœlestis: quæ antea erat oc- culta. Tria enim nobis manifestauit: primo Regnum cœlorum, sic. n. Ioannes prædicauit & Christus post eum. Poenitentiam Matt. 3. agite, appropinquabit regnum cœlorū. Secundo manifestauit vitâ æternam dicēs. Omnis qui reliquerit domum vel fratres, Luc. 14. aut sorores propter nomen meum: centuplum accipiet & vi- tam æternam possidebit. Tertio manifestauit securitatē gloriæ Ioā. 16. eterne, de qua dñs dicit. Hęc loquut⁹ sum vobis: vt in me pacē habeatis

84

habeatis. & Aposto. dicit exuperat omnem sensum custodiat
 ad Phi. corda vestra. Hæc tria bona erant occulta ante Christi aduen-
 vlt. tum, quoniam in lege veteri bona terræ solum promitteban-
Esa. 1. tur, Si audieritis me: bona terræ comedetis. Secundo: loco vitæ
Leui. 18. æternæ promittebatur vita temporalis solum iuxta illud Le-
 uitici custodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo
ad. Ro. viuet in eis: cui alludit apostolus Moyses scripsit: quoniam
10. iustitiam quæ ex lege est, qui fecerit homo viuet in ea. Tertio
Iosu. 21. promittebatur pax temporalis: unde dicitur. Data est pax
4. Reg. adeo per circuitum in omnes nationes, & hæc pacem mul-
30. tum desiderabant antiqui patres propter quod Ezechias rex
 dicebat, sit tantum pax in diebus meis, quam nobis concede-
 re dignet ur Iesus Mariæ filius.

*Dominica Quarta aduentus. Thema. Dirigite
 viam domini. Ioh. 2.*

Non concione preparabimus viam domino remouentes im-
 pedimenta peccatorum: quibus impeditur ne Christo
 occurramus, qui exultauit ut Gigas ad currēdam viam.
CPrimum impedimentum est infinitas viæ: quam pertransire
 non possumus. Desideria enim innaturalia infinita insunt
 nobis, quæ non possumus cōplere. Vnde Seneca dicit. Quod
 desideria naturalia: sunt finita innaturalia vero sunt infinita.
Appellat desideria naturalia, quæ consistunt in medio: ut co-
 medere temperate: habere vestitum, & quibus tegamur. Ideo
 optime comparantur aquis: quia aquæ sunt male terminales
 termino proprio, semper fluunt si non impediāntur termino
2. Reg. alieno. Eodem modo nos sicut aqua dilabimur, & multis
14. modis effluimus: quia semper insurgunt in nobis desideria
Iosu. 3. noua nouiç; appetitus. Si deus non præfigat terminum no-
 stris desideriis, sicut fecit in trāsitū aquæ in Iordane. Ibi enim
 aquas superiores fecit deus ascendere in similitudinē mon-
 tis, & aquæ inferiores decurrerunt usque ad mare mortuum.
 In aquis superioribus, intellige virtutes, quæ secundum gra-
 dus ascendunt. Considerantur in esse cōtinentia: ut in gradu
 infimo: in esse temperantia: in gradu medio: in esse heroico in
 gradu supremo. Ascendunt in similitudinē mōtis: quia in vir-
 tutibus

tutibus nostris Christum imitari debemus, quoniam omnis Christi affectio nostra debet esse instruetio. Ideo ipse est Christus. Mat. ii. Et Iohann. 15. Itus dicit. Discite a me: quia misericordia sum & humilis corde. Et Iohann. 15. alibi. Hoc est preceptum meum ut diligatis inuidi eum sicut dixi vobis, id est, ad finem quem dilexi vos. Aquae vero inferiores decurrent in mare mortuum: quia virtus nostra in poenitentia demerguntur ibi terminantur. Hoc impedimentum manifestauit nos exhortans ad humilitatem, & temperantiam sequendam. Et de hoc intelligitur illud Psal. Vox domini super aquas: quia gratia dei virtutes exaltat, & virtus & peccata mortificat. Secundum impedimentum ne eamus Christo obuiam est, quia iter nostrum est bitumine, id est, ceno plenum. Vnde in Genesi dicitur, vallis silvestris habebat multos puteos bituminis. Per vallem silvestrem figuratur mundus in quo sunt plures putei cupiditatis impedientes Ad destruendum hos puteos, necessaria est virtus charitatis, per quam homo coniungitur deo, & de hac dicit Psal. Vox domini in virtute. i.e. in charitate. Nam charitas appellatur forma virtutum quoniam ipsa dat formam aliis virtutibus, & sine charitate nullius meriti sunt (vt dicit Apostolus) ideo per excellentiam nominatur virtus.

Psal. 28.

Genes.

14.

1. Cor. 13

Tertium impedimentum est ire per cacumina montium: quia ascensus valde impedit iter nostrum, in quo notatur superbia. Istud impedimentum destruxit Christus sua humilitate: quando eum mater sua in praesepio reclinavit. Contra hos montes est vox domini confingentis cedros, & confringet cedros libani. Bis nominat cedros, vt notet duplum superbiam, scilicet de temporalibus in augendis diuitiis & honoribus: & superbiam spiritualem quae habetur de virtute & doctrina. Et diminuet eos tanquam vitulum libani. Per hunc vi. Psal. 28. tulum Christus intelligitur, qui minutus est paulominus ab angelis: quoniam est factus homo: & in circuncisiōe minutus est plusquam homo: quia formam serui accepit. Hic vitulus est de quo praecepiebat dominus in leuitico: vt partiretur, & in frustra secatur detracta pelle, cor, iescur, pedes & intestina deo offerret. In quo mystice figuratur, quod omnia opprobria Christi considerari attentissime debent ad nostram humiliationem, scilicet caput, i.e. nativitas eius. Qualiter statim positus est in praesepio

g. sepio

Leui. 8.

sepio inter duo animalia pānis inuolutus. Pedes etiā qualiter
 sunt clavis affixi. Iecur. i. amor quo nos dilexit aures qualiter
 audiebāt iniurias. Nares replete fōtore mortuorū. Detrahitur
 pellis, quia per totum corpus effluebat sanguis: à planta pedis
 usq; ad verticem capitis. Ecce qualiter diminutus est hic bea-
 tissimus vitulus in sua passione. Dicitur dilectus sicut filius
 vnicorniū. Martyres enim vocātur vnicornes: qā habēt Chri-
 stum tanquā Cornu, quo hostes deuicerunt. Propter Christū
 fuerunt diminuti humiliati afflicti errantes in solitudinibus,
 ad heb. vt dicit beatus Paulus. Quartum impedimentum itineris no-
 stri: ne Christo exeamus obuiā est grauitas oneris, id est, pec-
 catū mortale, quod est infiniti pōderis & peccatorum pōdus
 cœlū sustinere nō potuit. Et in hoc apparet nostra stultitia, q
 non ponderamus hoc pondus: nec interrogamus de termino
 ad quē. Illud portare debemus: nec de lucro quod pro eo por-
 tādo nobis datur. Hæc enim tria faciūt portatores ponderis,
 qui cōmuniter appellātur ganapanes. Pondus peccati, vt di-
 xi, est infinitum. Terminus ad quē nos ducit, est pœna infer-
 ni: lucrum & stipendiū est mors: quia stipendia peccati mors.
 ad Ro. Psal. volebat nos preparare dicēs. Vox dñi preparatis ceruos.
 6. Cōparamur enim ceruis propter tria, primo propter viuacita
 Psal. 28. tēvisus: qā habemus fidem & donū intellectus, quibus occul-
 ta dei cognoscimus. Sumus etiam timidi sicut cerui, qā nescit
 Eccle. 9. homo vtrū amore vel odio sit dignus. Debemus alter alterius
 ad Gal. onera portare, sicut cerui: qui secundū beatū Augu. in trans-
 6. meando fluvio: alternis vicibus se iuuant, ita quod sup nates
 prēcedentiū, ponāt capita subsequentes. In quo monemur: vt
 portemus onera fratrū nostrorū, remittendo iniurias eorum:
 conditiones sustinendo. ¶ Quintum impedimentum itineris
 nostri est commotio vētorus valde enim difficile est itinerari
 contra vētum. Multiventi nos impediūt, præsertim vētus fri-
 gidus. Omnes sumus itinerātes per hunc mūdum: toti cōgel-
 lati frigore: molles & carnales in frigidati ab omni amore, &
 deuotione & amore nihil sentientes de charitate ad deum &
 proximum. Talibus grauis est occursus vētis remissis in frigi-
 datis durus omnis occursus aduersitatis & tribulationis. Si
 non adueniunt cunēta ad placitum. Non est nisi clamor: mur-
 mur & tempestas, si occurrit displicibile, statim insurgūt ver-
 ba blasphem-

ba blasphemia: si infirmitas aliqua occurrit sunt impatiētes,
si occurunt verbo aut facto iniuria, statim opponunt vento
manus brachia, & corpus totum applicant ad vindicandum.

De quibus Salomō. Caput est iurgiorum & antequā patiatur Prou. 7

iudicium deserit. Non prouenit talis impatiētia nisi ex defe-
ctu diuini amoris. Sicut q̄ ipse pro nobis tāta passus est: facit
magnitudo amoris quā erga nos habuit. Impedimur ab itine-
rando à vēto austro, q̄ dicitur abrego, qui nos valde calefacit
ex amore prosperitatis. Nā maius impedimentū itineris nostri
est prosperitas quā aduersitas iuxta illud psal. Cadēt à latere

tuo mille & decē millia à dextris tuis. Remouet dñs hoc impe- Psal. 9c.

dimētum, quia vox dei cōmouentis desertum & commoue-
bit dñs desertum Cades. Homo existēs in gratia: dicitur quasi
desertum: in eo enim est fons lachrimarū, & cantus auium, id
est, gaudium. Vnde Apo. hortatur nos in hoc aduentu Chri- ad Phii.
sti gaudere dicens. Gaudete in domino semp iterū dico gau- 4.
dete. Gaudete in tribulationibus: quia domin⁹ adiutor noster

iuxta illud Psal. Cum ipso sum in tribulatione. Gaudete iterū Psal. 90.
in laudibus dei, & q̄ in tristitia fuistis Christus enim sicut me-
dicus s̄epe visitat ægrotantes, id est, pro suis peccatis tristates.
Dæmon autē sicut loculator intrat domos gaudētiū. Gaude-
te iterū de puritate cōscientiæ, quia hæc est gloria nostra testi-
monium conscientiæ nostræ. Gaudendum est de puritate cō-
scientiæ, sicut de thesauro in marsupio cordis nostri inuento.

Gaudendum est etiam de spe hæreditatis aeternæ: quæ versa Tren. 5.
erat ad alienos, & Christus nobis eam restituit. Peccator etiā
appellatur desertum in quo est mons & collis: vt dicit euangeli-
um, id est, duplex superbia temporalis & spiritualis. Etiā
est vallis accidix: qui impleri debet bonis operibus. Sunt
etiam praua, id est, vſuræ quæ dirigi debent rectitudine iusti-
tia pietatis, & liberalitatis.

Sextum impedimentum itineris est nimius calor. Per calorem intelligitur inordinatus amor, seu cupiditas, vel libido carnis. Vnde in Apocali. Aestuauerunt homines æstu Apo. 16.
magni. Sed hoc impedimentum destruit dominus: quia
vox domini intercidentis flamā ignis, id est, luxuriæ. Quoniam
vt dicit beatus Christo. hac de causa instituit deus sacramentū
matrimonij: vt scinderet radices luxuriæ: qui enim scindit

flamimam: non totum ignem extinguit: nec totum ignem viuum dimittit. vt significetur, q̄ in matrimonio tollitur cupiditas inordinata accedendi ad alienā: remanet tñ facultas vtēdi vxore propria. Influit tñ deus rorē gratiae continentibus & virginibus, vt mitigare possint libidinis flāmam, quāuis non intercidant carnis flāmam per matrimoniu. Nam cōtingit eis sicut tribus pueris existētibus in fornace: quia angelus dñi descendit & fecit mediū fornacis: quasi ventū roris flantem. Per fornacem luxuria figuratur: quæ multis modis accenditur, & flāma libidinis ascēdit. s. visu impudico ô:tactib⁹ inordinatis, osculis & amplexibus, sed per gratiam tantum mitigatur ardor libidinis: vt quasi rore perfundatur: ita vt tres pueri. i. tres status ecclesiæ. s. Religiosi, viduæ & virgines: remaneant illæsi ab igne luxuriæ. Et cum stimulantur angelo sathanæ eos colaphizante: dominus dicit illis. Sufficit tibi gratia mea.

Figura ex Da- Septimum impedimentum itineris nostri: est multitudo periculorum. Tenebræ. i. peccata impediunt iter nostrum. La trones. s. praui homines (quorum dux est D̄emon) de quibus Esa. omnes principes tui infideles & socij furum. Pericula etiā falsorum fratrum. Hiere. vnuſquisq; à suo proximo se custodiāt. Quarto multitudo scandalorum. Necesse enim est ut ve- niant scandala. Ductor est cæcus qui nos ducit per abrupta, vitiorum ne abeas post concupiscentias tuas. Sed heu miseri quo pacto tot pericula euadere poterimus? Sic beatus Antonius videns mundum laqueis plenum dicebat. Quis istos poterit euadere laqueos? Responsum est illi. Humilis. Hæc. n. **Iere. 9.** virtus intelligitur per vocem in magnificentia, hac. n. virtute humiles exaltantur, quoniam qui se humiliat, exaltabitur. Hę septem voces significantur per septē verba à Christo in cruce prolatā. Dum. n. dixit: sitio quid aliud innuebat nisi sitim nostrorum desideriorū & virtutum & dum noluit bibere vinū, myrrhatum, quid aliud voluit nisi destruere peccata nostra: quæ sunt quali vinum myrrhatum. Poenastamen eorū sustinuit & babit. In verbo autem? Pater ignosce: est vox domini in virtute: quia charitatem maximam ostendit in orando pro inimicis. In verbo autem. Hodie tecum eris in paradiſo est vox dñi in magnificētia: quia latronē in cruce afflietū & humiliatū exaltauit in paradiſo. In verbo aut̄ Deus Deus meus, vt quid

nie. 3.

z. Cor. 12.

Esa. 1.

Mat. 18.

Luc. 14. & 18.

Ioan. 19.

Luc. 23.

vt quid dereliquisti me: est vox domini cōmouentis desertū.
Tunc enim erat humanitas Christi quasi desertum: erat enim Math.
derelicta omni auxilio diuinitatis. In verbo autē Ecce mater 27.
tua, & ecce filius tuus: habuit vocē præparantis ceruos. Præ- Ioan. 19.
paravit enim Ioannem ut virgini ministraret, & præparavit
matrem ut Ioannē custodiret. In verbo autē consummatum Ioan. 19.
est, fuit vox intercedentis flāmam ignis quia Christus vrebāt
igne passionis, & tūc consummatus est ille ignis, & extinx̄tus
imo oīs poena est consummata. In verbo autē in manustuas Luc. 23.
dñe cōmendo spiritū meū habuit vocem cōfringentis cedros,
id est, omnem superbiam & duritiam cordis humani ostendit
enim in verbo isto profundissimā humilitatē. Si vis de his vo-
cibus videre latius lege Richardū de sancto victore super illū
psal. Afferte dño filij dei ibi enim latissimē explicat istas voces
licet alio ordine. Et conclude sermonem in gloriam dei.

*Sermo infra Octauam natiuitatis domini. Thema. Erant
admirantes super his quae dicebantur de puerō. Luc. 2.*

Pro introductione expone euāgeliū Rationē habent ad-
mirandi dicit Bernard. admiratione reuerētiali, y de acata- Bernar.
miento: non dubitationis ex multis causis primo ex his, quae
dicebātur de puerō à prēcursole baptista & à patribus eius ab
angelis à pastorib⁹ à regibus à stellis à Simeone iusto ab An-
na prophetissa, & q̄ natus erat à parentibus pauperibus, & in
tanta paupertate, & q̄ sit splēdor & figura substantiæ patris ad heb.
æterni portans omnia verbo virtutis suæ, purgationem pec- 1.
catorū faciēs. Et q̄ est agnus dei q̄ tollit peccata mundi & ad-
mirabātur q̄ pretiū totius mundi & thesaurum prætiosissi-
mum posuit deus in Mariæ custodia & in manibus suis. Iu-
ste ergo Maria & Ioseph, erāt admirantes. Dimissis in præsen-
tiarū aliis rationibus: propter quas admirabātur solum dicā
de hoc, q̄ Simeon habens puerum in manibus dixit. Positus Luc. 1.
est in signum cui cōtradicetur. Hoc est nouitas nouitatum, &
subtilitas subtilitatū. Nām Hebræi signa querunt Græci au- 1. Cor. 1.
tem sapientiā. Hebræi à tēpore legis datæ semper querunt mi Psalm.
racula, quia nō fecit taliter omni nationi. Ex hoc enim prou- 147.
dētia diuina dotauit Petrū gratia miraculorū: nā ymba Petri

Tomi. I. Ser. I. De domi.

- fanabat. Græci autē querūt sapientiā, ideo dotauit Paulū do-
ctorem gentium sapientia. Paulus enim tanta viguit sapien-
tia etiam in naturalibus, q̄ admisus est ciuis Romanus ex-
cellentior Metellis, Scipionibus Catonibus omissis gratuitis,
2. Cor. de quibus dicit. Ne magnitudo reuelationum extollat me.
12.
Esa. 7. Bene ergo Iudæi signa petunt. Hinc dominus ad Achaz di-
xit. Pete tibi signum à domino deo tuo Respondit Achaz
Non petam & non tentabo dominū. Non dixit hoc ex reue-
rentia diuina: sed potius propter honorem idoli sui Aſtaloth
quod colebat: quia ad petitionem suam dominus deus, Israël
daret signum ſibi eſſetq; in contemptum idolis ſui. Et ex hoc
dixit. Non petam, cupiens ergo deus ſatisfacere hebræo-
rum conditioni conuerit ſe Propheta ad populum dicens.
Audite ergo domus Dauid: nunquid parum eſt vobis mole-
ſtos eſſe hominibus, & id eſt, pro signis quibus non creditis:
quia moleſti eſtis & deo meo? Propterea ipſi dabit vobis fi-
Eſa. 7. gnum. Ecce virgo concipiet, &c. Et angeli etiam dixerunt.
Lucæ. 2. Hoc vobis signum inuenietis infantem positum in præſepio
pannis inuolutum. Nunquid non potuerunt angeli dare alia
signa ſi quidem Pau. dicit quia pater diuinus filium recenter
natum facit illum iurari, ylla a cortes, omnes creaturas: vt
adorent illum nam dicit. Et cum introducit primogenitum
in orbem terrarum: vt adorent eum omnes angeli dei. Ad fi-
lium autem dicit. Thronus tuus deus in ſeculum ſeculi virga
ad heb. æquitatis virga regni tui. Debent ergo adorare eum angeli re-
I. ges, & pastores, & tamen dicunt. Hoc vobis signum inuenie-
Psalm. tis infantem positum in præſepio: pannis inuolutum videtur
44. ironice dictum. Signa hæc totaliter contraria ſunt illis de
Eſa. 9. quibus Eſa. dicit. Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt no-
bis cuius imperium ſuper humerum eius. Et vocabitur admirabilis
confiliarius deus fortis princeps pacis. Pater futuri ſe-
culi. Eſt mirabilis ſtans inter bestias, &c. Confiliarius qui ne-
ſcit loqui: deus fortis, ligatus princeps pacis, qui nondum fa-
cit bella: pater futuri ſeculi, puer infans: nudus pannis inuolu-
lus positus in præſepio, ô altitudo diuinarū: miranda noui-
Lucæ. 2. tas ſubtilis ſubtilitas, quis eam rumiabit cū angeli dicat. Hoc
vobis signum. Simeon etiam dicat. Positus eſt in signū cui
contra dicetur, ſcilicet præſepium infantis pannis inuoluti,

Psalm.

Psalms dicit. Mirabilis facta est scientia tua ex me confortata Psal.
est & non potero ad eam: quia homo in Ezechiele dicitur 138.
tu signaculum similitudinis dei, &c. Eze. 28.

Vnde sicut deformata imagine sigilli in cera: necesse est
totam ceram reformari in signo. Sic humanitatem nostram
deformatam in culpa in primis parentibus necesse fuit re-
formari per contra positionem nouam ut dicit Augusti. Ad
natiuitatem primi hominis, primus enim homo fuit de
terra terrenus: secundus autem de celo coelestis. Vnde in pri-
mo homine inspiravit deus spiritum vitae, & factus est
homo in animam viuentem & immortalem. Hic sic dici pos-
test inspirat homo in deum spiritum mortis, & factus est
deus mortalis, sic peccator ut melius videatur imago sua
& ars, asombra la, id est, haze sombras para leuantar la y-
niagen, & secundum Ambrosi. scire formare umbram in
imagine: est perfectio in pictore, & sic angelus beatæ Ma-
riæ dixit. Spiritus sanctus superueniet in te & virtus altis-
simi obumbrabit tibi. Hoc signum cui contradicetur. Inue-
nietis infantem mira res, verbum patris sine loquela. Figura Figu. 4.
de vidua cuius filium Heliæus suscitauit, &c. Vide historiam. Reg. 4.
Exponitur mortua humanitate per peccatum in pueritia sua. i.
in innocentia statu missus est puer. i. Giezi cum baculo, quia
Moses pascebat oves Ietro in deserto, cù lege Moses non po-
tuit sanare, venit Heliæus. i. Christus & posuit se ad mensuram
hominis: quia verbū abbreviatū fecit dominus super terram.
Consumationē enim & abbreviationem dñs deus exercituū fa-
ciet in medio omnis terræ. i. in medio uterius virginis. In medio
Esa. 10.
eius quasi species electri argentū & aurū, aurū obscuratur: ar-
gētum crescit secundū Grego. applica de humanitate & diuini
tate. Iuste ad mensuram hominis, sicut ignis in ferro candenti
ignis, & ferrum candens mensurantur in virtute, sic humani-
tas vnit in verbo. Puer oscitauit septies in sacratissima incarna-
tione: natiuitate circuncisione baptismō passione resurrectione
& aduentu spiritus sancti: sed nondū resurgit: quia nihil na-
sci profuit: nisi redēptio esset sequuta ideo iterum incensus est
in cruce & resurrexit & restituit matrem suam. i. ecclesiā, in signū
cui contradicetur. s. pannis inuolutum, o filii mi poterat dicere
virgo Maria quanti labore te expectant, si enim media &

Tomi. I. Sermo. I.

- extrema conueniunt in quanta paupertate natus, quam nudus, media vita fuit pauperrima, quia vulpes foueas habent:
Mar.9. & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Vnde quidam sanctus dicit, quod & si multa signa fecit Iesus: sed in hoc maxime se cœlestem virum ostendit: in paupertate spiritus: in contemptu temporalium.
Iob.38. Quærebatur dominus in Iob. Quis conclusit ostiis mare quando erumperebat quasi de vulva progrediens, & caligine quasi pannis infantia eum inuoluit: hæc ibi. Exponitur. Deitas est
Sap.8. quasi mare sive suelo quia attingit à fine usq; ad finem. q. de mari ad mare. Bene dicit. Conclusit ostiis, quia carne quasi
Psal.17. duobus ostiis conclusus est deus. s. anima & corpore, & caligine, quia posuit tenebras latibulum suum: quando erumperebat de ventre matris suæ. Hoc signum est etiam cui contradicetur. s. ponit in præsepio. Cui contradicent superbi & auari. Bernar. tamen loquitur ad Mariam. Deuotionem habeo in consideranda deitate Christi: sed amplius in humanitate, miror enim quādo iudicaturus est viuos & mortuos & seculum per ignem, & columbae coeli contremiscant. Sed miror quando
Iob.26.
Ioan.19. considero tacentem coram iudice Pilato dicente Mihi nō loqueris? quia potestatem habeo dimittere te & crucifigere te, gustum habeo quando considero te natum à patre in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum, sed potius quando nasceris ex matre in tanta paupertate ut mater tua, recenter natum reclinet te in præsepio. Et nota quod non perfunditorie, nec transeunter: sed longo interuallo temporis loquitur Euangelista de præsepio bis. n. loquitur de illo, semel cum dicit. Peperit Maria suum primogenitum & reclinavit eum in præsepio. Secundo cum dicit. Ait angelus ad pastores. Annuntio vobis gaudium magnum quia natus est vobis salvator: & hoc vobis signum quia inuenietis infantem positum in præsepio. q. d. Eentes cito tollite inde quia maxima crudelitas est: matrem, infantem recenter natum ponere in præsepio. Nonne sale de madre. Nonne legisti apud Salomonem quomodo hospitium dedit filio suo inter ubera mea. Fasciculus myrræ dilectus meus mihi, inter ubera mea com-
Cant.1. morabitur. Nunquid præsepium est securius aut calidius? vide quod dimittis illum inter fastidos anhelitus animalium,
 & dimitt-

& dimittis eum in periculo. Respondere potest virgo Maria, quod hoc fecit quia non inuenit lac: quia natura non prouidet de lacte nisi matribus naturalibus, quæ naturaliter pariunt. Vnde ut habetur in reuelationibus sanctæ Brigidæ, vt melius oret, reclinauit eum in præsepio, quia mel & lac sub lingua eius. Suffragatur huic: ecclesia dicens. Ipsum regem angelorum vberem de cœlo pleno sola virgo laetabat. Vel melius reponit in præsepio propter diuinam reverentiam, venturi erant angeli ut eum adorent: & reges & pastores, & ne adorent matrem cum filio. Et nota quod ecclesia adorat crucem latria: non Mariam, quia facilius est transitus de cruce ad prototypum. i. Christum crucifixum: quā de Maria ad Christum. Vel dicas melius quod reclinauit filium statim in præsepio quia Maria nutrit potius ad voluntatem filij quam ad voluntatem suam & quia filius nascitur ad laborem, ut nobis prouideat de requie quam nobis concedere dignetur qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Can. 4

*Sermo de dominica infra octauam Epiphaniæ. Thema.**Post triduum inuenierunt eum in templo. Luce. 1.**Sermo de explanatione Euangeli⁹ Pro introducione dic literam Euangeli⁹ quæ est satis dulcis.*

Sermo habebit multas doctrinas speculatiuas & morales. Nota quod Christus habet parentes spirituales, nam ipse dicit. Quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est: ipse meus frater, soror & mater est. Nam non proprie Christus est filius iusti sed trasumptue & similitudinarie: quia sicut nasci Christum non est ipsum habere esse quod ante non habebat, sed vniuersi sibi humanitatem, quam ante non habebat vnitam sic quodammodo concipitur in nobis, quia vnit sibi mentem nostram per gratiam: quæ ante non fuit, quia in peccato fuit. Nam anima nostra sicut mulier concipit filium dei: cum habet bonum propositum & parit Iesum cum exequitur in effectu opus salutare: nutrit, cum adhibet duo vbera, scilicet pietatem in affectu, & verbum dei in intellectu:

g. 5 collectu:

Mar. 1.

Tomi. I. Ser. I. De domi.

tellectu: perducit usque ad annos duodecim. scilicet proficiendo, per opera actiuae vitae & contemplatiuae. l. per opera misericordiae: tam spiritualia quam corporalia. Sequitur in Euangeli. Ascendentibus illis &c. Intellectus & voluntas ascendere debent in merito & bonis operibus, nam stare in via dei est retrocedere. Ideo Iacob vidit Angelos ascendentes & descendentes, non stantes; quod ponderat Beatus Bernar. quia semper meremur aut demeremur, vix enim stamus. Propterea

Gen. 28 ad Phi. Pau. dicebat. Extendo me ad anteriora: posteriora relinquens. 3. In naturalibus datur certus terminus, quia secundum Aristotelem. omnia natura constantia: datur certus terminus augmentum aera. tamen aut decrementi, sed non in aumento meriti, quotidie enim tract. 2. possumus addere cubitum. i. meritum mediante diuina gratia. 2. statuta nostra. l. virtuti. Ascensus iste debet frequentari per continuum exercitium bonorum operum. Ideo dicit, secundum consuetudinem. Et in festiuis diebus tenemur deum amare super omnia: quia licet in aliquibus casibus quis excusat ab audiendo missam: non eximitur ab obligatione,

Scot. in 3. distin. q' a deum super omnia diligere tenetur. Et ut Scotus dicit: tenetur in die dominica aliquod obsequium speciale offerre deo, ideo ascendendum est in die festo.

9. q. viii. ca. Secunda doctrina moralis, quomodo perditur Iesus. Quia non cognoverunt parentes eius: & negligentes fuerunt in custodia Christi unde Maledictus homo qui opus dei facit fraudulenter. Nam præscriptio secundum iura introducta est ad

Iere. 48. destruendum hominum negligentiam. Ius habet Daemon in anima negligentis & tepidi, propter eius negligentiam. Intrat hostis in castellum vi, & capit & rapit vas & spolia, si custos dormit & tacet: sed si clamat in tempore conuenienti, resistitur illi: oportet ut oratione clamemus ad deum alias faciliter ab hoste capiemur. Remansit ergo Iesus, quia non cognoverunt &c. i. descuidaron parentes. Ideo propheta dicit. Ostendam quid deus requirat a te: esse sollicitum & facere iudicium & iustitiam.

Michaeel 6. Tertia doctrina quo pacto inuenietur? Nota quod tria sunt necessaria ad inueniendum rem perditam. s. ut queratur in loco in tempore & ordine debito, locus Christo conueniens non est domus notorum & cognitorum. Dixit deus Abraham.

Egredere

Egredere de terra tua & de cognatiōe tua &c. Habet deus nos & cognatos. Creaturæ irrationales sunt quasi noti dei: in illis manifestauit deus suam potentiam, bonitatem & sapientiam hęc. n. cognoscuntur per vestigia omnium creaturarum, quia quod notum est dei: manifestum est in illis, cognati dei possunt dici homines, quoniam anima nostra est spiritus immortalis sicut deus. Denique ad imaginem dei sumus creati. Gen. 12. Act. 17.

Vnde in actibus dicitur. Ipsius. n. genus sumus genus ergo Sumiculum simus dei &c. Quæritur ergo deus per vestigia creaturarum & per animam hominis tanquam per imaginem dei, sed Aposto non inuenitur deus, ratio est, quia queritur via affirmativa lo ex seu positiva, & melius inuenitur via negativa. Et sic est duplex modus deum querendi. s. affirmativa & negativa: sicut Arato poëta. est duplex modus faciendi imagines. s. pingendo & addendo Beatus colores coloribus super tabulam nudam, vt facit peccator: Dionysius & cifixum. Sic inuestigatur deus concipiendo primo esse dei: theolo- quod est fundamentum & origo omnium perfectionum cui gi. in. r. attribuitur bonitas sapientia iustitia, & infinita alia perfe- tentia. etiones in gradu summo. Sed adhuc nō inuenitur deus: quia est maius omni eo quod excogitari potest, ideo melius in- uenitur via negativa per remotionē. s. remouēdo ab eo omne quod non est: quia non est lapis: non leo nec quodlibet aliud & tunc inuenitur deus. Hac ratione in Canti. Paululum cum pertransisse eos inueni quem diligit anima mea. Debemus Beatus Ansel. Cant. 3. omnia creata relinquere, & iste est modus conueniens. s. vna dies, quia venerunt iter vnius diei, in qua notatur cognitio naturalis in lege naturae impressa: sed non sufficit ad deū inueniendum, quia necessaria est fides infusa ad deum cognoscendum. Sed post triduum. s. post cognitionem legis naturae & scripturæ & Evangelicæ in alia vita scilicet beata inuenitur perfecte. In hac enim vita in ænigmate per speculum videtur: sed in beatitudine, vt dicit Paul. cognoscam sicut & cognitus sum. Locus in quo Christus inuenitur est templum. 1. Cor. 13. 1. Cor. 3. De quo Apo. Tēplum dei, sanctum. Est quod estis vos. Nam Matt. 7 Christus præcepit. Quærite & inuenietis in domo proximiiori. s. corde nostro, hoc est templum domino consecratum. Cor. n. inter omnia membra primo formatur in generatione & in eo

Tomi. I. Ser. I. De domini.

& in eo primo viginti vita sensus & operatio: sic in corde spirituali vivere debent fides spes, & caritas in quibus tota hominis perfectio consistit. Membra proximora cordi viviatores sunt. Quamobrem religiosi & ecclesiastici, vivaciores in observatio dei debet esse: levatura circa cor, est periculosior: sic peccata religiosorum, & clericorum sunt grauiora, & magis scandalizant populum. In hoc templo, s. corde nostro primo poni debet imago crucifixi: ad quem tanquam ad vexillum aspicere debemus quotidie cum a lecto surgimus. Imagines sanctorum ibi debet esse: ut sint tanquam specula: in quibus nostras maculas aspiciamus? Tertia doctrina Nesciebatis, qd in his que patris mei sunt, &c. Hoc est primum verbum quod locutus est Iesus de quo fit mentio in euangelio. Et communiter solet ad modum notari primum verbum sponsi ad sponsam: ideo hoc ver-

Mat. 6. bum est magni ponderis. In quo Christus docet primum quererere regnum dei & iustitiam eius: nam radix omnis meriti est affectio iustitiae (vt dicunt theologi) ideo monet nos in operibus nostris intendere gloriam patris, quod postea Christus saepe inculcauit in euangelio: vt quando dixit, primum quaerite regnum dei, & iustitiam eius.

Mat. 6. Et alibi, sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona & glorifacent patrem vestrum qui in celis est. Et beatus Paulus uno verbo concludit dicens omnia facite in gloriam dei. Haec

Mat. 5. sunt negotia patris in quibus semper oportet esse: vt sumus filii patris, qui in celis est. Quarta doctrina. Maria conseruabat omnia verba haec conferens in corde suo. Nota quod melior theca ad custodię verbi dei est cor. Fili mi praebemus mihi

prou. 23. cor tuum: quia est primum vivens & ultimum moriens. Secundo quia ad profectum verbi dei: oportet illud ruminare. Nam animalia non ruminantia erant immunda, ideo cor omni custodia debet custodiri: vt non exeat aliquod noctiuū per portam oris: quia de corde exeunt cogitationes maleficæ homicidia, &c. Debet etiam custodiri vt non intret aliquod laedens, ideo debent obseruari oculi: ne ingrediantur impudici aspectus: aures similiter custodiantur ab audiendis detractiones, & falsa testimonia. Pondera quia dicit. In corde suo non in ore, propter quod beatus Paulus dicit.

Mat. 15. Mulierem non permitto loqui: sed discat in silentio.

ad thi.

2.

¶ Quinta

Quinta doctrina. Quomodo custoditur Christus. Primo humilitate quia descendit cum illis, secundo obedientia, quia erat subditus illis. Tertio puritate quia in Nazareth, quod interpretatur flos. Dic si volueris de his virtutibus.

Sexta. Doctrina est q̄ Christus proficiebat sapientia & c̄ta te. Nota q̄ Christus non proficiebat secundum sapientiam diuinam: nec in quantum deus, sed in quantum homo proficiebat, sed in hoc modicum dicimus & quasi nihil, quia anima Christi ab instanti conceptionis beata cognitione & visione matutina in verbo, vidit omnia quæ verbum cognoscit cognitione intuitiva & non simplicis intelligentie secundum S.

Tho. idest omnia quæ sunt in tēpore & quæ fuerunt & erunt: S. Tho. nō autē omnia possibilia, quia illa sunt infinita cuius scientia in. 3. par non cadit in intellectu creato: vt erat anima Christi. Sed communis opinio est in contrarium: quia anima Christi cognovit omnia: nō tantum existentia in tempore, & in esse posita, sed possibilia esse: cum hac conditione. s. cognovit habitualiter & non actualiter. i. distincte & singulariter, sic intelligitur illud Ioannis. Vidimus eum plenum gratia & veritate. i. scientia & sapientia, vt glosat August. 13. de trinitate & sic intelligitur etiam illud Apoc. 5. Dignus est agnus qui occisus est: accipere diuinitatem & scientiam. i. omnes cognitiones & sapientiam: ratio est quia secundum quod homo (vt dicit Gabriel.) constitutus est à deo iudex viuorum & mortuorum. Vnde Act. 10. conuenit illi omnis scientia & sapientia: & sic intelligitur quod ad Col. Pau. dicit. In quo sunt omnes thesauri sapientiae & sciæ dei. lo. 2. Nec proficiebat secundum sapientiam infusam, quia vt dicit Hugo. super illud Ioan. Vidimus eum ple. gratia & veritate: Ioan. 1. anima Christi tantum habuit gratiae & scientiae quantū verbum per naturam, quanquā non omnia æqualiter: quia tantum est æqualitas quantitatis sed non æqualitatis: quia anima Christi habet scientiam per gratiam non per naturam. Vnde sicut differunt vñus diues per naturam. s. per successionem: & alius diues ex gratia, seu de mercede: sic differunt scientia verbi, & animæ Christi. Proficiebat ergo vt dicit Scotus scientia experimentalis & accepta à rebus in genere proprio vt declarat. Scot. in Scotus. Vel dic secundum Bernar. super missus est homi. 3. distinsecunda proficiebat &c. non secundum quod erat, sed secundum 14. q. 3. dum

Tomi. I. Sermo. I.

dum quod apparebat. i. non quod aliquid nouum accideret quod ante non habebat, sed quod accidere videretur, quando ipse volebat ut videretur, haec ille.

Item ille ibi. Tu homo quando proficis: nec tantum quantum vis proficis: sed te nesciente & ignorantem & nolente cuius moderatur profectus & tua vita disponitur. At vero ille puer Iesus qui disponebat vitam tuam & suam unde quando volebat & quibus volebat, sapiens apparebat. Item quando volebat & quibus volebat, sapientior apparebat. Et iterum quando volebat & quibus volebat, sapientissimus apparebat: quāvis in se semper esset sapientissimus: & similiter cum semper esset plenus gratia, & tamen quādo volebat & quibus volebat plenior gratia apparebat: & tamen nūc plus: nūc minus ostē debat: suo arbitrio semper virilem animum habuit: & si nō semper in suo corpore vir apparuit. Cur deniq; dubito: vnu fuisse in utero: quem ibi deum fuisse non ambigo: minus quippe est esse virum quam deum. Hoc est nouū propheticum. Quia sc̄e mina circundabit virum & nouū faciet dominus super terrā.

Iere. 31. Hæc Bern. Iesus autem proficiebat: sic vir iustus nunquā arbitratur se comprehendisse: sed semper esurit & sitit iustitiā, sta re. n. in virtute est retrocedere. Et ut Pau. dicit. Posteriora re-

Psal. 83. linquens ad interiora me extendo &c. Psal. Ibunt de virtute in virtutem ut videatur deus deorum in sion. i. in gloria. Unde Christus virtuosos vocat violentos dicens. Regnum cœlo.

Mat. ii. rum vim patitur & violenti rapiunt illud. Unde virtuosus dicitur à vi, quia vim infert sibi in aggrediendo fortia: sustinēdo aduersa: abstinendo à sensualibus: sumus enim in hac vita post lapsum sicut nauigantes contra ventum unde dimitten tes remigare, statim reuertuntur retro. sic nos in naturam nostram corruptam reuertimur. Unde Paul. Profana autem & vaniloquia deuita: multum nanque ad impietatem proficiunt, & sermo huiusmodi. q. Cancer serpit. Proficiebat sapientia &c. si natura in hoc tam sollicita est. s. proficere corpori in consumendo cibum in molendo: in digerendo & distribuendo per membra faciendo chilum cur ratio tam negligens est

Mat. 16. proficēdo animæ suæ? Et quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur animæ vero suæ detrimentum patiatur? Animæ ergo proficere debet secundum augmentum gratiæ: vt Chri-

vt Christus eam perficiat in gloria, quam nobis concedere
dignetur. &c.

*Sermo dominicæ post octauam Epiphanie. Thema. Hoc
fecit Iesus initium signorum. Ioan. 2.*

Sermo mysticus de nuptiis incarnationis.

Argu-

mētum

in-

tro-
du-
re-

etio ser-
monis.

Miracula Christi sufficienter probant illum esse verum deum. Ratio est, quoniam miracula vera, innituntur dei omnipotentia. Et mutatio aquæ in vinum: fuit primum miraculum quod fecit Christus: in quantum homo ad manifestationem suæ diuinitatis. Nam alia miracula fecerat in quantum deus: miserat stellam regibus: & misit exercitum angelorum: vt cantarent cum pastoribus, & vidit Nathanael sub ficu: sed omnia hæc fecit, in quantum deus. Sed istud signum est miraculum primum: quod fecit in quantum homo. Pro quo nota quod Christus in miraculorum operatione aliquando vtebatur humanitatis membris. In resurrectione iuuenis, tetigit loculum. In curatione cæci nati, spuit in terrā.

Quando curavit surdum, misit digitos in aures eius. Aliquando fecit miracula sola voluntate: vt in mutatione aquæ in vinum quia neque manu, neque lingua vsus est, neque aliqua ceremonia: sed solo nutu, factum est hoc miraculum. Et sicut deus infundit gratiam mediante sacramento: & aliquando sine sacramento: quia virtus diuina non est alligata sacramentis. Ita operatus est miracula, mediante instrumento suæ humanitatis: Et etiam sua voluntate: vt patet in praesenti Euangelio. Secundo nota quod diuinitas concurrebat, cum voluntate humanitatis ad operandum miracula: quotiens voluntas Christi id efficere volebat. Pro quo ultra adueit quod deus operatur, cum agente naturali: secundum conditionem agentis. Et sic, cum igne calefacit: cum leui ascendit: cum graui descendit: cum voluntate operatur libere, sed cum voluntate peccante, non concurrit positivæ, sed tantum permisivæ, sed cum voluntate Christi, nunquam cōcurrebat permisivæ, sed semper positivæ: quoniam sciebat voluntatem Christi semper esse rectam iustum & sanctam.

Tomi. I. Ser. I. De domi.

& sanctam. Propter quod ab instanti conceptionis, verbum semper concurrebat cum voluntate Christi ad exequendum miracula. Et fuit primum hoc miraculum: ad ostensionem suæ diuinitatis: & præclarus aliis miraculis. Et minorem calumniam patitur: & minus innitens ceremoniis: quia Christus cæcum sanauit mediætate saliuæ: surdo dedit auditum, immittendo digitos: iuuenem suscitauit, tangendo lectulum. Lazarum cum multis circumstantiis. Sed hoc miraculum, sola

Ioan. 9. Mar. 9. Luce. 7. Joan. 11. volūtate fecit vel potest etiam dici primum miraculum: quia factum est ad honorandum primum sacramentum, scilicet, matrimonium.

In prosequutione sermonis agetur de circumstantiis huius miraculi: exponendo mystice nuptias inter deum & naturam humanam. Prima circumstantia notat locum, scilicet, Cana Galileæ, Cana interpretatur Zelus. Galilea transmigratio. In quo notatur amor, quem nubentes habere debent ad conseruandum suum esse: per propagationem prolis: per quam quasi

Aristo. transmigrant de esse corruptibili, ad esse incorruptibile, & perpetuum. Et secundum Philosophum. Omne ens appetit permanere saltem in specie. Hæc interpretatio nominum, optime conuenit incarnationi: per quam humana natura transmigravit ad esse diuinum: & deus ad esse humanum. De

Mar. 17 hac transmigratione exponitur illud. Si habueritis tantam fidem sicut granum sinapis: dicetis huic monti, transfer: & transferet, quod in virgine gloriofa completum est. Nā ipsa habens perfectam fidem consensit dictis angeli dicens. Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum. Et statim filius dei translatus est in uterum virginis. De hac transmigra-

Psal. 10. tione dixit Psalm. Transmigra in montem sicut passer. Fuit enim transmigratio summa: qua deus factus est homo. Nam velociter sicut passer: migravit à coelo in vêtre virginis, & à ventre in præsepium & à præsepio in mundum, & à mundo in crucem & à cruce in limbum & à limbo in resurrectionem, & post in coelum & sedens ad dexteram patris: ultimo transmigrabit in iudicium vniuersale. Conuenit etiam interpretatio. Cana. quæ Zelus interpretatur: quod conuenit incarnationi, per quam ostendit deus summum Zelum & amorem

Ioan. 3. quem habuit circa genus humanum. Nam sicut dicit Ioannes
sic deus

sic deus dilexit mundum: vt suum vnigenitum daret.
 Secunda circumstantia matrimonij est: quia debet habere
 tria bona: bonum fidei, bonum sacramenti: & bonum pro-
 lis. Bonum fidei debet habere circa corpus, & circa diuitias
 circa corpus, vt non reddant extraneo corpus suum: quia ad
 inuicem seruare debent fidelitatem: quia vir est res vxoris, &
 vxor res mariti. Circa diuitias debent seruare fidelitatem: vt
 neuter eorum sit dissipator. Debent etiā seruare bonum pro-
 lis educando virtuose & deuote filios suos: ad honorem suum
 quoniam gloria patris est filius sapiens. Hæc tria bona in nu-
 ptiis sacratissimæ incarnationis reperiuntur. primo bonum
 fidei fidelitatem enim maximam ad inuicem custodierunt
 verbum & natura humana. Natura humana verbo vnta in
 nullo à dei voluntate deuiauit. Peccare enim est frangere fi-
 dem, quā deo in baptismo promisimus: sicut Bersabeæ viola-
 to matrimonio vriæ, David copulata est connubio adulteri-
 no. Sic creatura per Bersabeæ significata. Bersabeæ enim in-
 terpretatur puteus saturitatis, quod quidem cuilibet animæ
 conuenit: quæ quidem est filia dei patris, qui in se est perfecte
 beatus, & plenus omni gloria copulatur amore David: quia
 fruitur re creata. Cum tamen per baptismum esset vxor vriæ,
 id est, dei qui est lux vera. Vrias enim interpretatur lux mea.
 Tali ac tāto adulterio: anima à deo separatur: sed anima Chri-
 sti: nullo diuortio, à verbo separari potuit: quoniam non pec-
 cauit nec peccare potuit: quia verbo erat coniuncta, sicut flu-
 uius suo fonti similiter verbum humanitati fidem seruauit:
 quoniam in nullo temporis momēto ab eo separata est: quia
 quod semel assumpsit nunquam dimisit. Secundo bonum Damo-
 prolis reperitur in his nuptiis incarnationis: nam omnes ele-
 scen⁹ li.
 Et sunt filii adoptiui. Quia non ex sanguinibus: nec ex volū-
 ptate carnis: nec ex volūtate virti: sed ex deo nati sunt. De qui-
 bus filiis multo ante. Esa. prophetauit dicens. Filii tui de lon-
 geveniēt, & filiæ tuæ de latere surgent. Magnam differentiā
 facit inter filios, & filias Cū filiij a lōge veniat & filia à latere
 surgant. Filii sunt angeli qui merito passionis Christi præuisæ S. Bona
 & creditæ, multo tempore antequam actualiter exhibetur uē. in. 3.
 multas gratias habuerunt: vt notat beatus, & seraphicus do-
 tor. Bonauen. Christus enim quasi fideiussor sanctorum dist. 21.
 h angelο-

Tomi. I. Ser. L De Domini.

angelorum plures gratias angelis meruit quas in cruce quasi bonus mercator soluturus erat. Filiae sunt animae electorum: quae à latere Christi surrexerunt: quasi modo geniti infantes, & sanguine Christi redempti: quia passione Christi exhibita & in effectu posita: omnes electi & prædestinati gloriam sunt consequuti. Boni enim Christiani: sunt vere nobiles ex omni latere: quia nobilitas vera à Christo emanat. Nā omnes homines aut propagati sunt à gētilibus: aut Iudeis. Et sicut militare: aut genus antiquum eorum: aut extimatur genus Iudæorum aut gentilium, sed omnes veri Christiani sunt nobiles, & geniti ex sanguine regio: imo diuino, scilicet, sanguine Christi. Quod bene notat ecclesia, cum in prima dominica post festum Resurrectionis appellat redemptos Christi sanguine, quasi modo genitos infantes, ô quam magna stultitia est reputare se nobilē: quia descendit à Christianis antiquis: quia dicit se Christianum veterem: quia magnificat vetustissima. Et dæmones sunt vetustissimi, & sic quodammodo fateruntur se habere patrem diabolum, sicut dixit Christus Iudeis, Ioan. 8. vos ex patre diabolo estis. Et qui spernit nouum tyronē seu Christianum, spernit Christum à quo noua & recens nobilitas orta est, quam possidet per sanguinem Christi. Et pondera, quia dicit autoritas. Filii tui de longe veniēt & filiae à latere surgent: quia angelis profuit passio Christi ad confirmationē angelorum & ad perseverantiam in gratia: sed non ad erigendū à peccato: sed omnes homines in Adā peccauerunt quibus Christus sua passione meruit primam gratiam qua à peccato liberarētur. Ideo dicit à latere surgent. s. virtute gratiæ in baptismō collatæ. Qui quidem baptismus mystice in aqua lateris significatus est. Tertium bonum est sacramenti. s. vinculum indissolubile inter verbum & naturam humanam eo, quod deus nō dimisit naturā humanam: quia quod semel assumpsit, nunquā dimisit: nec oportebat dimittere: nō ex parte assūmētis: quia dona dei sunt sine poenitentia: nec reuocat deus donū sine culpa recipiētis. Nec erat decēs: quia maior est vnio naturæ, quā vnio per gratiā: sed filii adoptiui, nō perdūt gratiā adoptionis sine culpa: ergo gratia vniōnis non erat destruēda: nec anima erat dimittenda. Quoniam sicut vir non potest dimittere vxorem excepto adulterio: sic nec animam oportebat

oporebat verbū dimittere. Hæc Bonauen. vbi supra, sed verbum dereliquit humanitatem: quia non ei impedit auxiliū vt dicit. Hugo in libro de sacramētis: licet non reliquerit præsentiam suam: subtraxit protectionem: non separauit vniō- de famem. Sicut vado per viam mecum vadis sicut amicus. Venit cramen inimicus meus vulneraturus me: tu vides non mihi faues: ego causor de te cur me dereliquisti: tu es proximus mihi per parte. i. præsentiam: sed longe es à me, per auxilium. Sic contigit inter deitatem & humanitatem: nec humanitas, verbum dereli Cōpara-quit per peccatum: vt supra dictum est. tio.

Tertia circūstantia est: quia filius dixit. Quid tibi & mihi est mulier? nondum venit hora mea. Notare debemus, φ quotiescumque filius ingerebat de matre: aspere & rigide locutus est: vt est illud. Nesciebatis: quia in his quæ patris mei sunt oportebat me esse? Et illud. Quæ est mater mea. Et illud. Quinimo beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Et in passione omnino videtur exclusisse matrē suam cum dixit. Ecce filius tuus: vt intelligamus rationem huius asperitatis. Nota quod Christus in his habuit sevt doctor & sacerdos. Nam in his responsis docuit, quod caro & sanguis: non possidebunt regnum dei. Non aspere matri respondit: vt argueret eam: quam sciebat plenam omni sanctitate. Sed quia euangelium erat prædicandum in toto mundo: ideo docebat præsentes, & futuros: quod carnales non habent titulum in regno dei, qua de causa? Respondebat. Quid tibi & mihi mulier? Quoniam mater titulo materno: non habebat autoritatem: vt præciperet fieri miraculum: quia mater debebat filio suo: vt naturali: victum & vestitum. Et si per posibile: aut impossibile fuisset pecatrice nullum fauorem à Christo habuisset: & licet rogaretur à matre in spiritualibus nihil fecisset: sed quia cognoscebat matrem sanctissimam: exaudiuit petitionem eius. Et dixit se sperare momentum diffinitum miraculi dicens. Non dum venit hora mea. Quod quidem responsum: bene mater intellexit: quod in hoc fundabatur, quod titulus: quo miraculum fieri petiū: non erat iustus. Quia miraculum petebat fieri titulo matris dicens. Fili licet modeste petiū dices. Vinum non habent licet cum omnibus his intellexit se esse

Tomi I. Sermo. I. De Domi.

exauditam: quia cognovit esse necessarium miraculum ad manifestandam Christi deitatem. Ideo beatissima mater dixit. Quaecunq; dixerit vobis facite. In aliis negotiis se habuit Christus ut doctor, & docuit quod mater Christi erat beatior quia conceperat deum mente quam ventre, ut dicit beatus Augustinus. In cruce tamen Christus se habuit ut sacerdos: qui offerebat se ipsum in sacrificium. Propter tres causas obtulit Christus semetipsum. Prima est ut deo satisfaceret de offensa ab homine facta: quae fuit infinita & nullus nisi Christus potuit satisfacere: & sic sacrificium debebat esse infiniti valoris & sacerdos infinitus: & mater non poterat dare infinitum valorem sacrificio: nec erat mater respectu deitatis propterea exclusit eam ab hoc sacrificio. Secunda causa: quare Christus obtulit semetipsum est: ut adimpleret mandatum patris. Vnde dicit Mandatum habeo a patre, & haec obedientia tanto est per fectionem quanto minus habet de carne & de voluntate propria. Vnde scriptura dicit. Qui dixit patri & matri, nescio vos: hi custodierunt eloquium tuum domine: & pactum tuum seruauerunt: obedientia non debet cognoscere patrem aut matrem.

Ioan. 14. Tertia causa oblationis est: quia oblatus propter charitatem. Quia sic deus dilexit mundum: ut suum unigenitum daret. Et maiorem hac dilectionem nemo habet: ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Ille amor spiritualis, ab omni carne & sanguine erat alienus quia moriebatur pro inimicis: & charitas non querit quae sua sunt. Hac de causa Christus se expedituit a matre dicens. Ecce filius tuus.

Ioan. 3. Ioan. 15. z. Cor. 15

Quarta circumstantia miraculi est: quia Christus mutauit aquam in vinum. Quod multipliciter in nuptiis incarnationis contigit. Primo, enim secundum beatum Augusti. super Ioannem lex antiqua erat quasi aqua insipida in sensu literali. Et sex metretæ significant sex ætates mundi: in quibus mutata est aqua literæ in sensum spiritualem, sed quia longiorem ordinatur telam: eam in alio sermone prosequemur. Secunda expositio mystica mutationis aquæ in vinum est: quia redemptor noster ab instanti conceptionis, assumpsit tristitiam pro nostris peccatis: & in laboribus fuit a iuuentute sua ut dicit Psalm. Et sic quinque sensus exteriore: multiplices labores sustinuerunt pro nobis. Oculi saepe fleuerunt, imo fuerunt

Psal. 87

runt quasi piscinæ in Esabon. vt in canticis legitur. Taetus lapidibus, & tribulis in pedibus est percussus. Olfactus factore plenus. Gustus felle & mirrato vino, in lingua est amaricatus. Auditus etiam audiendo infamias. Ecce quinque hydriæ. Anima Christi plena erat tristitia multis de causis impletæ enim erant vsque ad summum. Quamobrem Psal. dicit. In- Can. 7.
 trauerunt aquæ usque ad animam meam. Et iterum in alio Psa. 68.
 Psalmo. Repleta est malis anima mea: portio superior animæ Psal. 87
 tristabatur de peccatis contra deum commissis, & portio in-
 ferior tristabatur propter dolorem appetitus sensuui: cui na-
 turaliter coniuncta erat, aquam tristitiam, dolores, labores,
 significatos per duas vel ternas metretas: mutauit in vinum
 gloriæ in resurrectione. Nam anima statim effecta est im-
 passibilis: ita ut ultra tristari non posset corpus similiter or-
 natum est, impassibilitate, subtilitate, agilitate, & claritate.
 Omnia haec meruit Christus in sua passione. Qua de causa
 dixit. Oportebat Christum pati, & ita intrare in gloriam Luc. vi.
 suam, non est intelligendum de gloria essentiali: qua ab in-
 stanti conceptionis fruebatur. Hanc enim non meruit: quia trâscendit omne meritum intelligitur ergo de gloria corpo-
 ris: qua quidem à principio erat in anima, & corpori non
 est communicata: ut corpus remaneret passibile, & Chri-
 stus posset esse redemptor. Ergo Christus à principio ius
 habuit ad gloriam: quia semper anima fuit beata: impedi-
 ta est tamen, ne corpori communicaretur: post resurrectio-
 nem vero, communicata est corpori, & sic tristitia & labor, &
 dolor in resurrectione in vinum gloriæ sunt mutata. Hoc in-
 nuebat psalmus dicens. Secundum multitudinem dolorum Psal. 93.
 in corde meo: consolationes tuæ lœtificauerunt animam meam.
 Et in alio Psalmo. Ad vesperam demorabitur fletiis, & ad Psal. 29.
 matutinum lætitia. Concidisti saccum meum. Ecce aqua, &
 circumdedisti me lætitia. Ecce in vinum aquam mutatam. Psal. 29.
 Tertia expositio huius mutationis potest esse: ut videatur di-
 scrimen: quo deus homines annuit ante Christi aduentum:
 & postquam factus est homo. Pro hominibus mira fecit: du-
 riiora pertulit: ut dicit beatus Bernard. licet enim deus diligit
 omnia quæ sunt: & nihil odit eorum quæ fecit, tamen non Sap. ii.

Tomi. I. Ser. II. De domi.

nominauit homines amicos, donec factus homo dixit. Iam
Ioan. 15. non dicam vos seruos : sed amicos , quia omnia quæcumque
audiui à patre meo, nota feci vobis. Ante has nuptias incar-
nationis: promittebat bona terræ : salutem corporis , pacem
temporalem , sed factus homo promittit regnum celorum:
pro vita temporali , vitam æternam , pro pace temporali , &
ad phi. Terrena , promittit pacem quæ exuperat omnem sensum.
4. Ecce qualiter mutavit aquam in vinum. Homo factus dile-
Ioan. 13. xit suos vsque in finem. Ante addire deum non audebant:
Exo. 19. nec tangere ne forte morerentur, vt dicit scriptura. Cauete
ne ascendatis in montem: ne tangatis fines illius. Sed cōsum-
Mat. 28 matis his nuptiis dicit. Ecce vobiscum sum vsque ad con-
summationem seculi. Amor Christi circa nos vere est vinum
Gen. 19. quo inebriatus: vt Noë iacuit in tabernaculo crucis. Et amor
nimius sicut vinum fecit obliuisci iniuriarum , & orare
pro inimicis suis vinum, ebriosum facit cadere saepe Christus
inebriatus amore nostro cecidit. Primo à coelo : in ven-
trem virginis, & cecidit sub cruce: quia clamans voce ma-
gna emisit spiritum. Nota tamen quod dicitur de hoc vi-
no, quod bonum seruauit in fine , & Secundum primam
expositionem intelligitur, quod euangelium seruauit pro
sexta ætate, secundum secundam expositionem exponitur
quod gloriam corporis non accepit vsque resurrexit Secun-
dum tertiam expositionem intelligitur, quod maiorem amo-
rem ostendit & plura signa dilectionis propinquus mor-
ti. Quia cum dilexisset suos : in finem dilexit eos, promitten-
do gloriam quam nobis dare dignetur. Qui viuit & regnat
in secula seculorum. Amen.

*Secundus Sermo mysticus, de nuptiis, incar-
nationis, super idem. Thema. Hoc est
initium signorum. Io. 2.*

HAe nuptiæ mysticæ figurant, nuptias inter Deum &
naturam humanam. Nam sicut sponsæ, à sposo dan-
tur iocalia, quæ solent appellare primas vestes, sic naturæ
humanæ

humanæ, collatus est primo anulus charitatis, quia sicut in anulo, ponit lapis qui dicit adamas, qui ponitur supra ferrum, sic deitas, vnitæ est, quasi adamas ferro nostræ humanitatis. Et sicut adamantem & ferrum, complectitur anulus: sic totum hoc, scilicet, vno diuinitatis, & humanitatis, fundatur super gratiam. Quoniam secundū sanctū Bonā, incarnatione requirit gratiam sicut enim imprimitur sigillus in cera, & requiritur calor, quo disponitur cera: Sic verbum, quasi sigillus, vt imprimetur in natura humana: requirebat gratiam disponentem humanitatem. Hoc matrimonium, contractum est, in thalamo virginali: in quo verbum, vnitum est nostræ humanitati. Et pannus lineus, qui dicitur Almayzar, vniens sponsam & sponsum: fuit vno hypostatica ex duabus naturis constituens vnum Christum: sacerdos magnus, qui coniunxit manus, & corda, fuit spiritus sanctus, & instantum vniuit, quod neque in vita neque in morte sunt separati. Itaque, de hoc matrimonio potest dici. Quos deus coniunxit: homo non separat. Dedit pater dotem, scilicet deitatem: quia vt dicit Ioannes, quod manus est omnibus hoc pater tradidit mihi. Fiunt, in Cana Galileæ, quod interpretatur transmigratio. Nam coelum, id est, deus, transiuit in centrum terræ, id est, in ventrem virginis transit. Flos in fructum: quoniam omne promissum dei adimpletum est, transit lex vetus, & succedit noua. Transit dignitas Iudeorum, & succedit gentilitas in honore. Vocatus est Iesus, tanquam sponsus, & cum discipulis venit, id est, cum omnibus perfectionibus suis, ingressus est, thalamum virginis. (Et erat, mater Iesu, ibi,) quia ab instanti conceptionis, anima Christi, obtulit patri, seruicium mortis, in regraciationem vniōnis: & oravit pro omnibus electis: & exauditus est, pro sua reverentia. Vnde Paulus: sempiternum habet sacerdotium. Ex quo sequitur, quod venter Mariæ, primus & melior est paradisus. Vnde euenit, qd Maria adeset let passioni quasi tempore consummatiōnis matrimonij, quando ex morte patris nascit filius iuxta illud generationē eius, quis enarrabit? quoniā abscessus est de terra viuentium. Vnde merito vocamus, genimina viperarū Esa. 53.

Mat. 19.
Ioan. 10.

Tomi. I. Sermo. II. De Domi.

stabat ergo iuxta crucem Iesu, Maria mater eius: sicut quæ
Ioan 19. fuerat præsens meliori redemptioni s. affectuali, in ventre
quando Christus, in ventre matris, obtulit semetipsum
passioni & cruci.

Ideo, bene dicitur, erat mater Iesu ibi. Tum, vere in his
nuptiis, defsecit vinum lætitiae: Et dictum est vere, fili, vi-
num non habent. gaudium. Et Christus potuisset respon-
dere, nondum venit hora mea. Quasi diceret, Hoc tem-
pus, passionis, totum est, quasi hora tua idest secundum
humanitatem, veniet cito hora mea idest resurrectionis
gloria: quando mutata aqua in vinum idest mutata pas-
sibilitate humanitatis, in gloriam resurrectionis, & tunc
vinum idest gloria propinabitur Architriclino idest deo
patri: Sex hydriæ, sunt sex ætates, in quibus, deus muta-
uit aquam in vinum: idest sensum literalem in spiritualem.
Nam sex hydriæ, sunt sex facta principalia literalia, & ce-
remonialia, & carnalia, sine sapore, velut aqua idest sine dul-
coroso spiritu. Quæ facta, in aduentu Christi, sunt muta-
ta, in vinum dulcissimum spiritualis intelligentiæ. De quo
Psalm. dicit. Et bibet, vinum meracissimum. Et Paul. litte-
ra occidit, spiritus est qui vivificat. Et nota, quod bene di-
cit, quod hydriæ erant lapideæ, quia sensus litteralis, for-
tier est, ut lapis. Et bene, capientes singulæ metretas binas
aut ternas, vel propter mysterium trinitatis inclusum in li-
tera & factis omnium sex ætatum. Vel melius, propter dif-
ferentiam scientiæ & sapientiæ: hominum sanctorum illa-
rum ætatum. Quia iuxta varietatem temporum variata
est sapientia, ita, quod aliis, est data simplex sapientia:
aliis duplicata: aliis triplicata: itaque capiebant binas vel
ternas metretas. Videamus ergo, primum factum, primæ
ætatis: & primam aquam quam continet. Et quomodo, con-
uersa est in vinum.

Gene. 2. Prima ergo hydria primæ ætatis: est illud magnificum
dictum Adæ de vxores sua: hoc nunc os de ossibus meis: &
caro de carne mea, propter hanc enim relinquet homo,
patrem & matrem: & adhæredit vxori suæ. Et erunt duo,
in carne una. Hæc ergo littera plena erat aqua, quia quan-
tuncunq;

tuncunque fidem & dignitatem commendat matrimonij, & licet intellectus visitatus sit: tamen carnis & insipidus est. Quam tristis esse solet exitus voluptatum, quisquis libidinum suarum, reminisci vellet, intelliget, nec omnino gratia, quæ confertur in sacramento matrimonij, sapore habebit: quia saltē, quādiu durat ille actus carnis, totus homo efficitur caro, quasi conuersus sicut pecus & brutum animal, quia homo cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis insipientibus. bibeant omnes de matrimonio carnali quasi de aqua usque ad aduentum Christi. Aqua inquam insipida, sapida tamen illis qui habebant gustum infectum. Ad ubi Christus venit: conuersa est aqua isti in vinum. Vnde Paul. sacramentum hoc, Ephes. 5. magnum est, sed dico in Christo & in ecclesia quasi dicat ut sicut Christus adhæsit firmissimo amore ecclesiae sue usque ad mortem: & mors est maximum vinculum. Quoniam fortis est, ut mors dilectio: sic anima Christiana adhæreat deo per dilectionem spiritualem firmissimam, ut sic fiat unus spiritus cum eo, & sint duo in carne una, & propter Eph. hanc relinquat patrem & matrem & adhæreat uxori suæ sicut Christus ecclesiae. Quanti sancti & justi utriusque sexus: post aduentum Christi quasi iam conuerso matrimonio in celibatu: relictis copulationibus carnalibus quasi aqua frigida adhæserunt Christo per matrimonium spirituale in omni statu ecclesiastico, quasi gustata differentia illius status matrimonialis ad spirituale quantum gustato, spiritu desipit omnis caro.

Secunda hydria. secunda ætas incepit in Noë. Et in hac ætate contigit ignominiosum illud factum insipidum, imo de afronta huic homini sancto. Quia primus omnium plantauit vineam & cooperuit illam & vinum bibit ex ea & inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo iacuit. Quem sic nudatum videntes filii, Sem, Cham, & Iaphet, Minor Cham derisit patrem. Sem autem & Iaphet operis vultibus: operuerunt pallio, patris verenda. Ecce littera insipida & factum vile indignum tanto homine. Venit Christus conuertere aquam istam in vinum. Quia plantata primuni vinea hebræa. luxta

Gene. 9

h 5 illud.

Tomi. I. Ser. II. De domi.

- Hud. Vineam transtulisti ex egypto. Ex electis palmitibus:
Psal. 79. ego te plantavi vinea electa: Tantum vinum. i. amorem eli-
cuit deus ex ista vinea quod factus est ex semine David se-
cundum carnem. Nudus iacuit in cruce. Maior filius. i. po-
pulus hebræorum: deridet verenda patris sui dicens vah. qui
Mat. 27 destruis templum dei, quia tantum considerat carnem pa-
tris sui. Filius Sem & minor Iaphet considerans verenda pa-
tris sui. i. gentium populus: considerans in illo paternitatem:
quia pater & creator omnium erat dixit vere filius dei erat
Mat. 27 iste. Illam ergo infirmitatem: illam fragilitatem: illa veren-
da patris sui honorant Sem, & Iaphet, quia sic fidelis popu-
lus credendo in Christo viderunt & cognoverunt & credi-
derunt. Quia quod stultum est dei: sapientius est hominibus:
& quod infirmum est dei: fortius est hominibus, vnde & be-
ne consequuti sunt benedictionem patris Christi quasi Noë
dicens. Maledictus Cham: seruus sit fratrum suorum. Et be-
neditus Sem, sit dominus Cham.
Ioan. 15. Secundo Allegorice exponitur de Ecclesia catholica quæ
Christus plantauit suo sanguine. Iacuitq; in tabernaculo cru-
cis nudus inebriatus est amore ecclesiæ: maiorem enim chari-
tatem nemo habet quam vt animam suam ponat quis pro
amicis suis.
Gen. 21. Tertia ydria. i. ætas incepit in Abraham qui existens se-
nex: ex eo & sterili uxore Sara nascitur Isaac. Postquam am-
bo senuerunt & vxori desierunt fieri muliebria, iam sero na-
scitur Isaac ex Sara: prius nato Ismaële ex Agar ancilla: &
ludebant pariter pueri, & inducebat maior minorem ad ido-
lolatria ipso Ismaële faciente idola ex luto. Quod videns si-
delis mater dixit. Eiice ancillam & filium eius: non erit hæ-
res, ancille filius, cum filio libera. Conuertat Paulus istam
quam in vinum scriptum est inquit. Quoniam Abraham,
duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera: qui
de ancilla, secundum carnem natus est: quide libera per re-
missionem quæ sunt per allegoriam dicta. Hęc enim sunt
duo testamenta vnum in seruitutem generans quæ est Agar:
illa autem quæ sursum est, libera est. Tunc ergo Isaac, risus &
gaudium patris nascitur ex parentibus senibus quando re-
ductus

ductus animus in statu innocentiae per iustitiam & opera
virtuosa & emendationem vitæ: quando carni desierunt sie-
ri muliebria. i. carnalia. Emortua iam carne & viuo spiritu na-
scuntur opera virtuosa: quæ sunt risus & gaudium patris. i.
dei, & quando ista bona opera nascuntur, non omnino de-
bet spiritus confidere in carne, nec ambulare: nec ludere cum
illa, quia inducit illam ad idolatriam concupiscentiae carnis,
aut oculorum, aut superbiæ vitæ. Non ergo ludat cum illo,
quia est maior in viribus & tempore, secundum Paul. Prius
est animale quam quod est spirituale. Nec serio nec loco se lu-
dat cum carne sua nec confidat in ea: sed eiice ancillam & fi-
lium eius. i. sensualitatem & appetitum eius.

^{1. Ioā. 2.}^{1. Cor. 15}^{1. Regu.}^{17.}^{Cant. 6.}

Quarta incepit in David cuius victoria cum Goliath, &
alii plurimi illius. q. aqua in vinum allegoriam conuertuntur,
& illud Salomonis. s. sexaginta sunt reginae: & octoginta con-
cubinæ, & adolescentularum non est numerus. Hæc. q. aqua,
non ædificant castos & spirituales animos: sed conuersa in
allegoriam vinum est dulce.

Quinta ætas in captiuitate Babylonis incepit. Nam rex Ba-
bylonis translatis Iudeis captiuis in Babylonem: paruulos &
iuvenes castrauit. Quoruū vnuſ fuit Daniel, & Sydrac, & Ab-
denago & dedit illis deus sapientiam magnam & intelligen-
tiam visionis & somniorum. Hæc insipida sed conuersa in al-
legoriam, sunt. q. vinum dulce. Quia sunt quidam qui se ca-
strauerunt propter regnum cœlorum & qui potest capere ca-
piat: quia sapientia valde inimica est immundis.

^{4. Reg.}^{vltimo}^{& Iere. 5}^{Mat. 19.}^{i. Cor. 10}

Sexta ætas incepit in Christo: in qua & nos sumus: in quos
fines seculorum deuenerunt, & hic est qui per mysterium
incarnationis, passionis & resurrectionis suæ: impletis om-
nibus hydriis sex ætatum per se ipsum conuertit in vinum
optimum. Et tunc ministri id est boni literati & tractatores sa-
cræ scripturæ: & prædicatores, hauriunt: aquam vinum factū.
Et primo ferunt Architriclino. i. in gloria dei: deinde omni-
bus qui sedent ad mensam ecclesiæ. Et sic conuertunt aquam
huius Euangelij. Nam hydriæ significant allegorice potentias
interiores & exteriores virginis Mariae. Quæ ante Christi con-
ceptum quasi erant plenæ aqua. i. virginitate: erat. n. solum
virgo

virgo & non mater: post conceptum filij remansit virgo, & mater dei effecta est. Et sic aqua insipida mutata est in vinum virginitas enim erat insipida in lege veteri, quia de ea est scriptum. Maledictus, qui non reliquerit semem in Israël. Sed postquam concepit filium. Architrichinus, id est, spiritus sanctus: videt virginem simul, & matrem dei, & cognovit esse optimum vinum in colore. Quia cum esset mater, est simul virgo. Nam in aliis mulieribus: color virginitatis perditur: cum efficiuntur matres. Sensit etiam odorem vini, quia erat sicut

Gen. 27 odor agri pleni: cui benedixit dominus. In gusto cognovit etiam: esse optimum vinum, quia benedictus fructus ventrisci tui.

Cant. 2. Et fructus eius dulcis gutturi meo. Nam fructus maternitatis virginis: est filius dei. Binæ, vel ternæ metretæ: sunt gratiae virginis à deo communitatæ, scilicet, gratia singularis personæ, de qua Angelus dixit. Ave gratia plena. Secunda metreta, gratia pro ministris eius. Nam postquam angelus dixerat virginem plenam gratia intulit, spiritus sanctus superueniet in te: vt postquam plena erat: gratia superueniens in alios redudaret. Sicut si vas pleno aqua adhuc aqua infundatur sit, vt effundat in alia vasa. Tertia metreta significat gratiam maternitatis: quæ solum competit virginis de qua angelus dixit. Ecce concipies in utero, & paries filium. Discipuli vocati ad nuptias, allegorice significant angelos, qui cognoverunt hoc mysterium incarnationis. Nam non omnes angeli cognoverunt illud: quia aliqui eorum quererent.

Esa. 13. Quis est iste qui venit de Edom? Et non solum gauisi sunt, de desponsatione sponsi cum sponsa, id est, dei cum natura humana, sed etiam valde gauisi sunt dum viderunt illum in nativitate procedentem ex virginie tanquam sponsum de thalamo suo. Hoc gaudium angelorum notatur: cum dicitur in euangelio **Luca.** Facta est multitudo coelestis exercitus cum pastori-

bus, laudantium & dicentium. **Gloria in excelsis deo ad quam nos perducere dignetur dominus minus noster Iesus Christus, &c.**

Sermo

Sermo tertius eiusdem dominice de Euangeliō Thēma.

Nuptiae factae sunt in Cana Galileæ. *Iean. 2.*

Sermo moralis de expositione Euangely.

Cana zelus interpretatur. Galilea transmigratio: & significat peccatorem iustificatum ex gratia: qui zelo iustitie transit ad iustitiam ut dicit Hugo. in expositione huius euangelij. Tunc in cana Galileæ sunt nuptiae inter deum & animam separatam ab eo per adulterium culpæ. Ibi Iesus mirabiliter conuertit aquam in vinum, & per suam gratiam iustificat impium quod est maius quam creare cœlum & terram: quando de luxurioso, facit castum: & de intemperato, temperatum: & de superbo, humilem: denique aufert culpam & confert gratiam. Et tunc sunt nuptiae in cana Galileæ, quia vxor. i. anima transfertur ad habitandum cum verbo propter iustificationem. Nam secundum iura. Vxor tenetur se qui forum viri: Habitat enim peccator in terra deserta in via, & in aquosa, quia peccatum est quasi desertum iustitiae: in quo nulla apparet via salutis: nec gutta gratiae. Oportet ergo transire ad terram dei. i. iustitiam. Sicut filius prodigus: qui abiit id regionem dissimilitudinis. Nam quæ conuentio lucis ad tenebras, & Christi ad Belial? Peccator habitat in tenebris. Commoratur cum Dæmone, oportet ergo eum transmigrare ad terram dei. i. gratiam.

Et nota quod per aquam: significantur mali, & per vinum boni. Sicut enim aqua frigida est: sic mali, per malitiam sunt frigi: quia ventus Aquilo fluit, & congelavit aquas, sicut Cristallum. Vnde sicut aqua conuertitur in Cristallum præ nimia frigiditate & longo tempore: sic quidam mali etiā inter flagella: duriores sunt. Item sicut aqua semper fluit in mare amarum: quasi conuersa à dulcedine sua, in amaritudinem maris. sic mali ducunt in bonis dies suos: & in punto ad inferna descendunt. Et sicut aqua dilabitur per diuersa partes & tortuose incedit: fodiens ripas per quas fluit, sic mali tortuose incedunt, diuerfis modis deuiendo à rectitudine iustitiae, per obliquos & iniquos contractus usurparum.

*Aug. su
per Ioā-
nem.*

*vt in I.
penult.
ff. de iu-
risdict.
omniū
iudicū.
Psal. 62.
Luc. 15.
2. Cor. 6*

Iob. 21.

Tomi, I. Sermo, III. De Domi.

rum. Et delectatio fluit, per duas ripas, s. sensualitatis & rationis facit deum iter declinando à regulis iustitiae: Remedium est figere stipites: vt non destruantur ripæ, sic oportet obseruare diuina mandata, vt aqua, i. delectatio: non destruat ripas rationis & sensualitatis per consensum peccati mortalis: Bene ergo mali per aquam significantur. Per vinum boni significantur, quia calet intus per calorem, & alios inebriat & laetificat per bonum exemplum & sanam doctrinam, & facit eos cadere, per humilitatem: & denudare se ipsos per amorem paupertatis spiritualis: Oculi scintillant quando amor illuminat intellectum, secundum illud. Psalm. Gustate & videte &c. Sex hydriæ sunt corporis sensus, cum anima. Lapidei sunt isti sensus: quando homo est in culpa: nam peccatum Iudæ est scriptum stilo ferreo & vngue adamantino: sed quando iussu matris dei: implemus sensus aqua compunctionis: quasi omnes sensus nostros à culpa lauamus, & sic stant hydriæ secundum purificationem verorum Iudæorum, i. confitentium deum. Et licet omnis homo, i. humaniter viuens in peccatis: à principio, bonum vinum ponit delectationis mundanæ: & in fine id quod deterius est, quia vinum pœnæ inferni, in his tamen nuptiis non sic: sed econuerso: seruauerunt bonum vinum in finem vitæ.

Psal. 33.

Iere. 17.

ps. 126.

Mat. 26.

Mat. 18.

Ad Ro. 8.

Ad Ro. 5.

Deute. 25.

Quando dederit dilectis suis somnum, quando bibemus vinum meracissimum: quando iam non bibam de hoc geni. mine vitis: donec illud bibâ in regno dei. In his nuptiis principalis invitatus est Iesus: quia illi conuenit dare gratiam. Venient enim querere & saluum facere quod perierat. Venerunt etiam discipuli qui comitabantur Iesum, i. perfectiones diuinæ: quæ manifestantur in iustificatione peccatoris.

Ibi enim diuina sapientia manifestatur: cum de peccato damnat peccatum. Etvbi abundauit delictum abundet & gratia:

Apparet similiter iustitia: nam requirit contritionem & confessionem & satisfactionem de peccato: quia iuxta delicti mensuram: erit plagarum modus. Ostendit etiam omnipotentiam: dando gratiam: & promittendo gloriam. Maius miraculum est iustificare impium quam creare cœlum & terram: quia creat deus

sine

sine te:sed te non iustificat sine te,vt dicit beatus Augustinus. Augu.
 Sed misericordia principaliter inuenitur,in his nuptiis iustificationis: significata per matrem Iesu.Erat ibi mater Iesu:
 mater misericordiae:quia in hoc negotio,potissimum misericordia inuenitur,& ipsa super exaltat iudicium: peccator
 enim condemnatus in curia iustitiae:appellat ad curiam mi-
 sericordiae:qua in poenitentia ostenditur esse maior:alias
 non appellaretur ad illam:suprema misericordia est trahere
 rebelles:inuitare nolentes:vocare auersos? Hanc misericor-
 diam extollebat.Psal.dicens. Mirifica misericordias tuas qui
 saluos facis sperantes in te.Pictor ponit oleum super colores:
 vt appareant pulchriores:sic deus oleum misericordiae super
 ponit suis perfectionibus:quas in iustificatione peccatoris
 ostendit.Ideo dicit,mirifica &c.non creando aut conseruan-
 do,vel redimendo neque beatificando:non in his ostendis,
 mirificam misericordiam tuam:sed saluando peccatores spe-
 rantes in te:de inimicis faciendo amicos:& dissidentes facis
 sperare in te.Quod valde ponderat beatus Paulus dicens. ad Tit.3
 Non ex operibus iustitiae qua fecimus nos sed secundum
 misericordiam suam:saluos nos fecit.

Aliter exponuntur hydriæ:hydriæ sunt sex opera miseri-
 cordiae,ad emundandas maculas peccatorum nostrorum.
 Multas hydrias ponit Hugo Cardinalis in expositione hu-
 ius Euangeli. Sed sex hydriæ nobis valdeviles:sunt quinq;
 plagæ corporis Christi,cum contritione nostra.Mirabiliter
 passio Christi lauat nostras maculas:si deuotionem ad illas
 habeamus.Sicut enim significatur in illis quinque portici-
 bus piscinæ in hierusalem constitutæ:sanantur omnes ægri-
 tudines spirituales,mouente deo aquam.i.liberum arbit-
 rium,& intrante infirmo piscinam:quod fit per applica-
 tionem nostræ voluntatis ad Christi passionem.Similiter
 sunt quasi hydriæ Iudeorum.i.confitentium Christum,ple-
 naæ aqua.Et nobis ingerunt dolorem & compassionem:si
 bene recogitentur cum teneritudine cordis,sicut enim in do-
 mibus magnatum:solet poni leo:ex ære conflatus:per cuius
 oculos & nares,& manus,& pedes fluit aqua:qua domesti-
 ci lauant manus,sic constituit deus in ecclesia. Leonem de
 tribu

Psal.16.
Compa-
ratio.

Ioan.5.

Compa-
ratio.

Tomi. I. Ser. III. De Domini.

tribu Iuda. id est, Christum. Et fluit aqua à pedibus, & manibus, & latere eius: quæ immundicias cordis nostri emunder.

Zach. 13. Ideo dicitur. Erit fons patens domui Dauid & alibi. Vidi

Eze. 47 aquam egredientem à latere dextro. Sed aduerte quod in his nuptiis: non solum inuenitur misericordia: Sed iustitia: ideo mater Iesu inuitat nos ad iustitiam dicens. Quæcunq; dixerit vobis facite: quia si vis ad vitam gratiæ & gloriæ ingredi:

Mat. 19. serua mandata. Vere dignum & iustum est obedire deo in prosperis per humilitatem: & in aduersis per patientiam: nā caput Christi in cruce inclinatum, supra se habebat titulum triumphalem & coronam de spinis: vt nos illi obtemperemus in prosperis & aduersis. In his nuptiis binæ vel ternæ metretæ sunt duo vel tres timores, quibus affligimur. De præteritis enim peccatis timeamus: an sufficiēter fit, p illis satisfactū: de presentib⁹ timemus: q a nescim⁹ an simus digni odio vel amo re. Defuturo multo magis timemus nescimus enim si in gratia aut peccato discedemus. Hic timor valde affligit poenitentes: vsquequo mutetur in amorem, & expellatur à charitate,

1. Ioā. 4. quæ foras mittit timorem. Et hæc est mutatio aquæ in vinū: & mutatio dextræ excelsi. Hoc vinum lœtificat & inuenitur

Psal. 67. in cæla vinaria. Hoc expetebat Dauid cum dicebat. Quid re-

Cant. 2. tribuam domino, &c. Calicem salutaris accipiam. Calix pœ-

Psal. 115. nitentiam significat: accipi debet manibus: non ore tantum Calix prædicari. Nam non intrabit in regnum cœlorum qui dicit pñiam Domine domine: sed quia sit voluntatem patris mei. In hoc desirnat. calice infunditur gratia infusa seu charitas. Operculum cali-

Mat. 7. cis, id est, pœnitentia est spes de venia: nam vas non habens

Nu. 19. inutilis, sicut pœnitentia Iudæ. Pes calicis: est fundamentum

Esa. 26. & radix unde oritur pœnitentia aliquando incipit à timore.

A timore tuo concepimus, & parturiuimus spiritum salutis.

Aliquando oritur à spe venia: vt patet in filio prodigo. Ali-

quando oritur à fide, vt innuit articulus fiduci. In remissionem

Hiere. 3. peccatorum. Aliquando à consideratione vilitatis peccati,

Esa. 63. scriptura exhortante videbimus nunc prostrata es. Aliquando

Tob. 3. oritur ex motu indignationis, secundum illud: indignatio mea auxiliata est mihi. Nota figuram de his nuptiis. Sarra

id est

id est, anima occidit septē viros, id est, septē dona spiritus, sancti: reperta in iustificatione peccatoris: sapientia occidit: cum gustata delectatione carnis desipit sapor diuinus: donū intellectus occiditur: quia non intelligitur delectatio includens amaritudinem aeternam. Donum consilij destruitur cum eliguntur media contraria fini ultimo. Donum scientiae perditur: quia non discernitus pericula carnis, mundi, & dæmonis. Donum fortitudinis moritur: cum homo incurvatur dæmoni. Ex quo homo est crudelis, & iniquus in seipsum. Sara copulatur Thobie juniori, id est, spiritui forti angelus, id est, Thob. 6. diuina inspiratio duo monet facienda. Primum ut craticula cordis pisces assetur cuius odor expellit dæmonium: in quo notatur efficacia passionis Christi expellens nostra peccata: dum ta men applicetur illi voluntas, quod notatur in secundo remedio, scilicet, oratione & deuotione. Et sic passio Christi & nostra oratio: sunt medicina sufficiēs ad expelliēdū peccatum, & introducendam gratiam in præsenti, & gloriam in futuro, quam nobis dignetur concedere Christi Iesus, &c.

*Sermo quartus eiusdem dominicae partim literalis, &
partim moralis. Thema. Nuptiae factæ sunt in
Cana Galilee. Ioan. 2.*

In hoc sermone eliciam aliquas doctrinas ex euāgelio: prima est doctrina humilitatis. Hanc semper docuit Christus in euangelio præsertim quando dixit. Discite à me: quia misericordia sum, & humilis corde. Hanc docuit opere nascens ex virginine, & certè satis rudes sumus: si tanto tempore ad scholam ecclesiæ: vnam lectionem tantum nō addiscimus: sicut ignis facit cineres, & cineres ignem conseruant: sic amor dei facit humilitatem: vt humilitate conseruetur deus. Adeo Christus amicus humilis fuit: vt in omnibus operibus in quibus ostendit deum fortē, prius se ostendit deum fragilem à natuitate vsq; ad mortem: & à morte vsq; ad ascensionem. Nam vt dicit Vbertinus: quando nascitur: ostendit se deum in modo nascendi ex virgine incorrupta, sed primo hominem fragilem se ostendit nascendo ex muliere: vt dicit Apoc. Natum Ad gal. ex muliere, factum sub lege. Post natuitatem statim se ostendit deum 4.

Tomi. I. Ser. III. De Domi.

dicit deum fortē in exercitu angelorū dicentium pastoribus.
Annuntio vobis gaudium magnū: quia natus est vobis salua
Lucæ. 2. tor mudi. Sed prius ostendit se hominem fragilē: quia reclina
uit eum mater sua in præsepio, & pannis eum inuoluit: & re-
clinauit eum in præsepio: quia nō erat ei locus in diuersorio.
Mat. 11. Ecce quā amicus humilitatis. Discite à me: quia mitis sum &
humilis corde. In adoratione regū ostendit se deum in appa-
ritione stellæ: sed prius viderūt eum cum Maria matre eius: &
tunc procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis
Mat. 2. obtulerunt ei munera, &c. Simeon senex prædicat eum salu
Lucæ. 2. tare dei, & lumen ad reuelationem gentium & gloriā plebis
sue Israël. Sed prius ostendit fragilitatem suam, ex quo tan-
quā homo peccator & pauper offertur in templo: redimendus
vili pretio, & offerentibus pro eo par turturum, aut duos
pullos columbarū. Item in baptismo deus pater ostēdit eum
Mat. 3. esse deum fortē dicens. Hic est filius meus delictus, & ipse
baptista dixit. Ego vidi & testimonium perhibui: quia hic est
filius dei, quod si filius per consequens necessario ex substan-
Ioan. 1. tia eius genitus: deus de deo: lumen de lumine: deus verus, de
deo vero. Sed prius ostendit fragilitatem suam, suscipiendo
baptisimum. In iejunio se deum ostendit in ministerio ange-
Mat. 4. lorum: quia accesserunt angeli, & ministrabant ei. Sed prius
ostendit se hominem fragilem: quia cum ieunasset quadra-
ginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit, &
demonium ducit illum hac & illac sicut homo fortis puerū
paruulum. In morte deum fortē se monstrauit clamans vo-
ce magna: quod sit supra omnem naturā humanam, & quia
Mar. 14 obscuratus est sol & petræ scisæ sunt, & monumenta aperta
Luc. 22. sunt & multa corpora sanctorū surrexerūt. Sed prius ostēdit
fragilitatē suam quia cepit pauere & tēdere, & factus est su-
dor eius ut guttæ sanguinis. Deniq; in hodiernis nuptiis deū
se ostendit in mutatione aquæ in vinum: sed prius hominem
fragilem inueniendo, & stando ad nuptias, & in tripudiis,
quod est hominum fragilium, & carnarium. Ecce quomodo
in omnibus factis prius ostendit se hominem fragilem, quam
deum fortē. Maxima doctrina humilitatis est, maximē pro-
istis qui se iactant de nobilitate generis, & vilitatem abscondunt.
Et si quid nobilitatis habent statim emittunt foris. Erat

erat mater Iesu ibi. **M**iranda nouitas, qui eam ruminabit?
Quomodo Maria virgo virginum sacratissima interest nuptiis vbi perditur virginitas? **C**erte hoc exemplum non est imitandum à sacris virginibus, imo nec ab omnibus virginitatem amantibus: quomodo ergo erat Iesu mater ibi? **R**epondeo vel propter occultandum misterium virginitatis: vt Rupertus hic, propter quod desponsata est viro Ioseph, & in templo est præsentata, & purificata ut puerpera, vel quia nondum erat datum: nec publicatum euangelium. **V**nde ante non erat dandum consilium virginitatis, cum in lege Moy-si erat contraria lex dicens. **M**aledictus omnis qui non reliquerit semen in Israël. **V**nde propter hoc erat mater Iesu ibi **T**ertia doctrina: vt gustauit vinū factum. **N**ota quod in nullo miraculo Christi legimus aliquid de nouo creasse: cuius ratio secundum Ruper. hæc est. **Q**uia in ecclesiastico dicitur, Eccl. 58. qui vivit in æternum: creavit omnia simul: quia prima rerum omnium elementa creavit simul à principio ex nihilo, id est, in primo die sex autem sequentibus diebus: rerum omnium species, non ex nihilo, sed ex eisdem elementis imperio verbi formauit: & die septimo requieuit ab omni opere quod patraret: vt scilicet, deinceps nullā nouā speciem de nouo esset producturus. **V**nde ex hac causa nō creavit hic vinū ex nihilo: sed mutata substantia aquæ in vinum, & in panibus quinque adiiciendo substantiam panis, &c. **E**t oculos cæci aperiendo vitam mortuis reddendo.

In secunda parte dic aliquas excellentias matrimonij. **P**rima ponit euangelium: quia vocatus est Iesus ad nuptias: quia venit ad honorandum matrimonium: ergo vbi est deus, non potest dæmon habitare. **Q**uae enim conuentio Christi ad Bellial? & in libro Machabeorum dicitur, quod propter præsentiam dei: hostes verterunt terga. In matrimoniiis clandestinis ab ecclesia prohibitis non inuenitur Deus sed dæmonium, ô bene Iesu quomodo potest esse: vt tu & mater tua comedatis in domibus adulterorum, & fornicatorum? conuiua illorum est dæmon cui sacrificant corpora sua, & quasi incipiunt habere vitam inferorum, quam in æternum sunt habituri ex nunc, sicut ligna ardentina, igne infernali vniūtur æterno igne cremâda, Quomodo ergo de' erit præsigni putrido &

Gene. 2.

2. Cor. 6

2. Matt. 12.

Tomi. I. Ser. IIII. De Domini.

fætido? Secunda excellentia est representationis: quia duo maxime repræsentat matrimonium vnonem Christi ad eccliam, & vnonem animæ ad deum. De primo dicit Apost.

Ephe. 5. sacramentum hoc magnum est: sed in Christo & in ecclesia.

Hoc matrimonium contractum est in vtero virginali. in ecclesia, de quo dictum est in aliis contionibus. Secundo repræsentat vnonem animæ Christianæ ad deum: quia est verus sponsus, & vir eius sine quo non potest concipere adhuc vnā bonam cogitationem: quia non sumus sufficietes cogitare

z. Cor. 3. aliquid ex nobis, quasi ex nobis. Sicut ergo imago ratione illius quod repræsentat est multum extimanda, sic matrimonium. Et sic Ioannes decollatus est: vt repararet istam imaginem:

Mar. 6. Mar. 6. destruetam in adulterio Herodis: quia abstulit vxorem fratris sui. Hinc apparet in quanta reuerentia habendum est matrimonium.

Tertia excellentia est: quia matrimonium confert gratiam ex se iuxta opinionem sanctorum & determinationem ecclie: quia dimittit & refrigerat ardorem carnalem: & facit, vt abolen-

cap. Ad aquæ furtiuæ non sint dulciores: & operatur alias operatio-

dam de ness sanctas: de quibus vide in materia de matrimonio.

hæreti- Quarta excellentia: est benedictio quam accipiunt nuben-

cis. tes: non enim habet paruam autoritatem & efficaciam bene-

Prouer. dictio nubentium. Primo quia significat illam benedictio-

9. nem quam contulit deus primis parentibus: quando dixit.

Gene. 1. Crescite & multiplicamini. Nulli creature nisi tantum ho-

mini, dedit illam benedictionem: sic nullus coniugatorum

benedicitur: nisi qui accipit velationes, si benedicimus pa-

nem quem comedimus ut eiiciatur Dæmonium: quanto ma-

gis in matrimonio vbi insidiatur Dæmon ut patet in Sara &

Tob. 3. Tobia? Similiter valet ista benedictio ad augmētum honorū

Prouer. temporaliū. Prouer. decimo. Benedictio dñi diuites cōstituit.

10. vnde sicut Maria non concepit Christū nisi post benedictio-

nem ideo angelus dixit, benedicta tu in mulieribus: sic nulla

sponsa concipere debet ante benedictionem. Quinta excel-

lentia est: miraculum primum factū in nuptiis. Et bene aqua

mutatur in vinum: quia vsque tunc sacramentum istud ma-

trimonij, non conferebat gratiam: erat quasi aqua insipida

nunc confert gratiam quasi aqua conuersa in vinum lētificās

cor ho-

cor hominis. Ltecentur coniugati, & gratias agant: quia quasi
audeo dicere quod deus factus est quasi loculator nuptiarum:
quia conuertit aquam in vinum: vt latarentur coniuix. Hoc
enim fecit: vt significaret gratiam, quam confert sacramen-
tum. Religio tantum permanens: singulariter a deo conser-
vatur, nam omnes plantatio, quam non plantauit pater Mat. 15.
meus eradicabitur.

Tertia pars sermonis edifferet differētias nuptiarum: nam
quædam nuptiæ, sicut nigrorum: quædam claudorum: 3.pars.
quædam alborum. Nuptiæ nigrorum, sunt nuptiæ inferna-
rium: in quibus plus soluitur quam comeditur in nuptiis:
quia peccatum transit in momento, & poena manet in æter-
num. Vnde Psalmographus dicit. Mors depascet eos. Nam Psal. 48
herba depasta statim crescit: sic cruciati, statim reuirescunt
vt iterum de nouo patientur: quod non est extra iustitiam:
quia voluissent iniqui semper viuere in peccato. In nuptiis
claudorum nubentes, sunt in purgatorio: in quo tantum
soluunt, sicut comederunt, id est, tantum puniuntur quan-
tum male egerunt iuxta illud. Quantum se glorificauerunt
in delitiis: tantum date illi tormenti. Tertiæ nuptiæ, sunt al-
borum: in quibus conuiuum infinitum excedit symbolum
id est, Scote ex quo præmiantur vltra condignum, quia acci-
pient mensuram bonam plenam coagitatam & effluentem.
In his nuptiis anima ducitur in domum sponsi: ibi reperiun-
tur tria bona matrimonij bonum fidei: nam anima beata
non deuiabit a voluntate diuina: non propter malitiam, quia
absortæ sunt petræ Psalm. nec propter ignorantiam: quia
omnes sunt docibiles dei: nec propter concupiscentiam de-
uiabunt a rectitudine: cum habeant quidquid volunt. Ani-
mal enim mouetur ad querendum cibum conuenientē: quia
est absens, quod si alimentum haberet cōiunctum, non mo-
ueretur a loco: vt videre est in ostreis, quæ a rupe non mouen-
tur, sed semper affixa manēt, & suscipiunt rorē ad sui con-
seruationē. Eodem modo in hac vita degentes: querunt cibū
conuenientem, alij honores alij delicias alij diuitias, secundum
illud. Omne quod est in mundo: aut est cōcupiscentia carnis:
aut concupiscentia oculorum: aut superbia vitæ. Quāobrem
mouentur pedibus, id est, desiderijs. In beatitudine tamen

Apo. 18

Luce. 6.

Psalm.

140.

Ioan. 6.

1. Ioā. 2.

Tomi. I. Ser. III. De domi.

beati, habent eibum coniunctum. s. deum: qui intra animas beatorum est: ideo à deo non separantur, nec euelli possunt: sed aperientes voluntates: recipiunt fruitionem & beatitudinem à deo productam. Bonum prolis est in his nuptiis, scilicet, lumē glorię cognitio, fruitio, tentio immediate à deo producta in animas beatorum. Est bonum sacramenti. s. indisso-lubile vinculum inter deum & animas beatas: quia nec deus permittet beatos peccare, nec à reūtitudine in aliquo discedere: quia absentis sunt petræ iudices eorum. Ibi est mensa com-

Luc. 22. munis Christus enim dicit. Ego dispono vobis regnū: vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Lectus est communis: nam in fruitione cōmunicant deus, & anima beata.

Cant. 1. Lectulus noster floridus, scilicet, animæ & dei. Ibi sunt bona communia. Gaudet & fruitur anima bonis dei completetur perfecte dilectio mutua inter deum & beatum in gloria ad quam nos perducat, &c.

*Dominica Tertia post epiphaniā. Tha. Tetigit cum
dicens volo: mundare. Matth. 8.*

Pro introductione expone euangelium literaliter.

Compa- **ratio.** **I**n prima parte tractabitur: de modo curandi leprosum. In secunda: de seruo Centurionis. In tantum voluit Christus honorare suam humanitatem, quam ex nobis assumpsit, q̄ noluit aliquando miraculum facere: nisi mediante illa: & sic, hic mediante contactu curat leprosum. Verbo paraliticum & saliuia, cæcum à nativitate: quia sic coniuncta erat deitas humanitati sicut ignis ferro candenti. Hinc est, quod nulla iniuria facta est humanitati quin fieret deitati. Sicut enim quādo videtur charta regis missa ciuitatibus: si aliquis inobedīens rumpat chartam, punitur non quia rumpit chartam, sed tanquam verbum imperiale disruptum: sic tanquam purum hominem videns, & crucifigens, quod enim videbat, quasi charta erat. Quod enim in ea cælabatur verbum imperiale erat: natum ex natura: non prolatum per verbum. Hæc Tertulia-nus in sermone. Vnde dixit Christus? Pater mi si possibile est, &c. Id est sic filium vnitū tibi: permittis occidi? ante oculos tuos &c. Et ut intelligas qualiter omnia mēbra Christi habēt virtutem

virtutē sanandi omnes nostras egritudines imo sacra scriptura
 commemorat: deum habere nostra membra:nā dicit. Leua
 cius sub capite meo, & dextera illius amplexabit me. Simili- Cant. 2.
 ter cōmemorat eum habere Cor, oculos & cætera membra in
 quibus nobis quasi assimilatur: vt eum imitantes in his mē-
 bris sanet nostras egritudines. Deus enim in membris assimi-
 latur nobis triplici ratione. Prima ratio sicut enim dicitur de
 homine graui nō habēte paruā autoritatem: q̄ cōformatur il-
 lis quibus loquitur formando simile idioma, sic deus noster,
 nobis cōformat, & coarctatur formādo verba iuxta modum
 nostrę paruitatis. Qua de causa nos rogamus maiores: vt por-
 rigāt manus: tendat aures ad nos exaudiēdū, inclinēt Cor. si-
 mili modo: deū oramus: vt nobiscū vñiformiter agat. Secun-
 da ratio: q̄a sicut vultus aspicīs speculū, & imago in speculo
 cōformātur taliter q̄ si vultus est tristis: imago apparet tristis
 & si facies est lāta: imago apparet lāta: eodē modo verbū est
 imago patris. Nos dū oramus aspicimus ipsum verbū, & simi-
 lis apparet imago. i. ipsum verbū qualis nostra cōsciētia videt
 ideo apparet pius piis: crudelis impiis, & sic apparet sanctus
 cū sancto, & cū peruerso apparet puerus. Tertia ratio, quare
 deus in mēbris coaptatur nobis est: q̄a nos & deus cōforma-
 mur sicut neruus cythare: q̄a vñus pulsat, ali⁹ in eodē pūcto
 mouetur: vt dicit beatus Grego. & quasi vna chorda trahit Grego.
 aliā: eo modo nos bene ordinati, & affecti: deū ipsum ad nos plogo
 trahimus, & moueri & inclinari facimus nostris affectibus. sup loc.
 Videamus ergo qualiter deus nostris membris conformatur
 primo. Caput dei dicitur plenum esse rore, & capilli eius Cant. 5.
 gutis noctium. Quod hoc modo exponitur, scilicet, quia ca-
 put dei est plenum rore, id est, misericordia, & pietate. Et dei
 capilli sunt diuina iustitia & potētia qui sunt pleni gutis no-
 ctium: quia explorat diuina iustitia delicta vt ea puniat. Sicut
 faciunt iudices qui nocte circumuent ciuitatem: vt capiant delin-
 quentes, & sic caput nostrum quod est superior portio ani-
 mæ: contemplans diuinas perfectiones: atrahit diuinā boni-
 tatem, maximē se conformando diuinæ pietati. Caput ergo
 deitrahit iultus. Quia si quis diligit me: ad eum veniemus, & Io. 14.
 mansionem apud eum faciemus. Secundo dicitur deus habe- Prou. 1.
 re oculos. Quia oculi domini cōtemplantur bonos & malos

Tomi. I. Ser. I II. De Domini.

- in omnilioco. Contemplatur. n. deus corda nostra & angulos
conscientiae nostrae, & abscondita tenebrarum. De his oculi
Ioan. 6. dicit beatus Ioannes. Cum subleuat oculos Iesu. Antequam
esset homo: oculus misericordiae erat depresso: oculus iustitiae
eleuatus sicut montes dei: sed deo facto homine: eleuatus
est oculus misericordiae. In sacramentis exaltatur diuina mi-
sericordia in pœnitentia similiter. In extrema vocatione ponit
tur oleum, & in ordine sacerdotali. Hoc enim oleum: diuinum
significat misericordiam. His diuinis oculis, nostri conformari
debent. s. compatiendo & habendo lumen cognitionis, quia
beati qui lugent. Et oculus hebreus: latine dicitur fons. Et sic
deus dicitur lumen & fons, quia Psalmographus dicit. Quo-
Psal. 33. niam apud te est fons vita. Et in lumine tuo videbimus lu-
Gen. 6. men. Tertio dicitur deus habere Cor. Tactus dolore cordis
Psal. 9. intrinsecus. Et cor nostrum trahit cor dei. Quia desiderium
Exo. 2. pauperum exaudiuit dominus. Et genitum cordis eorum au-
diuit auris tua. Et in Exodo dicitur. Audiuit dominus ge-
Ezec. 18 mitus eorum, & recordatus est federis sempiterni. Pepigit. n.
Ezec. 36 deus foedus cum hominibus: vt in quacunque hora ingenuerit
peccator: non recordetur deus peccatorum eius. Et illud
est pactum dei. Conuertimini ad me & ego conuertar ad
vos. Fædus naturale est: vt saluator liberet captiuum: domi-
nus liberet seruum, pater compatiatur filii.
- Quarto habet aures ad nos exaudiendum: vnde psalmographus dicit. Verba mea: auribus percipe domine. Similiter
Psal. 5. nostræ aures: verba dei percipere debent: & voces creatura-
Iob. 4. rum audire debent. Vnde Psalm. Audi filia & vide &c. & Iob.
Esa. 53. . Quasi furtive: suscepit auris mea venas susurrij eius.
Matt. 1. Quinto deus habet brachium: brachium dei: filium dei si-
gnificat. Esa. Brachium dei cui reuelatum est: Nam deus val-
de abscondit brachium suum. Filium enim nemo nouit nisi
pater. Secundo assimilatur brachio: quia sanguis brachij ef-
funditur vt curetur totum corpus: sic totum genus huma-
num ægrotabat, & filius dei occisus est: vt totum genus hu-
manum sanaretur.
- Tertio assimilatur brachio: quia totum pondus sustinent
brachia onera vero nostra. i. peccata, Christus portauit super
Pe. 2. lignum in corpore suo. Quarto brachio protegimur ne læ-
datur

datur caput: aut corpus nostrum: & hoc modo filius dei nos defendit à seueritate diuinæ iustitiae. His modis deum imitari debemus primo ut effundamus sanguinem. t. pecuniam, in pauperum subuentione, similiter sustinere debemus onera fratrum nostrorum, secundum illud. Alter alterius onera portare, & tertio tutari proximos tenemur in eorum periculis & laboribus & oppónere nos debemus deo, ad fratres nostros protegendum. Vnde scriptura dicit. Quare non posuistis vos murum pro domo Istraël? Et Moses tanquam brachium se ponebat inter deum & filios Istraël dicens. Di- mitte eis hanc noxam: aut dele me de libro viuentium. Et Paulus tanquam brachium opponebatur coram deo dicens. Opto anathema esse pro fratribus meis.

ad Gal.

6.

Ezecl. 13.

Exo. 32.

ad Ro. 9.

Cant. 5.

Sexto manus nostræ: manibus dei conformari debent. Nam hunc leprosam manibus tetigit: & confessim mundatus est manus enim Christi quasi tornatiles: ad omnia opera facienda faciles sunt. Tetigit piscatores & apostolos fecit scilicet Petrum, Paulum, Mattheum &c. Et mutauit eos. Tange me domine & amplius laua me à lepra. Sed. O infelicitatem nostram: quia tangit nos & tactum eius non sentimus. Ratio est, quia inter flagella duriores sumus & hac animaduersio ne punitur, peccator quod in morte sua obliuiscatur sui: qui in vita sua oblitus est dei.

Etsicut membrum: quando non sentit: nullam recipit salutem: sic anima nostra figura de lucta angeli cum Iacob: qui tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit. Sic quia tangitur diuina gratia: statim temporalia despiscit, vel saltim ad æternâ dirigitur. Vnde nota quod Iacob nō remansit omnino fractus sed claudus: In quo notatur quod temporalia non penitus sunt relinquenda: sed amor temporalium claudicare debet in comparatione æternorum.

Duo isti infirmi: duos populos significat: leprosus: populum hebræorum. Puer centurionis, populum gentilem secundum Ruper. abbatem hic. Et bene leprosum curat tactu: quoniam salus ex Iudeis est, quoniam humanitatem sumpxit ex illis, puerum gentilem non tangit: quia post ascensionem domini: gentiles doctrina apostolorum ad Christum conuersi sunt.

Gene. 9.

Ruper.

tus.

Loan. 4.

Tomi. I. Sermo. III. De Domi.

sunt maiori infirmitate laborabat puer quam leprosus:quia ille male torquebatur à Dæmonio:leprosus non,quia populus gentilis colebat idola. Hebreus non. In domum centurionis:non intrat rogatus,ad leprosum accedit nō rogatus,prius sanat leprosum hebræum,quam puerum gentilem.

- 2.pars.
1.ratio.
2.ratio.
3.ratio.
Sap.2.
4.ratio.
Gene.21
- Sequitur secunda pars moralis,puer centurionis significat appetitum sensituum qui se habet ad modum pueri:qui nō cauet pericula sicut equus indomitus sine freno:paratus inciderre inter manus hostium,& in aquis profundis submergi. Oportet ergo ut chamo & freno cōpescatur. Est etiam puer: quia non curat de utilitate propria nec de utilitate animæ:quæ consistit in diuitiis gratiarum & virtutum,sed solū curat de delectatione:quæ dissipat omnia spiritualia de quo Proverb.30. Per duo mouetur terra:per seruum cū regnare cepit,per stultum:cū satiatus fuerit cibo.Seruuus iste regnans,est appetitus sensitius qui dominatur rationi.Stultus satiatus cibo est corpus nostrum:cui sicut stulto nihil vetatur quod optat.Ideo qui siccivit facile omnia bona spiritualia perdit.Dicitur etiā puer quia faciliter,de loco ad locum currit:de cauea in caueam:de taberna in tabernam.i.de delectatione in delectationem.Vnde dicitur.Non sit pratum quod non transeat luxuria nostra.
- Est etiam puer:quia nullam amicitiam seruat:sed omnia re-torquet in proprium cōmodum,vnde cum illo:nec serio,nec ioco ludendum est:sed eiiciendus est ipse & mater eius.secundum illud Gene. Eiice ancillam & filium eius. Secundo est bestialis:ideo dicitur.Iacet:quia in modum bestiæ:omnia vorat & vastat.Habet se admodum bestiæ:nam sicut bestiæ,brutali appetitu feruntur in cibum:sic appetitus in suum delectabile. Est etiam sicut bestia:quia bestiæ,ut vult.Philosophus solum delectantur delectationibus gustus & tactus:sic delectationes istæ sunt vehementiores,vrgentes appetitū sensituum.Tertio est inutilis & ad opus bonum trahi non potest:sic appetitus sensitius magna fortitudine & violentia ad bonum trahitur,quia habet bellum continuum cum spiritu.Est etiā sicut paraliticus qui caret sensu rationis:compassionis & timoris.Nec enim sentit ignem inferni,neq; frigus conscientię:nec puncturam lanceæ nec clavorum Christi:neq; eius verbera:

bera:nec sentit odorem coquinæ cælestis:neq; miserias proximorum:sed solum inclinatur ad propriam delectationem. Hic puer habet dominum.s.rationem & liberum arbitrium: qui dicit. Domine non sum dignus,vt intres sub tectum meū, quia s.domus conscientiæ:stat dissipata,minatur ruinam,est plena immunditiis.Sed adhuc dicit Christus. Ego ibo in dominum tuam & curabo illum,quoniam delitix meæ esse cum filiis hominum. Solum deus requirit domum mundam.i.

Mat.8.

Prouer.

8.

Cor. Nam sicut dominus diues omnia ornamenta secum affert ad ornamentum domus:solum sicut apis:requirit vas mundum:vbis mirabiliter operatur per gratiam:eficit ceram ad illuminationem intellectus:& mel,ad cibandum affectum.Noli ergo dicere: quia non sum dignus:in hoc enim tantum quia reputaris indignus,factus es dignus,sicut petrus dixit.Exi à me:quia homo peccator ego sum. Et quando dicitur. Domine tu mihi lauas pedes?Dixit etiam Centurio.Hab.13. beo sub me milites,& dico huic. Vade & vadit:& alteri veni & venit.Exponitur enim de ratione hominis constituta sub Luce.7. deo:& tamen habente sub se:ipsas animæ potentias intellectuales & sensuales:recte potest dicere & imperare,memorique, voluntati & intellectui vt cogitet quæ ipsa velit. Ex hoc sumitur argumentum:quod in potestate nostra est, malam cogitationem expellere:& inserere bonam in corde:licet difficile sit,quia Dæmon potest suadere & ponere in phantasia: malas cogitationes propter subtilitatem sapientiae suæ: sed non potest cogere voluntatem humanam ad consentendum malis cogitationibus.Imo propter liberum arbitrium: potest humana voluntas reiicere malam cogitationem & bonam recipere, quasi in instanti temporis. Item est argumentum quod licet ex infirmitate carnis:non potest humana fragilitas,quin vitia nos inuadant & impugnent:tamen in potestate hominis est eiicere opus. Figura in libro Regum, de David.23. iuuenes. Exponitur, quia mundus caro & Dæmon afferunt delectationes peccatorum rationi:tamen in potestate est eius: non consentire peccato:præsertim, si appetit bibere aquam gratiæ salientis in vitam æternam. Quam nobis præstare Iohann.4. dignetur

2.Regū.

23.

Iohann.4.

Tom I. Sermo. IIII. De Dom.

dignet dominus Iesu Christus. Qui cum patre & spiritu sancto, &c. Viuit & regnat Deus in secula seculorum. Amen.

Dominica quarta post epiphaniam. Thema. Quid timidi es tu modicæ fidei? Matth. 8.

Loquar de duobus in hoc sermone, scilicet de fide & operibus, primus articulus erit: quomodo sola fides de per se non sufficit sine bonis operibus. Secundo dicam: quomodo inter bona opera, quæ a nobis deus exigit: maximæ sunt opera misericordiæ, & præcipue eleemosyna.

Ad primum querunt sancti: utrum sufficiat Christiano ad salutem fides, quam in baptismino suscepit, sine additione bonorum operum? Respondetur. Quidam heretici dicunt, quia

Abac. 2. sic: quia unus Propheta dicit iustus, ex fide viuit Christus di-
Mar. vi. cit. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Paulus in

Ad Ro. multis locis. Iustificati autem per fidem. Ex quibus heretici

s. concludunt, quod sola fides sine additamento bonorum ope-

rum: sufficit Christiano ad salutem. Hæc hæresis non est no-

ua, sed antiqua & sepulta putrida & factitia: a temporibus

apostolorum: in cuius condemnationem dicit unus sanctus,

quod Iacobus minor fecit canonicam suam: quæ incipit. Iacobus dei, & domini nostri seruus: sicut Ioannes contra

Ebionitas. Nostris autem temporibus: eduxit illam de ca-

uerni inferni infernalis lupus Lutherus: & est caput sua-

rum hæresum, quod per solam fidem: homo sit iustificatus,

& nulla bona opera ad salutem æternam sint necessaria:

imo quod diffidit de suis bonis operibus, & abnegat illa.

Et ego quoque diffido de Luthero heretico. Et abnego il-

lum. Et certe non potuit astutus hereticus accipere melio-

rem viam ad conciliandum gentem quam tollere obligatio-

nem a nostra humanitate quæ est debilis, ad execundum

virtutes, & laxare frenum ad omne malum sicut Machume-

tus fecit. Quod si faueat huic opinioni Erasmus vel non ci-

temus hic in breui verba sua. Primo in supputationibus dicit.

Sic certe fides est, quæ olim iustificabat. Iudeos, & gentiles;

ad baptismum venientes, & si ego dicerem, quod post baptis-

mum

mum sola fides sufficit: posset sanum habere intellectum. Et in enchiridion. Quotiens beatus Paulus absolvit nos ab operibus: extollens dei gratiam? Eti in eodem. Sanctus Paulus contemnit opera Abrahæ: licet habuerint excellentiam: & tu confidis in operibus? Et his similia in aliis locis.

Nunc ergo ad veritatem catholicam quæstionis respondemus quod non sufficit sola fides sine operibus. Ad cuius intellectum, dicendum est primo, q̄ bene confitemur Christiani: quod spes & confidentia nostra de gloria, non innititur soli fidei: nec in solis bonis operibus: sed nec in fide, nec in bonis operibus simul: sed in fide & in bonis operibus, & gratia & liberalitate datoris dei, simul cum fide & operibus. Hæc est fides catholica: quam nisi quisque fideliter firmiterq; credit: saluus esse non poterit (yt in symbolo Athanasij habetur) volo dicere quod omnia opera Christiani: ex natura operum, & propter à libero arbitrio procedunt, non sunt condigna, ad futuram gloriam: tamen præsupposita gratia dei iustificante opera bona, sunt de condigno meritoria gloriae: quæ est velut merces debita de iustitia operibus. Promisit enim deus seruanti mandata vitam. Et licet nobis proprie non obligetur: aut debeat, debet tamen suæ promissioni. Ideo in Euangeliō dicitur. Non ne ex denario diurno conuenisti mecum? Ex natura tamen operum non sunt condignæ passiones huius temporis: ad futuram gloriam quæ in nobis reuelabitur. Ratio est, quia facultas hominis solum sufficit, desiderare illam gloriam, & ultra trahere non potest neque vnum. Ad Ro. 8. passum: quia non est volentis neque currentis: sed dei miserentis. Quod si unus homo esset adeo purus innocens & sanctus: non posset mereri ex natura sua, vnicum dei beneficium scilicet creationis ex nihilo, quanto magis gloriam illam: quam neque oculus vidit. Esa. 64. Concluditur ergo quod in nitimus fidei & operibus bonis, & gratiae & liberalitati dei, qui nobis promisit dare gloriam suam: si seruauerimus eius mandatum. Sed de iustitia dei ordinaria: dat nobis deus gloriam suam ex condigno, habito respectu ad gratiam iustificantem qua mediante, opera nostra sunt meritoria de condigno vita æternæ: licet ipsam gratiam de condigno mereri non possumus. Et hoc est quod dicitur in figura de operariis

Tomi. I. Ser. I. De domi.

rariis conductis ex denario diurno. Matth. 20. Facit enim deus sicut rex qui pro modico obsequio reddit magnum preium, quia promisit illud dare: non quia obsequium meruit in. l. iu- illud, sed quia iustum est promissum adimpleri: iuxta illud. risgen- Ait praetor pacta seruari. vnde Chrysostomus. super Mat- tium. §. thæum ait vnuusquisque nostrum, in nulla alia re, spem suam p̄tor ait constitutat, nisi in misericordia dei, & merito suarum opera- ff. de pa- tionum. Et haec est summa totius nostræ fidei catholicæ. Ad etis. quietandū animos Christianorum adduco autoritates quo- Chrysomo modo sola fides nō sufficit ad salutē æternam primo Matt. 19. sto. ho- Accessit ad Christum legis doctor tentans eū & interrogans, mi. 6. su quod est magnum mandatum in lege? Respondit, diliges do- per Mat minū deum tuum ex toto corde tuo & proximum tuū sicut thæum. te ipsum. In his duobus mādatiſ vniuersa lex & prophetæ pē- Mat. 19. dent. Si ergo tota salus dependet à diligendo deum: ergo non solum in credendo, quia credere est actus distinctus & diuer- sus ab amore: Ex quo credere est actus intellectus & diligere actus voluntatis: Intellectu enim credimus & voluntate ama- Mat. 12. mus. Tum Matth. 12. Iuuenis interrogavit, magister quid fa- ciendo vitam æternam possidebo? Nota quod dixit quid fa- ciendo: non quid credendo. At Christus respondit, serua man- data: Non dixit crede, sed dixit hoc fac et viues. Tum quia Paulus dicit Roma. 10. Corde creditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutem. Confessio ergo & protestatio fidei, actus est distinctus à fide. Supra fundamentum fidei tene- tur Christianus erigere edificium spirituale: vnde sicut fun- damentum est innane sine edificio: sic fides sine operibus. Tum quia Christus non habuit fidem propter claram visio- nem ab instanti conceptionis, & tamen si quis diceret quod non meruit nobis: esset hæreticus, & tamen constat non me- ruisse per fidem quam non habuit: ergo per opera quia fa- ctus est nobis sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio. Sed quid immoror in multis? Si non esset aliud præceptum in lege euangelica de operibus nisi illud Christi in quo fir- mavit sententiam pro iudicandis dicens. Quia non dedistis Mat. 25. mihi manducare, & non dedistis mihi bibere: ite maledicti in ignem æternum. Si agricola diligens terram frugiferam quærit

quærit semen ad seminandum in illa & euacuatis horreis
quærit semen acommodatum, similiter vsurarius quærit lu-
crum de pecunia: quanto magis deus qui dixit: quare non
dedisti pecuniam meam nummulariis ut exegissim cum vsu-
ris? Si stomachus non distribuit cibum membris nonne cre-
pabit medius? Thesaurizate ergo in cœlo vbi fur non appro-
piat, nec tinea & erugo demoliriuntur: Thesaurizat auarus in
terra, luxuriosus in meretricibus, gulosus in corpore. Mat. 6

Ex hac hæresi, ex sola innitentia fidei & non operibus, se-
quuntur tria inconuenientia. Primum redargueretur deus
tanquam iniustus præcipiendo impossibilia: Secundum quia
liceret vnicuique vitam agere turpem à virtute alienam:
conseruata & illeſa fide. Tertium inconueniens quoniam
duo æquales in fide: inæquales tamen in operibus, frue-
rentur æquali gloria & unus profanam degens vitam æqua-
retur beato.

Hæreticus tamen dicit: opera esse necessaria propter sub-
iectionem carnis ad spiritum. Hoc est aſſillum ad quod ne-
gantes opera, configiunt: ut euadant rationes & autoritates
quibus impugnantur. Sed cum innitamus fidei tanquam
cauſæ partiali: per quam acquiritur gloria tanquam per fun-
damentum edificij spiritualis: merito inquiramus: qualis &
quanta debet esse fides nostra? Respondetur: debere esse sine
fideiūſſore. Quoniam non magnam gratiam referre teneris
illi qui pignore apud ſe retento: ſtat pro te fideiūſſor. Sic ex-
perientia rerum & rationes apparentes: ſunt quaſi pignora
propter quæ fidem dictis diuinis damus. Ex quo inferre po-
teris: cur deus ſe occultauit in sacramento? Ad quod respon-
detur: cauſam esse quia primus homo credidit, diuinitatem
effe vbi non erat, ſcilicet in fructu vetito dicente dæmonē: ſcit
autem deus quod in quaunque hora comederitis eritis ſi-
cut dij ſcientes bonum & malum. Ecce quo pacto credidit Gene. 3
diuinitatem effe vbi non erat: eamq; non videbat. Ut ve-
ro deus puniret Adam & illum iuſtificaret, occultauit ſe-
ipſum in sacramento ut homo credat deo fine fideiūſſore.
In Daniele, dixerūt tres pueri: ſcito rex quia eſt deus in Iſraēl
qui potest nos eruere de manu tua: quod ſi noluerit ſci-
to quia deos tuos non colimus: vnde non indigemus alio
pignore,

Tomi. I. Ser. I. De domini.

pignore, aut fideiussore pr̄ter eum. Ex quo infertur maximum dei beneficium, scilicet, incarnationem, non cadere sub merito de condigno: sed si de congruo aliquod meritum precessit fuit fides Abrah̄e cum credidit deo & reputatum est illi ad iustitiam, id est, ad meritum. h̄ec Rupertus. Maria de congruo etiam meruit esse mater dei & hoc meruit fide, magis quia virginitate. Ex quo beata Elisabeth dixit beata quę credidisti quoniā perficietur in te quæ dicta sunt tibi à domino, Ber. su- virginitate placuit, sed fide meruit ut dicit Bernar. Quarritur per mis vltra qualis debet esse fides ut illi innitantur respondeatur de-
sus est. bet esse ut conspicillia quibus à longe resvidetur & appetet
longe minor quia est, sic fide credimus videre bona domini
debet etiam esse sicut canis venaticus currens per carecta &
tribulos odore pr̄dæ ductus: sic bonus Christian⁹ odore fi-
dei post Christū currit. Peccatores sunt sicut canes armatarij
qui dicuntur mastini qui videntes pr̄dam non currunt. VI-
tra queritur quanta debet esse? Respondeatur hoc petierunt
discipuli à Christo dicentes adauge nobis fidem. Respondit
Christus: si habuerit istantam fidem sicut granum sinapis di-
cetis huic monti transfer, & transferet. Optime fides compa-
ratur grano sinapis, quia integrū est modicæ virtutis, sed con-
tusum magnæ virtutis est: sic fides examinata & persecutio-
nibus attrita magnæ virtutis est.

Accendere volens ignem ex lignis viridibus: aut putridis
fumo affligitur plorat, sufflat ut accendatur. Sic volens accen-
dere fidem paruam quæ est sicut paruus ignis, suslet oratio-
ne: ploret lachrimis ut deus augeat illā vsquequo perficiatur
in gloria quam nobis pr̄stare dignetur idein Christus.

*Sermo Primus in Septuagesima. De euangelio. Thema.
Voca operarios, &c. Matth. 20.*

Præmissa salutatione & literali expositione euangelij pro introduc-
tione. In prosequutione verò euangelij dic,

Evangelium continet multas doctrinas catholicas. Prima
doctrina catholica, Fides sine operibus non sufficit Chri-
stiano ad salutem æternam: per quam destruitur error hæ-
ticorum & aliorum Christianorum insipientium dicen-
tium,

tium, quod sola fides sufficit ad salutem. Allegant ad hoc di-
 cendum euangelij dicentis, Qui crediderit & baptizatus fuerit, Mar. vi.
 saluus erit: qui verò non crediderit condemnabitur, non
 attentes quod sequitur, scilicet, signa autem eos qui credi-
 derint hæc sequenter: in nomine meo dæmonia eiicient, lin-
 guis loquentur nouis, Serpentes tollēt, & si mortiferum quid
 biberint non eis nocebit. Et nota, quod dicit, Signa id est, ope-
 ra, quasi non sola fides sufficiat: & bene dæmonia eiicient, id
 est, peccata sicut & de Magdalena dicitur, quod ante con-
 uerzionem habebat septem dæmonia, id est, septem peccata
 mortalia. Et Linguis loquentur nouis, id est, veritatem lo-
 quentur: quia lingua vetus antiquæ primæ matris Euæ fuit Gene. 3.
 mendax, dicens, ne fortè moriamur. Serpentes tollent, id est,
 hæreticis non credent. Nam serpentes significant hæreticos
 effundentes venenum. Et si mortiferum quid biberint nō eis
 nocebit: quia licet Christianus aliquando per dæmonis sug-
 gestionem gustet peccatum: tamen non babit, nec transmit-
 tit in stomachum per consensum: sed statim spuit, tanquam
 malam saliuam: sicut Christus in cruce qui cùm gustasset vi- Mat. 27
 num mirrhatum mixtum cum felle noluit bibere. Concludi-
 tur ergo quod illa verba, Qui crediderit & baptizatus fuerit
 saluus erit, non nocent: sed manet vera conclusio & doctrina
 Christiana, quod ad salutem Christiani nō sufficit fides sine
 operibus. Confirmatur ista doctrina ex euāgeliō hodierno &
 verbis fundamenti, voca operarios: quia si bene aspicitis ad
 soluendam mercedem operariis vineæ, non sufficit primavo-
 catio patrisfamilias, qui exierat summo mane cōducere ope-
 rarios. Deus in vineam suam, id est, ipsa gratia gratum faciēs,
 qua præuenit nos deus, quasi manē, id est, à principio nostræ
 predestinationis, ex mera misericordia: quia sine pœnitentia
 sunt iste vocaciones dei dona & alibi. Quia non est volentis
 nec currentis, sed dei miseren̄tis. Non ergo sufficit vocatio so- Rom. 9.
 la patrisfamilias: sed nec statio in vinea, id est, in solo nomine
 Christiano: sed pro ipso labore: dicit paterfamilias, voca ope-
 rarios. ¶ Sumus enim omnes obligati ad laborē dupli obli-
 gatione, scilicet, naturali, & scripta. Nota quod post lapsum
 dixit Deus Adæ, Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribu-
 los germinabit tibi &c. Subdit in sudore vultus tui vescēris Gene. 3.

Tomi. I. Ser. I. De domi.

pane tuo. Ex hoc precepto oritur, ut accidia sit peccatum mortale: quia non solum nausea aut tedium, ò hastio, ò aragania est ad labores spirituales, ut est oratio, & ieiunium, auditio missæ & verbi dei, sed etiam est peccatum: quia est contra dictum, & sententiam diuinam dicentem, in sudore vultus tui vesceris pane tuo, immo quia sententia dei est iniuiolabilis, nullus in hac vita in quoque statu quiete acqrat non inueniet eam, quia deus non vult inuenire, iuxta illud, Non aspiciam hominem ultra, & habitatorem quietis. Vnde quasi orphanos, & exhaeredatos confiscatis omnibus bonis gratuitis parentum nostrorum, facit quotidie ecclesia istam dominicam, quasi anniversarium, & commemorationem defunctorum, dicens. Circundederunt me gemitus mortis, & quasi tales orphanos, & pauperes vocat nos ad labore, in figura patrifamilias, quod exit primo manu cōducere operarios in vineā suā.

Mat. 5. Secunda obligatio est de lege scripta quam deus dedit Moysi, & ipse & omnis populus expresse se obligarunt ad custodiā mandatorum dei. Et quoniā Christus non venit soluere legem, sed adimplere, licet illa obligatio non habeat vim tanquam ex lege Moysi: habet tamen quasi ex lege euangelica renouata. Accepit namque populus ille legem & mandata

Exo. 20 in monte Sinai in magno timore, ita ut populus diceret, Loquere tu nobis, & non loquatur nobis dominus ne forte moriamur, quasi dicat. Accipere sumus contenti mandata dei, & obligari ad obseruantiam sub hac conditione, quod deus det tibi mandata, & tu nobis illa des: itaque veniant mediante te ad nos, & non immediate a deo ad nos: quia nullo modo possumus deum sustinere. Quæritur hic an opus meritorium valeat tantum sicut gloria? Respond. quod de condigno opus meritorium meretur gloriam ex gratia dei iustificante, tamē

Sco. i. 4. ex summa de liberalitate, sicut dicit Scotus, Deus semper present. dis. mihi ultra condignum, scilicet, intensius, & extensius: quia 17. et. 49 meritum est temporale, & præmium æternum, & temporalis ad æternum nulla est proportio. Excedit etiam intentione in qualitate: quia nostrum obsequium est quasi de malo solu-

Esa. 64. tore, quia quasi de paleis soluimus Deo. Vnde Esa. Omnes iustitiae vestræ, quasi pannus menstruatæ. Et præmium nostrum consistit in cognitione, & fruitione diuina. Tertio exuperat

exuperat primum obsequium: quia obsequium nostrum deficit in multis: aliquando manu operante, mens est vaga, & quando mens vult esse quieta appetitus sensitui vagantur appetendo illicita obiecta. Sed in gloria, cor & caro exultant Psal. 83 in deū viuum. Ista triplex exuberātia præmij super meritum, notatur ad Ephi. 5. Fructus lucis in omni bonitate est. In nomine fructus notatur exuberantia quantitatis gloriae: quia communiter fructus abundant tempore collectionis. Tota vita præsens est tempus seminandi, plantandi, & quasi in nundinis negotiandi: in beatitudine autem est collectio: ideo maximè abundat præmium. Et nota quod contrarium accidit in hoc mundo & in gloria: quia seminatio pretenditur in hac vita longo tempore, quo vsque fructus colligantur & collectio fructuum fit tempore breui, vt appareat in vindemia: sed in gloria fit contrarium, quia tempus seminandi, & laborandi est breue in hac vita: sed collectio fructuum est æterna. ¶ In secundo verbo, scilicet, lucis, notatur differentia in qualitate: quia illud præmium consistit in cognitione intuitu dei, & fruitione. Tertia differentia notatur in verbo, omni bonitate, quia bona mundi deficiunt, & sunt sicut fructus, qui sunt in triplici differentia. Quidam enim fructus comeditur in cortice, & nucleus non comeditur, vt in carnis apparent. Alij sunt quorum cortex non comeditur, nucleus sic: vt in nucibus. Alij fructus sunt, quorum vtrumque comeditur vt fucus. Aplica ad bona mundi, & ad beatitudinem: bona mundi, vt honores, diuitiae, & gaudia sunt bona apparentia, sed non existentia: quia finis honoris est humiliatio, & finis gaudij luctus, & finis diuitiarum egestas. Beatitudinis autem sunt mala apparentia, & intus includunt beatitudinem in spe, vt appareat in paupertate, siti, luctu, & in cæteris beatitudinibus. Vnde de his potest exponi illud Psal. 30. Qui videbant me foras fugerunt a me: sed beatitudo intus, & extra delectat: quoniam dicit Christus. Ego sum ostium, per me si quis introierit, ingredietur, & egreditur, & Pascua inueniet, quod exponit de beatis, qui ingrediuntur intellectu & voluntate ad fruitionem diuinæ essentiae, & egrediuntur ad videndam humanitatem: de condigno tamen secundum dei bonitatem, va-

Io. 10.

Tomi. I. Ser. I. De Domini.

lent nostra merita tantum quantum deus vult, & secundum Scotum, ex acceptatione diuina sunt digna, gloria æterna, & secundum Bona. sunt digna gloria æterna ex difficultate operis, & ex magnitudine charitatis: & secundum Alexandrum de Ales, merentur beatitudinem ex propositione luminis gloriae ad fidem, & fruitionis ad charitatem viæ, & ex proportione tensionis ad virtutem spei. Et hoc tenet etiam Gabriel. Deus acceptat meritum nostrum sicut rex acceptat dictum ioculatoris, quod præmiat, nō quia dictum est dignum præmio: sed quia acceptatur à rege & sicut pecunia insignita imagine regis est maioris pretij: sic opus meritorium meretur gloriam propter acceptationem diuinam: sed deus non vult dare hanc gloriam, sine labore nostro: & hoc non facit propter communum proprium: sed vt mereamur amplius laborando, & maiorem gloriam acquiramus. Ex quo colligitur, quod deus non vult dare statim possessionem beatitudinis: sed vult, vt adhibeamus fidem illi, quod post mortem, nobis gloriam dabit. Quia cum gloria sit tantivaloris, quod nec oculus vidit, nec auris audiuimus, nec in cor hominis ascendet. Oportet vt desyderium beatitudinis tantum crescat vt

Esa.64. posse capere eius beatitudinem, & sic deus differt solutionem post terminum, vitae & pretium nostrum petit, vt statim soluat: ut non dicamus cum Petro, Bonum est nos hic esse, in mundo. Et aduerte, quod deus non vendidit latroni gloriam al fiado, seu ad credentiam. Ratio est, quia dedit illi deus gloriam, propter obsequium quod de praesenti obtulit. Si propter fidem spem & charitatem, Deus autem, non vendit gloriam ad credentiam seu al fiado, quia non præmiat bonam voluntatem nisi super adiiciatur opus. Ideo dicitur quod infernus est plenus bonis desideriis. Contingit enim nobis sicut imagini diui Hieronymi quæ appareat affligi & percuti: sed nunquam lœditur. Secunda doctrina colligitur ex illo: Nonne ex denario diurno conuenisti mecum? quia quod ratio meriti stat in hoc quod deus obligatur, ex promissione dare nobis gloriam & nos obligamur deo, labore in vinea domini, & deus nullo modo potest fallere promissionem suam: in quo fecit nobiscum magnam misericordiam: quia & si nos obligamur deo tantum, & deus non

209

non obligaretur nobis, faciliter solueretur obligatio, & deus non teneretur soluere: quia fidem frangenti, fides est frangenda. Sed deus obligatur nobis ex sua promissione, in qua Vt i. c. nullo modo deficiet, & non solū pmisit nobis gloriā: sed dat puenit nobis pecuniam ad emendum gloriam: sicut habens ami- el . 2. de cum pauperem, dicit illi diues, Eme talem possessionem iu. iurā. Respondit pauper, Non habeo pecuniam, respondet diues, & in l. si Dabo tibi maiorem partem pretij, Respondet pauper, Totū cōuene debes dare: sic nō sum⁹ sufficiētes, aliquid cogitare ex nobis, rit .§. fi. tāquā ex nobis: sed sufficiēta nostra ex deo est. Vnde iustus ff. pro quodlibet meritū reputat singulare donū dei: & de quolibet soc. dono crescit maior obligatio, & non existimat sua merita. 2. Co. 3.

Tertia doctrina colligitur, quod si Hebræi non potuerunt sustinere deum, dum daret illis mandata: quo pacto sustinebimus eum cum venerit ad iudicium?

Quarta doctrina colligitur, quod extra ecclesiam non est salus animæ: vnde paterfamilias dixit operariis, ite & vos in vineā meā. Vineā significat ecclesiā, primò propter situm: quia sicut vinea plantatur in terra petroſa, & aspera: sic ecclesia in pœnitētia fundatur, & in paupertate spiritus. Ideo Chri Mat. 16. stus dixit, super hanc petrā ædificabo ecclesiam meam, propterea ecclesia vocatur militans, seulaborans. Secundo ecclesia assimilatur vineæ: quia ecclesia conflatur ex diuersis statibus sicut vinea ex diuersis palmitibus.

Tertiò propter differentiam Christianorum qui distant genere & nobilitate, paupertate & diuitiis, sicut etiam palmites differunt. Sed expertus agricola faciliter cognoscit palmitem, quandiu est in vite: sed præcisum difficiliter cognoscit, & cōuersum in cinerē nullo modo cognoscere pōt: sic nobilitas Christianorū cognoscit in vita: sed in morte quādiu defunct⁹ nō est sepult⁹, & honorat cantu, clericorū & facibus accessis adhuc cognoscit suisse nobilis: sed sepultus nullo mō cognoscit, an fuerit nobilis aut vilis, aut diues aut pauper.

Quartò cōparatur vineæ ecclesia, quia sicut palmes præcīsus à vite nihil valet, nisi ad ignē sic Christianus præcīsus per excommunicationē, in cuius figura dixit dñs ad Ezechi. Fili hominis qd fieri de ligno vitis: Nūquid tolle de ea lignum: vt fiat opus? aut fabricabitur ex ea paxillus, vt dependeat ex ea

Tomi. I. Ser. I. De Domini.

aliquid vas: Et vtrāq; partē consumpsit ignis, & medietas re-dacta est in fumum. Exponitur de excōicato, aut de existēti in peccato mortali, & in eo decedenti. Ex hoc elicetur doctrina fidei, q̄ nullus extra ecclesiā saluat: nec bona opera proficiūt ad salutē ēternā hereticis, & excōmunicatis: quia pater-familias nō soluit denarium nisi laborātibus in vinea sua. i. in ecclēsia in cuius signum Paulus q̄n ex naufragio venit My-tillenā, collectis sarmenis, fecit ignē: & egrediēs vipera tenuit manū Pauli, qui excutiēs misit in ignē: sic heretici extra ecclē-siam in ignem mittendi sunt. Elicetur doctrina spei: nā nemini claudifvia coeli, nulli negat denarius gloriae donec finiat vita q̄ designatur per horā vnde cīmā: vnde Ioā. Operamini dum dies est: veniet enim nox, q̄n nemo poterit operari: q̄ facit cōtra desperātes de venia peccatorū suorum. Elicetur doctrina charitatis, quia clemētia diuina oēs vocat, cuiuscūq; status, in quacūq; hora: in cuius figura Petrus, q̄ ascēdit superiorē par-tē coenaculi, vedit diuersa ḡna volatilium, & quadruplum: & audiuit. Petre occide, & māduca. i. incorporain te & in ecclēsia ex omni hominū genere: q̄a nō est distinctio Iudæi & Græci.

Act. 10. Elicetur doctrina humilitatis: vt nullus, q̄ primō venit ad fidē, despiciat vltimū: q̄a cōtingit: vt fiant nouissimi primi. Nā serō Paulus, serō Matthæus, serō Magdalena & latro venerunt. Elicetur doctrina timoris: vñ psa. 24. venite filij, timorē dñi do cebo vos: q̄a multi sunt vocati: pauci verò electi. Qui em̄ voca uit hora tertia, nō promisit dare horā sextā, & qui dedit hora tertia, nō pmisit dare horā sextā, & q̄ sextā, non vnde cīmā pmisit: Vigilate ergo q̄a nescitis, qua hora deus veniat. Elec̄tio diuina in nulla re creata fundat: sed tātū in diuina volūtate: si em̄ in operibus fundaret diuina elec̄tio, esset ex iustitia & nō ex ḡra: sed ḡra dei vita æterna. i. est donum dei, dicit glossa, oē

Rom. 6. meritū in volūtate dei fundat: sicut humanitas Christi nō sub stentat in se: sed in ybo: sic n̄m meritū substātatur in volūtate dei. i. ḡra dei. Differt enim homo à brutis, & plātis: quia ista habēt rōnēvitæ ab intrinseco. i. in seip̄sis: sed homo rationem vitæ spirituali habet ab extrinseco. i. volūtate dei: & ad vitam animalis requiriſt esse nature: sed ad vitā spiritualē requiriſt esse ḡra. Si volueris loq de vinea animæ: dic qualiter assimiliat vineæ. Primo p̄cura plātare animā sicut vincā in p̄fundo humi-

humilitatis vsq; dum ad viuū penetres.i.llegues a lo biuo.s.co gnoscere te ipsum,& deū.Augusti.in lib.confessio.O dñe co gnoscā te & me:mitte illū vomerē cōtritionis,recogitādo oēs annos in amaritudine,aīē mēe cole illā cōtinua cōfessiōe sicut ēm vinea inculta citi⁹ pditur,quā alia arbor,sic aīa inculta cō fessione.Facin illa turri altæ cōtemplatiōis,torcular bonæ cō uersatiōis:cōuersationē v̄ram inter gētes habētes bonā.Pone 1. Pet. 2.
vinitōrē,timorē dñi,& mortis,in oībus memorando nouissi ma tua.Eleua fructus in altū tribus lignis.s.fide,spe,& chari tate,ne pereant Pone spantajo:ecce crucem dñi,fugite partes aduersa. Pro sēpe pone custodiā mādatorū:qavbi nō est sē Eccl.38,
pe diruīt maceria:& sicut alter Naboth,prius velis mori,quā 3.reg.21.
vēdere vineam istam.Et si peccatores accesserint venerint li Iudi. 9.
gna,vt vngerēt sibi regē.Primō ad oliuam,respōde. Non pos sum deserere pinguedinem meam.i.operā gratiæ ad ficum,
non possum deserere dulcedinem meam.i.contemplationē:
ad vitem,non possum deserere iucunditatē meam&lætitia
meam in charitate,quā ducet me in gloriam &c.

*Secundus sermo de Dominica in Septuagesima:ite vos
in vineam meam. Matth. 20.*

Expositione euāgeli⁹ prēmissa,hoc euāgeli⁹ describit qua tuor bñficia,quē deus contulit homini,q̄ summatim de scripsit Paulus in epistola ad Roma.Quos prædestinavit,hos Rom.9.
& vocauit,hos & iustificauit,hos & magnificauit Primū be neficiū homini à deo collatū est p̄destinatio,& de hoc dicitur in euāgilio hodierno exiit primo manē.Matutin⁹ hic exitus diuinā significat electionē,qua de⁹ se ipsum cōicauit creature rōnali:de qua Aposto.Elegit nos in ipso ante mūdi constitu tionē.Hic exitus matutinus seu primo manē factus p̄edit so lē lucentem terris,significans diuinā prædestinationē præc edere oīa dei beneficia.s.vocationem iustificationē ,& gloriā: qm̄ sicut radix in arbore est prima & occulta,aqua p̄cedunt stipes flores folia & fruct⁹:sic diuinā predestinationē præcedūt media ordinata ad beatitudinē.s.bona vita,desyderia re Cōpara etā,verba honesta & fructus bonorum operum:ita quod(ut tio. dicit beatus Augustinus.)Sicut à radice procedit tota pul chritudo arboris :sic à diuina electione,qua nobis deus

Tomi I. Sermo. III. De Domi.

- deus ab ēterno se voluit cōicare, p̄grediūtur media ad beatitu-
dinē ordinata. Secundō electio diuina ordinatur ad nos sicut
calor solis, q̄ p̄ducit varios effectus: secūdū diuersas dispōnes.
Mat. 26 Nā cerā liquefacit & limum indurat: sic aliqui indurantur, vt
Pharao. Alios liquefacit, vt Petrum: quia respexit dñs Petrū,
& fleuit amare: Et nota q̄ arbor licet sit emortua ī hyeme: qa
caret foliis, florib⁹, & fructu: tñ virtus radicis est viridis: sic pec-
cator qui secundū prēsentē iustitiā est mortuus, carens virore
gratiae & fructu honorū operū & aliis ad beatitudinē requisi-
Rom. 8. tis: Tamē quia est p̄destinatus manet radix diuinæ electionis:
virtute cuius iterū reuirescit. Ideo Apostolus dicit, Diligētibus
deū oīa cooperātur in bonū: Quia ex peccato eliciūt humili-
tatē & solertiā: & sunt prudētores vt à peccato caueāt. Quar-
tō diuina electio est sicut cor in homine, q̄ est primū viuēs, &
vltimū moriēs, & à corde fluūt motus vitales: sic à diuina elec-
tiōe manat v̄sus rectus liberi arbitrij. Qua de causa videt deus
dormire, dum p̄mittit hoīes cadere in peccatū: sed cor dei vigi-
lat. I. electio prima qua hoīes elegit ad summā beatitudinē &
Hier. 31. recordatur primæ charitatis de qua dicit in Charitate p̄petua
dilexi te, & attraxi te, miserans tui. Et Psal. dicit, Obliuiscatur
Psal. 136 mei dextera mea, & lingua adh̄ereat faucibus meis, si nō me-
minero tui Hierusalē. Per Hierusalem significatur aīa electa à
deo ab ēterno. Hoc est maximū beneficiū homini à deo cola-
Ioā. 4. tum: ppter q̄ beat⁹ Ioā. inuitat nos ad Dei dilectionē dices, Di-
ligamus Deū: qm̄ prior dilexit nos, cū nō essemus: & cōicauit
se ipsum nobis. Ex qua cōicatione progressē sunt aliae cōica-
tiones. s. creatio, incarnatio, & ad beatitudinē adoptatio. Secū-
dum bñficiū q̄ deus cōtulit homini est vocatio: vñ vocat ea, q̄
Ro. 4. nō sunt, dādo eis esse: & de nihilo creādo eos. De hac vocatiōe
dicitur in euāgeliō, Voca operarios, multis modis vocamus. s.
signis, voce, literis, percutiēdo latus alterius: & his quatuor mo-
dis vocat nos deus. Primō signis, quibus primō significantur
creatūræ, nā secundū Beat. Aug. Creaturæ tuæ nutus tui dñe,
Iob. 4. sunt. Istę creaturæ vocantur à Iob. venæ susurrij Dei: vñ dicit,
Venas susurrij eius audiuit auris mea. Etiā, bñficia dei dicun-
tur signa quib⁹ nos deus vocat. Figuræ etiā v̄teris testamenti
signa sunt quibus à deo vocamur. Nā de Rubo vocauit deus
Exo. 3. Moīsem, & per somniū vocauit Ioseph. Etiam diuina inspi-
tione

tionē vocat, tanquā signis. Voce vocat, vt vocauit Samuelē, li-
cet ipse ter respōderit, Heli. Vocamur à deo, nec respondemus i. Reg.;
Heli. Vocat nos deus per prædicatores ad fletū, & planctū, & Esa. 22.
caluitum. i. vt pœnitentiā agamus de peccatis nostris: respon-
demus allegādo excusationes tres principales. s. iuuentū, for-
titudinem, & salutem, propter quæ à pœnitentia retrahimur.
Sed vñ nobis quia trina citatio est peremptoria, & non vltra
protenditur vocatio, quæ in morte terminatur. Literis etiā vo-
camur, Nam secundum Apostolum, Quæcunq; scripta sunt,
ad nostram doctrinam scripta sunt. Quarto vocamur iētu la-
teris. s. dolore, tribulatione, de qua in actibus, Percussoq; late-
re Petri excitauit eum Angelus dicens, Surge velociter. Iētus
excitat sicut iētus horologij: nam cadentibus lapidibus, ma-
gnum strepitum facit: Sic omnia cadunt in morte, diuitiæ, ho-
nores, & gaudia: sic dinites cum sonitu magno transeunt de
vita ad mortem vnde Psal. 9. Periit memoria eorum cum so-
nitu. Et in taliter transitu & sonitu multi excitātur à somno pec-
cati, videndo subitaneam mortem, & casum repentinum: Sed
multi dormiunt somno profundiori, & non excitantur iēti-
bus sed ad somnium alliciuntur, de quibus Psalm. dicit. Ab
increpatione tua dormitauerunt omnes, qui ascenderunt Psal. 76.
equos: Sic aliqui inter flagella sunt duriores & intra iētus ma-
gis dormiunt, vt canes fabrorum, qui ad iētus maleorum so-
piuntur. i. el perro del herrero se duerme á las martilladas: Et
quanto à deo magis percutiuntur magis dormiunt: vnde, va-
pulauerunt me, & non sensi: percusserunt me & non dolui. Pro. 23.

Tertium beneficium, quod Deus contulit homini est, iu-
stificatio. Vnde Apostol. dicit, hos & iustificauit. Hæc iustifi-
cacio est collatio gratiæ, quod est supremum beneficium, quo
homo dei amicus efficitur, & de impio fit pius, & de alieno fit
filius Dei adoptius. Hæc gratia seu iustitia hominem iustifi-
cās significatur per denarium diurnum: Nā gratia est dei for-
mis et est similitudo gloriæ: & sicut denarius cōtinet in valore
multa, quæ pro illo commutantur: sic gratia cōtinet valorem
omnium virtutum. Nā est sicut charitas, in qua (vt dicit Pau-
lus) includūtur fides, spes, & cæteræ virtutes nā omnia credit, i. Cor. 13
omnia sperat, nō æmulatur, non agit perperam, in rotunditate
decurrit, intelligo perfectione: nam à deo infunditur & in-

Tomi. I. Ser. II. De Domini.

Zach. 4 clinat ad deum diligendum in imagine. Vide quia gratia est imago gloriae. Nam exæquauit gratiæ gratia: Sed nota q[uod] gracia nō confertur, propter meritū de cōdigno: quia seclusa gratia nullū est meritum de condigno. Sed gratia est donū dei, q[uod] liberaliter cōfertur: Sed vt excludatur omnino acceptio personarum: oportet vt habeamus aliquā præuiam dispositionem, tanquā meritum de congruo, & erit vsus liberi arbitrii, quo debemus rectè vti in vinea dñi. i. in ecclesia secundū q[uod] cōuenit cuilibet personæ & statui. Nam diuersa media conueniūt personis differentibus in statu. Incipiendo à religiosis. Religiosi debent fodere in ecclesia: nā fodere, non est aliud, quām separare terram à vite: & eodem modo debet cor à terrenis separari, quod præcipue religiosis cōuenit. Nam obedientia & humilitatem sequestrantur ab honoribus voto paupertatis: à diuitiarum appetitu elongantur: voto castitatis à deliciis separantur. Foditur vinea vt recipiat radios solis, & humectetur ab aqua: omnis abdicatio religiosorum eo tendit vt diuinæ inspirationes & gratias & desyderia æternorū recipiat. Et vana & inutilis eslet religio, nisi dirigatur ad sequendū Christum, sicut dicit Beat. Aug. Vanum est relinquere omnia, nisi Christum sequamur. Pœnitentes iustificantur renouando lapides. i. duritiem & obstinationem cordis: Nam in contritione scinduntur: imò premuntur lapides. i. peccata, inter duas molas. f. timorem, & spem: vnde dicitur, Auferam à vobis cor ladeum, & dabo cor carneum: Diuites iustificari debent, effundendo stercore in vinea: stercus impinguat vineā, & significat diuitias superfluas diuitium de quibus Christus dixit: Date eleemosynam de eo q[uod] supereft. Paulus omnes diuitias reputabat stercore. Si ergo diuitiae in pauperibus effundantur impinguatur terra. i. cor diuitium vt multum fructum afferat.

Ezec. 11. Nobiles circundant vineam septo: tutantur ecclesiam similiter prælati, vnde de eis conqueritur dominus dicens, Quare non opposuistis vos murum pro domo Israël? Iudices debent purgare vineam remouere lapides scilicet peccata publica & manifesta, quæ sunt lapis offensionis & petra scandali. Prædictores autem debent amputare palmites, quosdam omnino scindendo, seuradictus euellēdo. s. peccata mortalia. Alij palmites non omnino putari: sed euelli debent. s. appetitus naturalis,

Luc. ii.
Phil. 3.

Ezec. 13.
1. Pet. 2.

ralis, seu sensualis: sed solum summitates, i.e. superflua amputari debent, nec crescant, & longius protendantur. Figura de Ruben, & primogenito Iacob, cui praedixit pater. Ruben primo-
 genitus effusus es, sicut aqua, ne crescas: quia ascendisti cubi, Gen. 49
 le patris tui. Moraliter intellige de sensituo appetitu, qui est tas-
 primogenitus hominis, quasi simul natus cum ratione. Ef-
 funditur sicut aqua quæ male terminatur termino proprio,
 nec appetitus ex se regulatur nec ordinatur, nisi alicunde ordinetur. s. à libero arbitrio. Ascendit cubile patris sui. i.e. vult do-
 minari, & quod ratio sicut ancilla subiiciatur. i.e. appetitus si-
 cut domina regnet & dominetur. Quia de causa debet ampu-
 tari appetitus, ne crescat, & rationi dominetur Vnde Apost. Ro. 13.
 hortatur curam carnis ne perfeceritis in desideriis & alio lo-
 co dicit, mortificate membra vestra super terram: Et sicut ex-
 hibuitis membra vestra seruire iniquitati: ita exhibete seruire iustitiae. Prælati & visitatores seu custodes vinearum sunt,
 de illis dicitur, Posuerunt me custodem in vineis, & vineam
 meam non custodiui. Contigit enim illi sicut pictori de quo
 narrat Plini. qui, depicta imagine, depinxit vuas, & vinitorem
 illas custodientem. Passeres autem veniebat & comedebant
 vuas. Non apparebant pictæ: sed naturales, & vinitor non de-
 terrebat aues, Quia de causa pictor fregit tabulam depictam.
 Eodem modo virtutes Christianorum & opera honesta sunt.
 &c. Vuæ quas dæmones volunt comedere & destruere variis
 tentationibus: sed vinitores nō abigunt, nec terrent aues: ideo
 nō sunt veri vinitores, nec vere possunt dicere, vineam meam
 custodiui. Quartum beneficium homini à deo collatum est Ro. 3.
 gloria: quia prædestinatos & vocatos & iustificatos magnifi-
 cauit in gloria, & de hac gloria fit mentio in euangelio, cùm
 dicitur, Redde illis mercedem suam, incipiens à nouissimis,
 Gloria dicitur merces, quia redditur tanquam merces &
 præmium laboris. Hæc merces explicatur in Denario diur-
 no: Sed queritur, quo pacto merces est vñica cum sit denarius
 diurnus operariis reddēdus? Resp. quod gloria est vñica obie-
 ctiuè, seu ex parte obiecti: quia diuina essentia est vñica, quæ
 quidem est obtentum beneficium in gloria. Acceptiones ta-
 mè gloriæ seu participationes obiecti, sunt diuersæ: quia magis
 & minus

Tomi. I. Ser. III. De domini.

& minus participatur. Pro cuius intelligentia nota comparationes sequentes, quæ luce clarior exponunt hanc difficultatem.

Cópara Prima cōparatio, quia sicut unus est cibus: tamen comedentes habent diuersos gustus seu sapores: alius enim multū saporis accipit: alius parum, quia gustus eius non est ita recte dispositus sicut alterius. Eodem modo deus est, sicut cibus. Nam

Eccl. 15. de eo dicitur Cibauit nos pane vitæ, & intellectus. Beati non habent gustum æquè dispositū, cuius dispositio dependet ex meritis. Et quia merita sunt inæqualia, etiā gustus erūt in-

Cópara æquales. Secunda cōparatio est de audiētibus cātilenā seu cātū musicalē: audientes sunt inæqualis cōplexionis nā phlegmaticus parum sentit, melancholicus tanquam asinus ad lyram:

sanguineus verò intensè gaudet & fructitur musica: sic in illa mulica coelesti, secundū diuersitatē & varietatem meritorum,

Cópara erunt diuersi gustus. Tertia comparatio de vidēte imaginem ad lumen solis vel ad lumen lucernæ, eadem imago videatur: sed obscurius præsentia minoris luminis videtur. At verò ad præsentiam luminis maioris clarior. & limpidius videatur: sic totus deus in gloria à beatis videtur: quia est indivisibilis, & impartibilis, sed videtur secundum majus & minus lumen gloriae. Nam aliqui habent lumen gloriae perfectius:

Psal. 35. alij imperfectius: & sic secundū luminis varietatem, variat cōditio, & visio dei. De hoc lumine dicitur, in lumine tuo videbimus lumen, quod nobis præsentare dignetur, Iesus.

Sermo Tertius de eadem dominica in Septuagesima.

*Thema. Rota in medio Rotæ, & spiritus Vitæ
erat in rota. Ezechi. 1.*

Istud euangelium virtualiter continetur in capite primo Genes. Præcipue quantum ad sex horas de quibus fit mentio in euangelio præsentis dominicæ: quæ correspondent operibus sex dierum. Qua de causa ecclesia in matutinis recitat historiam primi capit. Gene. Propterea Thema prædictum bene consonat huic euangelio: & per sex horas in quibus vocati sunt operarij, & per opera sex dierum

sex dierum moraliter significantur sex virtutes, à quibus tota perfectio Christiana dependet. Nam per primum manè significatur fides, & hæc eadem notatur in Luce, quæ prima die formata est. Ad cuius declarationem nota triplicem statum hominis. Primus quando nascitur ex ventre matris Gene. 3. suæ. Tunc enim est, quasi terra inanis, & vacua omni virtute: Arist. li. quia anima hominis est tanquam tabula rasa, in qua nihil est depictum & tenebræ sunt super faciem abyssi: quia homo est conceptus in peccato originali. De hisce tenebris dicit Psalm. Ecce enim in iniuritatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Postquam autem puer est effectus adultus, & peccat mortaliter, perdit gratia baptismalis, & definit fides esse formata, & efficitur informis: & tunc dicitur homo viuere quasi in umbra, de qua dicitur, In umbra illius viuemus, inter gentes: exponitur, id est, habentes fidem informem viuemus inter gentes, id est, inter peccata, quæ sicut gentes, carent lege: vt dicit Aposto. Per motum autem contritionis efficitur homo peccator gratus deo: & tunc habet fidem formatam charitate: & tunc fides dicitur lux, propter tres proprietates lucis, prima, lux dirigit ambulantes: ita fides dirigit intellectum: vt non deviet à summa veritate. Secundò illuminat intellectum sicut lux. Tertiò mouet & eleuat affectum ad diligendum deum. Has proprietates ostendit lux in mari. Primo illuminat, secundo calefacit, seu infundit calorem intra mare, qui calor inclusus nititur egredi à mari. Quamobrem mare ascendit seu eleuatur: vt exhalationes immisæ, à sole egrediantur à mari. Eodem modo fides illuminat intellectum, & in voluntatem immittit desyderia sancta, & eleuat voluntatem ad deum diligendum, & mouet virtutem operatiuam, ad complendum diuina mædata. Qua de causa beatus Iacob. dicit ostendam tibi fidem meam ex Iaco. 2. operibus meis.

Per horam tertiam in qua pater familias conduit operarios, significatur spes, quæ detribus habetur. scilicet de remissione peccatorum, & de gratia, & de beatitudine. De remissione peccatorum, & de gratia ponuntur duo articuli in credo, scilicet remissionem peccatorum & vitam venturam seculi. De gratia non ponitur articulus, quoniam de lege ordinata remissa

Tomi. I. Sermo. III. De Domi.

missa culpa infunditur gratia, & gratia præsupponitur tanquam medium ordinatum ad acquirendā beatitudinem: propter quod virtualiter continetur in articulo de speranda vita æterna. Hæc spes moraliter significatur per firmamentum, quod fecit Deus, ut cum diuideret aquas ab aquis: Omne enim mobile innititur immobili, ut patet exemplis, cœlum enim mouetur continuo motu, & innititur duobus polis immobilibus: ignis, aëris, aqua nituntur terræ immobili. Catus etiam variatur per sex pūcta: sed clavis manet immobilis. Eodem modo spes in peccatore immobilis debet permanere, sicut firmamētum.

Psal. 9. Ideo Psal. dicit, Quoniam tu es dñe spes mea, altissimū posuisti refugium tuum. Sic etiam Beat. Ber. sperent alij in honoribus, alij in dignitatibus, alij in delitijs, alij in scientia, sed tu domine, spes mea. Hæc spes sicut firmamentum distinguere debet aquas superiores ab aquis inferioribus. i.e. virtutes à vitiis, & opera cum virtute coniuncta à peccatis: quoniam spes nostra innititur bonitati & liberalitati diuinæ, & bonis operibus: ideo dicitur fac bonitatem, & spera in deo: stultū est sperare veniam cum proposito male agendi. ¶ Hora sexta moraliter significat charitatem, seu gratiam ratio est, quia hora sexta sol magis illuminat, & calefacit. Proprium est charitatis illuminare intellectum, & ascendere affectū, ideo Baptista dicitur, erat lucerna ardens & lucens. Periculorum est lucere per scientiam, nisi ardeat homo per charitatem: Charitas optimè

Gene. 1. significatur per terrā. A terra tria progrediuntur. Primo dixit Deus, producat terra herbam virentem. Benevolentia est tanquam herba virens, primo à charitate producta. Secundo terra produxit lignū pomiferū, quæ est misericordia, à qua progrediuntur, diuersi fructus. s.i. opera spiritualis misericordiæ & corporalis. Tertio habet semen in semetipsa. i.e. eleemosynam, quæ est velut semen gloriæ, de quo semine dicitur, Beati, qui seminatis super omnes aquas: & aquæ multæ sunt populi, ut dicitur in Apocalyp. & quia eleemosyna, quanto generalior, est magis meritoria, ideo beati, qui largiuntur eleemosynas, populis pauperibus. Eleemosyna est quasi semen continens

Esa. 32. gloriam, quasi titulus ad gloriam obtinendam. Ideo dicitur beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur.
Matt. 5. Per horam nonam significatur prudentia: Hora enim nona iam

na iam inclinatur dies, & calor minuitur: hac de causa illa hora significat prudentiam, quæ non inest iuuuenibus: sed se-
nibus. Videamus rotam in medio rotæ. s. corresponden-
tiam operum quartæ diei ad horam nonam, per quam, vt di-
ctum est, significatur prudentia. In quarta die fecit Deus duo
luminaria scilicet solem, & lunam: & stellas, vt lucerent &
essent in signa. Conuenit hoc prudentiæ. Propter quattuor
fecit deus luminaria. Primum vt lucerent super terram,
quod optimè conuenit prudentiæ, nam mediante pruden-
tia dicitur prudens. I. valde videns, vt exponit beatus Tho.
Nam videt bona æterna, & mala perpetua, quæ subsequun-
tur. Ideo dicitur de imprudentibus utinam saperent &
intelligerent, & nouissima prouiderent. Secundo deus fecit Deut. 33
luminaria ad discernendum tempus scilicet diem &
no-
ctem. Hoc modo distinguntur diuersæ prudentiæ. Alia est
prudentia bellica, alia negotiativa, alia monastica, alia cœco-
nomica, alia politica. Haec sunt velut lux lunæ, quia secun-
dum beatum Thom. de per accidens dicuntur prudentia:
Sed prudentia luci solis comparata est prudentia Christiana,
quæ dirigit finem, ordinat media necessaria ad finem, de
qua sæpe in Euangeliis fit mentio. Tertia ratio propter quam
fecit luminaria, est vt essent in signa, ad colligendum & co-
gnoscendum qualitates aëris & temporis. Nam cœlum ru-
bens in nocte, vt dicit Saluator est signum serenitatis: in ma-
ne: eodem modo prudentia debet considerare præterita &
præsentia, & ex his colligere futura: debet examinare opus,
quale sit, respectu circumstantiarum, quæ sunt, quis, ubi, quan-
do, de quibus vel sigillatim disserere, esset protrahere sermo-
nem, & longam ordiri telam, quod abhorreo studens breui-
tati: ne onerem prædicatores: sed ipsi, tanquam prudentes ex
paucis dictis colligant plures sententias.

Per vndecimam horam significatur fortitudo: ratio, quia
opus quartæ diei conuenit fortitudini: Fortes multum la-
borare debent, primò resistendo temptationibus, substinendo
bella mundi, quibus, impugnantur. Fortes debent es-
se ad aggrediendum exequendo opera meritoria, prout
tempus & locus ex postulant. Debent esse fortes ad
sustinendum iactus, ideo semper debent incedere armati:
patientes,

Tomi I. Sermo, III. De Domi.

patientes, ut resistant iracundis: humanitatis armis induiti ut
resistant vanitati: armis castitatis, ut resistant luxuriæ: sic ar-
mati semper armis defensuuis incedant, ut imparatos nos
non inueniat hostis: nec solùm se defendere debent; sed etiam
offendere, & aggredi hostem, magno conatu exequendo man-
data, & consilia. Aliquando volare debent, ut aues, & regere se
cauda, & memoria mortis: & excutiant pedibus terram ut fa-
ciunt aues, cùm à terra eleuantur: Aliquando debent natare,
ut pisces, in aquis amoris pœnitentia: aliquando in dulcibus
aquis amoris dei: Aliquando debent currere in odorem vn-
guentorum sequendo Christi vestigia. Ecce in quibus exer-
citiis, & bellis fortisversari debent.

Hora serotina repræsentat moraliter præfectionem iustitiae
& rectitudinem vitæ: Nam completis omnibus sexta die for-
mauit deus hominem ad similitudinem & imaginem suam.
Homo enim à sua prima institutione est imago iustitiae: sta-
tura rectus est: & non proclivus ad terram. Anima iusta est à

Eccl. 7. creatione, ligno iustitiae originalis alligata, ut nullo pacto, re-
tro inclinaretur, ad terram, & ob hanc rectitudinem dicitur,
creauit deus hominem rectum, & ipse se immiscuit infinitis
quæstionibus. Rectus creatus est homo, ut semper diligeret
Deum, ut innocètiam seruaret & pacem cum proximo, immi-
scuit se infinitis quæstionibus, i.e. peccatis. Nam peccatum ni-
hil aliud est, quam quæstio in qua sunt opinione contrariae.
Deus summe odit peccatum, & peccator diligit illud. Qui in
infinitum peccata possunt multiplicari, etiam super arenam
qua est in littore maris, ideo dicit infinitis qōnibus. Sed septi-
ma die requieuit deus ab omni opere quod patrarat, quasi
nolens in futurum aliquid de nihilo creare (vt exponit Rup.
Abbas.) Et eodem modo dicit Euangelium: cùm serò esset fa-

Apo. 14. ctum, dixit Dominus procuratori vineæ voca operarios, &
redde illis mercedem suam. i. post mortem introduc in re-
quiem meam: Nam tunc dicit spiritus, ut requiescat à labori-
bus suis. Hæc requies significatur per mercedem: Nam mer-
cenarius multum gaudet accipiendo mercedem sui laboris,

Psal. 126. de qua Psal. Cùm dederit dilectis suis somnum: ecce hæreditas domini filij merces fructus ventris, quam nobis præstare
dignetur Iesus.

Sermo

Sermo primus in Sexagesima. Thema. Exiit qui seminat seminare semen suum.

Lucae. 8.

Pro introductione dicatur litera euangeli.

In sermone videbimus de quadruplici terra, in qua deus seminavit. Primo seminavit in angelis semen suum: & semē Dei seminatum in angelis est lumen gloriae, & cognitio & fruitio, & tentio: sunt hæc quasi semina resultantia ab ipso deo: nam lumen resultat à deo, seu à diuina præsentia, sicut lumen à sole, & fruitio oritur sicut calor ab igne. Hæc sunt con-naturalia deo: sed hæc semina sunt seminata in angelis beatis qui post morulas, vt Scotus dicit, sunt assequuti beatitudinem: *Sco. 2.* sed in via existentibus seu viatoribus in prima morula & se-
cunda, ante adeptionem beatitudinis seminavit alia semina *5.q.2.* correspondencia cognitioni, & fruitioni. Hæc sunt fides, spes & charitas. Nam fides in via correspondet visioni charitas fruitioni: spes tentioni. Hæc semina seminavit deus in angelis supponendo viam communem, quod creati sunt angeli in gratia, *Secundum illud, simul condens naturam & largiens gratiam: & omnis viator exiens in gratia habet fidem, spem, & charitatem.* Istud semen cecidit secus viam. *Omnis creatura dicitur via dei. Quid si est irrationalis? habet vestigium, in quo ostenduntur perfectiones dei, scilicet bonitas, sapientia, potētia, vt dicunt doctores in primo. S. quæst. de vestigio, si autem est creatura intellectualis, sua imagine ostendit res, & deum: & sic omnes creature sunt quasi viæ dei, ostendentes Scot. in perfectiores diuinias, inuisibilia dei p ea, quæ facta sunt intellectu conspiciuntur.* Angelus autem dicitur initium viarū dei, *4.* quia est perfectior alia creatura: & etiam ratione temporis: *Ro. 4.* quia secundum beatum Augusti. Lux prima die creata representat naturam angelicam *Genes. i. fiat lux, & facta est lux gl. ord. i. natura angelica, subsequitur semē cecidisse secus viam: quoniam gratia est collata conformiter ad dona naturalia, quæ perfectior in naturalibus fuit maior in donis gratuitis: & sic perfectior in naturalibus habuit intensiorem, & perfectiorem gratiam.* Semen conculcatum est in prauis angelis,

Augus.

pede amoris proprij. Amor enim proprius seu affectio commodi, vt dicit Scotus in secundo, conculcauit gratiam, imò Aug. de ipsum deum. Quia secundum Augusti. Amor sui vsq; ad con ciui. dei temptum dei. Iste duo pedes, id est, amor dei, & amor sui non libr. 14. ex æquo ambulare debent: quia nemo duobus dominis ser ca. 28. uire potest: sed amor dei debet stare in directo, & pes sinister id est, amor proprius claudicare debet in his quæ conueniunt corpori. Vnde obligamur diligere deum, super oia appretiatione, vt propter nullum commodum temporale deum offendamus. Et volucres coeli commederunt illud. Casus enim malorum profuit bonis: quia lætati sunt de punitione & vindictam: manus sua lauabit in sanguine peccatoris. Hæc lætitia oritur ex conformitate, quam angeli boni habent cum diuina voluntate: nam secundum Beat. Berna. Cùm oramus, fiat voluntas tua sicut in celo & in terra, id est, sicut voluntas dei est facta voluntas angelorum: sic verbum dei factum est caro in hominibus, & alibi dicitur. Tulerunt iusti spolia impiorū, non intelligas, quod gratia malorum angelorum, est addita bonis angelis: quoniam est anihilata statim, post peccatum.

Jugula
Psal. 57. Etia malorum, iuxta illud, lætabitur iustus cum viderit vindictam: manus sua lauabit in sanguine peccatoris. Hæc lætitia oritur ex conformitate, quam angeli boni habent cum diuina voluntate: nam secundum Beat. Berna. Cùm oramus, fiat voluntas tua sicut in celo & in terra, id est, sicut voluntas dei est facta voluntas angelorum: sic verbum dei factum est caro in hominibus, & alibi dicitur. Tulerunt iusti spolia impiorū, non intelligas, quod gratia malorum angelorum, est addita bonis angelis: quoniam est anihilata statim, post peccatum. Sed quia felices sunt quos faciunt aliena pericula cautos: nā peccatores dum peccant, perdunt aduertentiam, diligentiam humilitatem & cautelam, & hæc maximè custodiuntur à iustis: ideo dicitur, quia iusti tulerunt spolia impiorum. Hæc, quæ diximus, sunt spolia impiorum, scilicet, aduertentia, diligentia, humilitas, & cautela.

Secundum semen cecidit super petram: & est iustitia originalis à deo collata, ex qua duos fructus colligere poterat, scilicet immortalitatem & pacem, seu tranquillitatem, inter voluntatem, & appetitus sensuales. Si Adam non peccasset, non mortuus esset: sed translatus esset in paradisum antè quam moreretur: tranquillitatem habuissent omnes sensus. Nam caro naturaliter generat appetitus inordinatos, vnde de carne intelligitur petra refugium Herinaciis, id est, caro excitat, & defendit herinatio, id est, prauos motus qui pungunt hominem, sicut herinatio: Sed istas punctiones seu rebelliones dupli modo poterat voluntas pacificare secundū Scot. Primo quia iustitia originalis, cùm esset donum delectabile sua delecta-

delectatione poterat conseruare appetitus cum temperamento, ut nihil appeterent, nisi quod voluntas vellet: sicut violæ conseruant temperamentum, si cum oleo auellanarum vnguatur. Secundum medium ad conseruandum temperamentum erat: quia voluntas poterat distribuere sensibus quasdam delectationes fluentes à delectatione iustitiae originalis, quibus essent contenti, & non amplius appeterent: sicut pater ex nundinis assert iocalia filii paruulis, quibus gaudent & delectantur. Natum aruit, quia non habebat humorem, id est, humiliatem: nam superbia peccauerunt non enim voluerunt subiici voluntati dei. Et bene dicitur. Natum aruit, quia iustitia originalis nunquam refloruit neque in virgine Maria, neque in Christo: quia licet sine peccato concepti: tamen non habuerunt iustitiam originalem. Qua de causa exponit redemptor noster: quod hi suscepérunt verbum dei cum gaudio, id est, donū iustitiae originalis, quod erat donū supernaturale: & sicerat verbum, id est, factum procedens à dei voluntate: & in tempore temptationis recesserunt: quia radices non habuerunt. Fidem perdidit Eua dum dixit, ne fortè moriamur, dubitauit de dictis dei: & sic habuit infidelitatem: quia dubius in fide infidelis est. Etiam dubitauerunt: quia nō crediderunt peccatum tanto supplicio puniendum, nec aduerterunt poena æterna esse puniendum. Tertium semen seminavit deus post peccatum, scilicet, infundendo gratiam: Nam bonus motus in deum in lege naturæ erat meritum de congruo ad gratiam: in lege Moysi circuncisio conferebat gratiam non ratione sui: sed ratione fidei. In lege euangelica sacramenta conferunt gratiam. De hoc semine dicitur. Nisi dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissimus. Sodoma interpretatur muta, nam si deus non reliquisset semen fidei, spei, & charitatis, quis confiteretur domino: quis annūtiasset virtutes eius & mirabilia? Mediante fide credimus articulis ecclesiae, quibus discredidit Aristo. credens mundum ab eterno. Plato credit mundum redditurum post magnum annum: sed mediante fide ab his erroribus discedimus, & credimus in deum factorem visibilium & inuisibilium. Spinæ suffocat semen, id est, peccata mortalia, quæ in paruulo sunt teneræ: quia paruulus habet primos motus septem peccatorum mortali-

Gene. 3.

Esa. 1.

Tomi. I. Ser. I. De domi.

lium, iram, quia facile irascitur: superbiam ostendit, cum videt se contemni. Gulosus est valde inuidus, accidiosus, et semper cupit dormire. Luxuriam in verbis turpibus: Avarus est, quia nec pomum vult dare. Isti motus sunt quasi spinæ teneræ: sed post efficiuntur quasi rhamnum: de quibus dicit Psal.

Psal. 57. priusquam intelligerent, spinæ vestræ rhamnum: in paruis sunt spinæ, in adultis rhamni Tria peccata principaliter suffocat, verbum dei, scilicet, concupiscentia carnis, & concupiscentia

1. Ioā. 2. 1. Sed deus ostendit nobiscum tuam magnam misericordiam. Quis enim potest, colligere de spinis vuas, & de tribulis fucus? Duitiae sunt spinæ, ut exponit saluator. Vnde sunt eleemosynæ, quas hortatur redemptor noster, ut colligamus ex spinis diuitiarum dicens: Date eleemosynam de eo, quod superest, & de tribulis fucus. Tribuli sunt honores, & delitiae de qui-

Mat. 7. Luc. II. bus Iob. Sub sentibus delitias esse computamus. Decipiuntur homines cogitantes esse delitias in diuitiis, honoribus, & voluptatibus. In honoribus est absconditum opprobrium,

Psal. 12. & despectio superbis, secundum Psalm. in delitiis luctus, extrema gaudij luctus occupat: in diuitiis egestas. Diues cum

Psal. 14. dormierit, non sumet ex oībus, quod possidet. Ab his tribulis sunt Iob. 27. colligendi fucus. Nam ab honoribus humilitas est colligenda à voluptatibus poenitentia, & hoc pacto spinæ & tribuli non nobis nocebunt.

Gen. 22. Quarta terra est humanitas Christi: hæc est terra visionis, in qua anima semper videt verbum. Terra optimâ: nam summa perfectio, id est, esinero y nata totius creaturæ: & omnes perfectiones creaturarum simul unitæ non attingunt perfectionem humanitatis Christi. In hac terra sua benedictæ humanitatis seminavit omnia semina gratiarum, & omne semine gloriæ: quia contulit animæ suæ summam gratiam & gloriæ: & in ventre matris seminavit volitionem efficacem redemp-

tionis mundi, fecit fructum centuplum, quia statim fuit facta copiosa redemptio, & perfectior, quam in cruce. In effectu meruit, quod in ventre meruerat, licet alio modo. Attulit fructum trigesimum Sexagesimum, & centesimum. Pro

cuius declaratione, est aduertendum, quod Christus per suam passionem meruit electis gloriam secundum gradum, ad quæ erat

erat prædestinatus à Deo. Ex quo maiorem gloriam meruit matri suæ , quæm omnibus aliis: & sic quibusdam meruit trigesimum fructum, aliis sexagesimum, aliis centesimum , omnes electos in memoria habuit, & pro illis satisfecit, & meruit gloriam eis secundum gradum, ad quæ erant prædestinati. Ex hoc erat anima Christi, quasi cæla vinaria, plena vino purissimo charitatis, & in eam omnes electi introducti sunt , & de plenitudine eius omnes accepimus gratiam. De hac participatione meriti passionis Christi dicitur, in manibus meis descripsi te: q[uod]a scripti in libro diuinæ prædestinationis, sunt scripti in anima & corpore Christi.

Cant. 2.

Ioā. i.

Esa. 49.

De hac seminatione intelligitur mysticæ, quod Ysaac qui interpretatur risus. i. Christus, qui est nostrum gaudium: & futurum præmium , anno illo , quo venit plenitudo temporis , & quo misit deus filium suum natum ex muliere in terra Gerar. i. animæ seminauit gratiæ & gloriam , & scientiam beatam & infusam: & inuenit centuplum. Inuenit sine labore , sine merito gloriam summam, quæ est tam magna, ut non potuerit acquiri merito. Qua de causa fuit quasi thesaurus absconditus in agro animæ suæ : & inuenit illam sine labore. Vnde in transfiguratione ostendit gloriam in corpore, quasi tunc inuentâ , quæ antè nunquam apparuerat. Et post resurrectionem inuenit illam: quia oportebat Christum pati, & ita intrare in gloriam suam , quæ in anima erat abscondita, & inuenit eam , quia beata Trinitas à principio conceptionis eam absconderat in anima Christi, tanquam in agro gloriæ ad quam nos perducat &c.

Gen. 26

Gala. 4.

Mat. 17

Luc. vi.

*Sermo secundus in Sexagesima. Thema. Vobis**Datum est nosse mysterium regni dei.*

Lucæ. 8.

Secundum beatum Paulum, Inuisibilia dei per ea , quæ facta sunt intellecta conspicuntur , & secundum diuum Thomam , & Alexandrum de Ales, in triplici genere sunt creaturæ, quibus vtitur scriptura diuina. Primæ sunt positæ in altiori loco, ut Sol & Luna, & Stellæ. Secundæ sunt positæ

13 in

Ro. i.

Tomi. I. Ser. II. De domini.

- in medio loco, ut ignis & aër. Tertiæ sunt in infimo loco constitutæ, ut mixta. Videamus ergo quomodo his creaturis vtitur sacra scriptura. Utitur sole quādō dicit Psal. sicut sol in cōspectu meo. Nam sicut cognoscimus solem: ita cognoscimus deum per multas operationes. Variis modis cognoscimus esse solem, Primò cùm videmus solem in rota in meridie: 1. Co. 13. sic in meridie gloriae, videbimus deum, sicuti est, nam tunc cognoscam, sicut cognitus sum. Secundò cognoscimus solem per effectus, nam cum qualibet re concurrit, & producit varios effectus, scilicet, mineralia, aurum, argentum: & alia metalla, sic deus producit dona spiritus sancti & beatitudines, & septem virtutes. Cognoscimus solem per nubem: Psal. 17. sic cognoscimus deum per sacram scripturam. Psalm. Tenebrosa aqua in nubibus aëris. Dicit beatus Bernardus. i. intelligentia obscura in Prophetis. Cognoscimus solem per umbrā: sic deum per humanitatem: nam humanitas comparata verbo, est, sicut umbra comparata soli. Vnde Angel. dixit Mariae. Virtus altissimi obumbrabit tibi. Cognoscimus etiam solem per comparationes: & sic dicunt sapientes, quod sol est tanquam oculus mundi. Quia sicut separato oculo, nihil videmus: eo modo amoto sole nihil videremus in mundo. Vnde sicut Psalm. dicit, Sol in conspectu meo: quia verbum diuinum erat semper in presentia animæ Christi. Et cōparatur Lunæ perfectæ in æternum. Quia luna, quā videmus habet maculam: sic omnes nascimur cum macula peccati originalis. Sed humanitas Christi caruit omni macula peccati. Hac ratione comparatur lunæ perfectæ: comparatur etiā Deu. 4. creaturis mediis, scilicet, igni & aëri. Deus tuus ignis consumens est. Ignis coelesti comparatur, non terrestri: nam & Hebr. 12. ignis coelestis vrit intus, non vrendo in superficie, ut patet in fulmine: sic deus vrit cor & non facit signa ignis ad extra Psalmi. inflammatum est cor meum, & alibi: vre renes meos, & cor meum, domine. Secundo est lucidus, nō emitens fumum: quia nullum contrarium habet, à quo oriatur fumus: quia nec peccatum mortale nec veniale nos fumigamus: quia habemus frigiditatem, & humiditatem peccatorum: & sic opera nō conueniunt prædicationi. Et est magnū miraculum, q̄ rubus ardeat, & nō comburatur. i. q̄ sit prædictor tam

tam bonus, ut prædicatio sit cōformis vitæ. In multis prædicatoibus vita contraria est prædicationi: ideo per malum exēplum fumigant. Tertio ignis cælestis amara reddit dulcia: & terrestris, dulcia reddit amara: quia omnia redigit in cinerem sicut signis diuinus sanctificatus omnes labores, & afflictiones conuertit in dulcedinē. Nam de Apostolis dicitur, quod ibat gaudentes à conspectu cōciliij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

Comparatur etiam aëri: nam redemptor dixit, spiritus vbi vult spirat vocē eius audis & nescis vnde veniat, aut quo vadat. Comparatur spiritus sanctus aëri cuius effectus sunt varij. Nam ventus Aquilo stringit, subtiliat & aquas clarificat: Auster facit flores emittere odores, humectat petras, fontes facit abundare: ventus solanus facit hominem sudare, & dimittere vestes. His modis spiritus sanctus ostendit varios effectus. Per timorem stringit cor & carnes. Tim. tuo configere carnes meas, subtile cogitationes in intellectu generat, effectus, et desideria cælestia influit: quia initium sapientiae timor domini. Per donum pietatis liquefacit corda dura, abundare facit misericordiam, & pietatem: & emittere facit odorem bonæ famæ per largitionem eleemosynarum. Amore diuino calefacit hominem: vt sudorem emittat omnium cogitationum superfluarum, & peccatorū venialium: & tanto calefeti calore dimittunt diuitias, honorē, & gaudium mundi, imò ipsam vitā, vt fecerūt Martyres. Sed nescis vnde veniat ventus aut quo terminetur: quia Philosophi nesciunt à quo puncto oritur ventus. Nam illos educit deus de thesauris suis, neque in quo puncto terræ terminatur: eodem modo nescimus vias spiritus sancti: neque quibus meritis acquiritur. Nam vt dicit Richard. super illud vadam in montem mirrhæ. Aliando oritur occasione humilitatis: aliquando à compunctione cordis: aliquando à compassionē, & gratia spiritus sancti desperditur multis modis & viis. Hac de causa redemptor assimilat spiritum sanctum spiritui seu vento: ideo super Apostolos venit tanquam spiritus vehemens.

Cognoscuntur misteria diuina per comparationem rerum inferiorū seu mixtorum: nam regnum coelorum cōparatur grano sinapis, & fermento: & in hoc euāgelio cōparatur

Tomi. I. Ser. II. De Dom i.

Mat. 13. semini, quod est seminatum in quadruplici terra. Sed sapientissimus agricola, qua de causa perdidit tres partes seminis. s. seminando in via, super petram & inter spinas Repedit. Solus Deus scit elicere bona ex malis. Cor prauum precepit deditum libidini, est via, per quam transeunt cogitationes pessimae, adulteria, & fornicationes: tamen hoc cor potest deus facere hortum conclusum in quem bestiae non possunt ingredi nec ab illo egredi: Nam timor dei componit septum animae occasiones peccatorum non intrent. s. impudicus affectus, colloquia turpia, societas periculosa. Pepigi foedus cum oculis meis: ut non cogitarem de virgine, ne aspiciat, quod non licet concupiscere. Timor Domini custodit aures ne ingrediantur per illas de tractiones & infamiae. Custodit os & cor, ut non egrediantur ab eo cogitationes pessimae, delectationes morosae, consensus in libidinem. Custodit os, ut non egrediatur verba obscena, & manus custodit a tactibus impudicis, & os ab osculis libidinosis. Septum hortabatur sapiens aedificare, dum dicebat:

Iob . 31. Pro. 4. Fili mi, audi verba mea, & omni custodia custodi cor tuum: ut nihil coinquinatum ingrediatur cor, & nihil immundum ab illo exeat.

Secundum scitelicere fructum ex semine cadenti supra petram, quod natum aruit: quia non habebat humorem, in quo radices figerentur: Nam obstinatus caret deuotione, in qua radicatur humilitas quae est radix totius fructus spiritualis. Et sicut radix est abscondita in terra: sic humilitas occultatur in corde. Sicut a radice oriuntur stipites arboris cortex, folia, flores, & fructus: sic humilitas est radix & fundamentum omnium virtutum. Est enim ut dicit psalmus, Vallis in quo construuntur multi gradus ad ascendendum celum. ab humilitate stipes in altum. i. dignitas, & exaltatio in gloria nascitur: quia omnis quis est humiliabitur exaltabitur. Oriuntur cortex bona conuersationis: quia sicut inter superbos, sunt iurgia, est contrario inter humiles pax & amicitia. Oriuntur ab humilitate folia. i. verba honesta, & pacifica. Et Flores. i. cogitationes & desideria sancta, & ultimum fructus, qui est habere deum in conscientia: Nam super quem requiescat spiritus meus, nisi super humilem, & timentem sermones eius. Sed quo pacto obstinatus dabit fructum, cum sit cor eius

eius tanquam petra. Resp. si tam habeat humilitatem, vt ab eo fluat aqua non exsiccatur semē: Nam sicut ad imperium domini Moses percussit bis petram, & fluxerunt aquæ: ita vt biberent populus & iumenta. Et aduerte, quod deus non dicit Moysi, Percute petrā: sed loquere ad petram, & dabit tibi aquas. in hoc docet prædicatorem, vt loquatur ad durum, significando ei duo magna mala, in quibus incidit propter peccatum scilicet poenam damni, & poenam sensus. Confidea, o cor durum, qualiter perdis deum, & consortium angelorum, & virginis gloriae, & vadis ad infernum, vbi cruciaberis poenis æternis. Interroga peccatorem sicut angelus interrogavit Agar, Vnde venis? aut quō vadis? vnde venis, & quare de reliquiū totum bonum? Quo vadis, vt p̄cīpites te in barattū totius mali. Vel. aliter loquere bis: quia perdis animam & corpus. O peccatū quo pacto noces! & affligis, hos enim, & facis laborare die ac nocte, & labor est tam inutilis, immo tantū nocet, qđ in officio perdis animā, & corpus. De hac petra potest intelligi. illud Abdię superbia extulit te habitatē in scisuris petrarum. Scisuræ petrarum sunt singularitates, diuisiones, quas superbi & obstinati faciunt in cōgregationibus fratrum & ecclesiarū. In his scisuris morabatur Pharisæus, quando dicebat. Non sum sicut cæteri hominum. O Pharisæe, quo modo facis scisuram in ecclesia, quæ est terribilis, vt castorum acies ordinata scindis exercitū & cætum ecclesiasticum. Hæretici faciunt scisuras, Hipochritæ similiter.

Tertium semen cecidit inter spinas. 1. diuitias, quæ voce redemptoris dicuntur spinæ. Ratio est, quia spinæ extrahunt sanguinem, & omnis anima fundatur in sanguine, & virtus est quasi sanguis animæ, in qua vivit: Nam iustus ex fide vivit: & charitas est vita animæ. Hunc sanguinem labunt, & sanguit diuitiæ, sicut ventosæ sanguinē suggūt. Secundò diuites illaqueantur à peccatis, secundū illud, Qui volūt diuites fieri incident in laqueū & tentationē Diaboli. Tertiò lacerant vestes: quia diuitiæ destruunt iustitiam vt faciunt usurarij. Destrunt liberalitatē per avaritiam. Destrunt pietatē & misericordiam: exercet crudelitatem non compatiēdo pauperibus. Quarto pungunt: quia in adquirendo diuitias sunt valde solliciti diuites, & student, vt eas augeat, & valde vigilant vt non auferantur

Tomi I. Sermo II. De Domi.

aferantur à furibus. Habet etiam multos scrupulos in acquisitione earum: quod notatur, quia diues ille in duebatur purpura, & byssus. Benevidemus ornatos diuites foris, comedentes splendide, sed non videmus cruces quas in corde patiuntur, & scrupulos & afflictiones, preserrim in morte. Omors, quam
Lu. 16. Ecl. 41. amara est memoria tua homini habeti pacem in delitis suis. Sed quo pacto semet, quod cecidit inter spinas, dabit fructum? Respond. quia oportet, ut euellantur radicibus: aut igne comburantur, aut miraculo se eis vertatur homo sine domino. Diuitiae auelluntur voto paupertatis, quo homo abdicatur diuitiis:
Psal. 61. aut oportet comburere diuitias igne diuini amoris, ut si diuitiae affluant, nolite cor apponere. Aut tertio fieri, ut diuitiae non noceant, quod erit grande miraculum. Nam facilius est calamum intrare per foramen acus: quam diuitem intrare in regnum colorum. Et diues poterit ut diuitiis, si cor non applicuerit eis: nam cum moses vellet ire ad videndum, quomodo rubus arderet, & non combureretur, dixit illi deus, ut solueret calciamen tum de pedibus suis. Est magnum mysterium, Moses mittitur ad videndum rubum, & precipitur ei: ut vadat descalciatus. Rubus & spinæ significat diuitias, ut supra visum est: & homo non potest in eis ambulare nisi tollat calciamentum de pedibus suis: quia pedes significant voluntates: calcimenta desideria. Oportet ergo, ut voluntas nostra affectibus diuitiarum de nudetur: ut dent pauperibus de diuitiis quæ superaret. & si affluant cor remaneat liberum, & disperget pauperibus cum hilaritate, sicut fecit beatus Laurentius: hilarem enim datorem diligit deus.

Quarta pars terræ in qua deus seminat est terra optima: nam tres status sunt in ecclesia. scilicet coiugati, qui ferunt fructum trigesimum dummodo obseruent tria bona matrimonij. scilicet fidem, & bonum sacramenti, & bonum prolixi. Sunt viduae, quæ datur fructum sexagesimum, dum modo obseruent etiam tria bona, quæ viduae obseruare debent. Primum ut non euagentur, sed maneat domi, sicut fecit Anna, quæ in templo manebat. Secundum ut tantum curabis asperis: Nam vidua in diliitiis viuens mortua est. Glos. viuens in corpore in anima mortua est. Tertium bonum est vestitum humilitas. Legitur de thamar, quod dimisit habitum viduitatis, quando voluit carnali opere vesti. In tertio statu & supremo sunt virgines ha-

nes habētes thesaurū virginitatis in vasis scilicet libus quę gaudēt aurea, & aureola: nam sicut coronula ponebatur super coronā: ita aureola super auream coronam, quam nobis dignetur cōcedere Jesus Christus. Exo.25.

*Sermo Tertius in sexagesima. Semen ceci
dit in terram bonam Luc. 8.*

Christi intentio in euangelio est docere nos seminare ut boⁿos agricultorū: vbi seminandum est, & vbi nō: quia nō est seminandum in terra multum petrosa & dura: nō secus viā: nō inter spinas, sed in terra bona separata à via curarum & tumulus despedrada à culpis antiquis, purgata à culpis mortalib⁹. Talis terra profert fructum cētuplum. Sed vñ nobis: quia cor nostrū quasi terra dura petrosa multa nequitia: nūquam intravit in ea aratrum contritionis & emendationis vitæ.

Nunc videamus sensum mysticū huius euangelij. Exiit qui seminat &c. seminator est Deus, semēsunt creaturæ omnes, nō solū postquā seminavit, i. creavit: sed etiam ante. i. ab æterno. Et hoc est, quod Ioh. dicit. Quod factum est in ipso, vita erat: & nota q̄ nō solū omnes creaturæ sunt in deo æquā produc^tcatur in esse reali: sed postquā productæ sunt manent in ipso perfectiori modo, quā in se ipsis: sicut regestū semper manet licet describas ex illo plura exemplaria. Sed vñ nobis si requisisti ire gesto. i. in libro p̄destinationis nō inuenimur in illo, & de^dcit nobis, Amen dico vobis, Nescio vos. Si deleti sumus de libro viuentiū & cum iustis non scripti sumus. Quod factum est, in ipso vita erat. exponitur sic. Sicut musicus primò habet ipsam musicam mēte formatā: & deinde in tactu vel pulsu in esse p̄ducit ī organo, vel citharasic p̄verbū facta sunt, & quod factū est in ipso vita erat. Sicut ergo natura musicæ in anima musici vita est: & si anima illius esset æterna: musica esset æterna fictotius mundi fabrica, & compositio, quæ quasi quod-dam instrumentum & organum diuinæ laudis, est in verbo id est in deo. vita erat. s. in esse ideali antequam in esse rea-li. p̄duceretur. Quid enim nos sumus, nisi quedā musica Dei, vel poti^m magni musici Dei quedā instrumenta diuina, ad cantandas diuinās laudes? Vnde Psal. Lauda Hierusalem dominū: 147. Lauda deū Siō. Maximè Christus fuit optimū instrumentū dei Psal. 58,

patri

Tomi. I. Sermo. III. De Domi.

patris Psal. Exurge gloria mea, exurge psalterium meum: & cithara: fuit enim tanquam cithara & organum ad vocem domini tota inspirata & afflata spiritu sancto: quia requieuit

Esa. 11^r. super eum spiritus domini, sapientiae & intellectus scientie, & pietatis, consilij & fortitudinis, & timoris domini. Aliter exponit Hugo super Ioan. cap. 1. Quod factum est in ipso vita erat, id est, deus ab aeterno preuidit omnes creaturas futuras in esse reali: & hoc modo dicuntur esse vita in deo: & non aliter: sicut si deus alicui reuelasset pluuiam futuram in tempore opportuno, verè dici posset, quod illa pluuvia vitam habet in illo, quia scientiam habet praevisam de illa pluuvia futura. Sic ergo intelligitur, quod factum est in ipso vita erat.

Tertiò aliter declaratur, quasi dicat, omne productum in esse reali in tempore, de quo Gene. 1. In principio creauit deus coelum, & terram. In verbo fuit ab aeterno in esse reali. 1. in ipsa mente diuina. Vnde Boëtius Mente gerens similiq; imagine formans. Sicut enim Architectus domū producit ab extra in

Arist. 3. esse reali. Primò habet in mente sua: sic deus ab aeterno habuit de aia in mente sua mundum, quem produxit ad extra. Vnde si ille tex.

38. Architectus esset aeternus sicut deus, domus in mente eius in illo esse ideali suo diceretur eterna: sed non dicitur aeterna: quia ille est temporalis: sed in deo oia aeterna: quia ipse aeternus. Et nota qd melius se habent creature in deo, quam in se ipsis: quia in deo habet esse aeternum & in se ipsis esse temporale. Quonia

Rom. 8. vanitati omnis creatura subiecta est. Et hinc est, quod beati melius fruatur creaturis in deo, quam in ipsis creaturis, quia melius esse habent in deo, quam in se ipsis. Vnde diuus Augu. in lib. 5. confessi. Beatus est homo, qui videt te & si non videat alia, nisi te: quod si illa & te non propter illa, beator: sed propter te solubeatus. Habet ergo deus in se saccum omnium feminum, id est, omnium creaturarum.

Psa. 79. Alloquitur ergo Bernardus deū sic, Verè tu es deus absconditus:

Eccl. 20. manifestare corā Efraim, Beniamim & Manasse: quoniam sciētia inuisa, & thesaurus absconditus, quæ utilitas in

Psal. 15. vtrisq; placeat ex mera liberalitate, & bonitate diuina, quoniam meorum non eges. Accepit ergo deus saccum omnium creaturarum, & in principio creauit coelum & terram, &

Gene. 1. sex diebus perseueravit seminatio. Quia primo die seminavit

angelos

Angelos, quum dixit, fiat lux. i. natura angelica: in secundo die Gene. 1.
firmamentum, terram diuidens aquam ab aquis. In tertio so-
lem, lunam, & stellas fecit: in quarto pisces, & aues. In quinto
animalia & plantas. In sexto hominem ad imaginem, & simi-
litudinem suam: Septimo die, requieuit ab omni opere, quod
patrarát. O quam bene seminasti dñe: quoniā inuisibilia dei,
per ea quæ facta sunt cognoscuntur. Sed nota quod nostro se-
minatori deo nō bene successit in sua seminatione qā dū se-
minat, dicit Euangeliū, aliud cecidit secus viā, & hæc pars semi-
nis. i. creaturarū. Sic ipsa natura angelica cuius magna pars. i.
oēs mali angeli ceciderūt secus viā. i. filii dei volētes equalitatē Apo. ii
diuinā sed boni angeli comedērunt illud, quia vicerūt illos, dū
factū est prēliū magnū in cælo: & prostrauerūt illos in infer-
nū. Aliud cecidit supra petrā, dū dedit prēceptū de non com- Gen. 2
medendo de ligno vitæ, quod quasi semen cecidit supra cor-
da primorum parētum, & ortum ad modicum tempus iuxta
opinionem doctorum ad modicum aruit: quia nō habuit hu-
morē gratiæ & charitatis perfectæ. Aliud inter spinas, & fuit
tota humana natura, quæ propter lapsum Adæ cecidit inter
spinis famis, sitis, mortis, & aliarum necessitatū. Vnde simul
exortæ spinæ carnis suffocant triticum rationis.

Aliud cecidit in terram bonam. i. boni angeli, qui faciunt
fructum centuplum, confirmati in gratia amplius nō casuri.
Ecce ergo quod modo correspōdet seminatio euāgelica crea-
tioni, & quomodo ex omni semine creaturarū, tantūm quar-
ta pars frutificauit à principio mundi.

Secūdum punctum, quomodo seminavit, vt creator. Nunc
ergo domine sicut bonus agricola diligens terram suā, quam
cognoscit fructiferam, seminat illam iterū, quando terra gelu-
constringitur, vel alias perdidit semē: sic & cum ingratō agen-
dum est. Ad reparationem ergo malorum angelorum iterum
semina terram tuam: placet, tamen erit cum maiori sumptu:
quoniā in creatione ipse tantū dixit & facta sunt. Sed in repa-
ratione gesit mira, & dixit & multa, & pertulit dura, dura ver-
ba, duriora verbera durissima crucis tormenta. Dicit Ber. Nec
enim tam faciliter sum refectus, sicut factus. Vnde ad reficien- Tier. 14
dum dixit Hiere. quasi colonus futurus es in terra vnde fuit vt
colonus: quia tātūm habuit ipse laborem, & nos cōmodum:
ficut

Tomi.I.Ser.III.De Domī.

- sicut colon^o dño suo affert cōmodū,& sicut colon^o. tpore paſſionis accepit aratrū. i. crucē ſup^o humerū qn̄ baiulā ſibi crū
Iob.19 cē exiuit in eū, qui diciſ Caluariae locū. Et quid erit ſi labor tatus nr̄i coloni erit nobis in utiliſ & fine fruſtu? Nuquid ſolitu
Iere. 2. do facto ſum Iſraēli, aut terra ferotiuā: quod bonū erat. ſi nat^o
Mar.14 no fuifet homo ille. Et quæ vtilitas in ſanguine meo, du defce
Pſal.29. do in corruptionē: Semē cecidit in terrā bonā, ſicut in maiori
mundo, ſic in minori. i. homine. Nā primo creauit cœlū & ter
Gene.1. rā, & terra erat inanis & vacua. i. in cōpoſita: quia homo cōpo
nitur ex anima & corpore, ē duobus ta disparatis & differen
tibus Quia ſecūdū corpus minor brutis, in fortitudine, in pul
chritudine, in logitudine vitæ. Secundum animā tranſcendit
angelos per gratiā capax dei. Vnde quaſi mōſtrū quoddam.
Bene ergo dicit quia in principio. i. in homine creauit cœlum
& terram. i. hominē tam differentē in anima & corpore: quan
tum differt cœlum à terra. Terra autē erat inanis & vacua.
Potius agit mentionem de terra, quam de cœlo: quia a princi
pio creationis plus dominatur caro: qu ipſa anima, quæ vſq;
ad tepus ætatis perfectæ, quaſi ligata habet potētias rationis
ſcilicet intellectus, & volūtatis irascibilis & cōcupiſibilis: qui
Sap. 7. a principio devētre matris meæ figuratus ſum caro. Et primū
i. Cor.15 cōſideratur quid est aīale, deinde qd spirituale ſecūdū paulū.
Bene ergo dicit. Terra erat inanis & vacua, vel in cōpoſita. Vn
de ſubdit quod tenebre erāt ſup^o faciē abyſi. qn̄ homo & in to
to te pore pueritiæ in tenebris & abyſo viuit obſcure propter
ignorantiam. ¶ Et Dñs deus dixit, fiat lux & facta eſt lux. Sic
in homine poſtqu inspirauit in eo ſpiraculū vitæ ſcilicet ipsam
animā. i. numē quoddā & quid diuinū vn retrato de dios, que
el Moro llama refollo de ala. ad magis enim viuificādū infun
dit in eo fidē infuſam & quoddā numē naturale, per quod ha
Pſal. 4. bet cognitionē dei, & boni & malidiscretionē, de quo in Pſal.
multi dicunt, quis oſtendit nobis bona? & ſubdit, ſignatū eſt
ſupra nos lumen vultus tui. dñe, dediſti lætitia in corde meo.
Deinde dixit deus, fiat firmamentū in medio aquarum &
appareat arida, & vocauit aridam terrā. Hoc ſpiritualiter agit
in homine, quādo intus fides infuſa docet separare terrena à
cæleſtibus, & terram reputat aridam & ſterilem, & æterna &
cæleſtia quaſi firmamentum in medio aquarum. Dein de

Deinde creauit pisces quadrupedia & volatilia: quia sic diuersæ cogitationes formantur in corde. Quædā vt pisces creatæ in amaritudine inferni, quædam cogitationes vt quadrupedia propter immunditiam carnis. Quadam bona, vt volatilia, quando sunt bona, & de cælestibus. Et sic sexta die creauit hominem perfectum ad imagi nem dei.

Quarto exponitur de eleemosyna. Exiit qui seminat quia videndum est, ne cadat secus viam. i. in persona inutili, & in fructuosa, & ne cadat supra petram idest supra ingratum, vel inter spinas idest in personā suspectā qđ, eleemosyna erit ignis animæ: sed in terra bona, bene disposita. Ad cuius dispositio- nem tria aut quatuor requirūtur. Primo vt sit bñ culta charitate, purgata ab omni mala herba. i. peccato. Secundo bñ stercorata cogitatione vilitatis nře: quoniā homo natus de muliere repletur multis miseriis. Et nō indigēmus aliunde querere Iob. 14. stercora, qđ ex stabulo corporis nostri, exēuit, sicut ille, qui dicebat, omnia reputo stercora, vt Christū lucrifaciam Tertio Phil. 3. oportet seminare bonum semen, & semen est verbū dei idest ex sacra scriptura, non de libris Amadis nec de aliis mēdaciis & vanitatibus. Supra omnia necessaria est pluia: quia neq; qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed qui incremen- tum dat deus: & pluia est gratia. Figura. Quieuit terra à bello r. Cor. 3. quadraginta annis & producebat fructus vberes. Cū autē fe- Jud. 6. cisset Israël malū coram dño, tradidit eum dñs in manus Ma- Figura diam, & presi sunt ab eis septem annis. Cumq; seminasset Is- optima rael agros suos ascendebat Madiam & deuastabat omnia semina eius in herbis. Hæc ibi Exponitur moraliter quan- do anima in gratia seminat in benedictionibus idest bo- nis cogitationibus, quæ se habent, vt bona semina: & de benedictionibus metit fructum centuplum quieta anima à bello ciuili, quod inter voluntatem & rationem reperitur accusans nos. Quando autem Israël idest anima videns deum per fidem facit malum, idest peccatum mortale coram Deo: tunc quasi ascendunt madianitæ idest dæmonia in terrā cor- dis & deuastat semina nostra, quasi locusta o gorgoio, quod intrat horreū Cordis nostri. In sensu mystico semen est Chri- stus, sic dictū est Abrahæ. In semine tuo benedicetur omnes Ad Gal gentes: non dicit in seminibus, quasi in multis sed in uno se- mine,

Tomi I. Sermo. I. De Domī.

mine, quod est Christus. Hoc semē, quod est Christus primū
seminatum est in utero virginali: primo cecidit secus viam:
quia natus est in diuersorio Bethleem, Secundo intra spinas,
quandomilites plectentes coronam de spinis imposuerunt ca-
piti eius Tertiō supra petram quādo positus est in sepulchro,
quod Nichodemus exciderat in petra. Quartō in terram bo-
nam. i. in corda discipulorum, & omnium credentium per fi-
dem, in quibus fecit fructum centuplum: quia omni fideli di-
ctum est, Centuplum accipiet, & gloriā possidebit Ad quam
nos perducat Iesūs.

Mat. 27

*Sermo primus. De Dominica in Quinquagesima.
thema. fides tua te saluum fecit.*

Lucæ .7.

Præmissa salutatione virginis & expositione
Literali euangelij.

Ind. 9.

Nota, quod doctrina Christiana stat posita in triplici stilo
differenti: quia vel in ænigmate, hoc est, in fabula vel in
parabola, vel in facto. Semper tamen. i. quocunq; modo lo-
quatur semper habet sacramentum & miss erium abscondi-
tum: quia secundum Gregorium verba sacri eloquij similia
sunt Lapi, in quo latet ignis, qui quidem manu frigidus te-
netur, tamen percussus ferro scintillas emitit. Fabula ergo
vel ænigma est, quando sacra scriptura narrat factū, & tamen
non sic fuit factum: sed neq; potuit esse, & tamen sacra-
mentū absconditur in se, Quale est illud iudicū. 9. quando ille pro-
pheta Ioathā dixit populo alta voce, Audite me, vt audiat vos
dominus. Ierūt ligna, vt vngerent super se regem, & dixerunt
ad oliuam, Impera nobis: & illa quasi affecta tædio, respondit
possum deserere pinguedinem meam qua dij vtuntur & ho-
mines? non possum imperare vobis, anda con Diros. Deinde
ierunt ad ficum, quę respondit, Non possum deserere dulcedi-
nem meam, Deinde ad vitem, vt regnaret super illos, quę re-
spondit, non possum deserere vinum meum, quod lætitificat
cor hominis. Exponitur de homine docto maximè in doctri-
na Christiana, qui in quātum potest debet fugere prælaturā.
vt non

ut non deserat oleum sapientiae, quo vngit deum & homines
vnctione salutifera, manifestando deum & illuminando ho-
mines, & non debet deserere dulcedinem contemplationis
significata per sicum, neque gloriam conscientiae significata
per vitem. Ecce ergo istud est ænigma, vel fabula, quæ si non
fuit de facto, neque potuit esse, tamen habet sacramentum ab-
sconditum in misterio, quia homini docto & gratiose maxi-
mum bonum est prædicare.

Aliquando scriptura diuina vtitur parabolis, Christus lo-
quatus est doctrinam Catholicam in parabolis, & hoc plu-
ries: ut patet in dominica septuagesimæ & sexagesimæ, præce-
dentibus, scilicet, in parabola hominis, qui conduxit opera-
rios in vineam suam, & in parabola hominis qui exiit se-
minare semen suum. Et parabola est quando narrat factum,
quod licet non fuit factum, potuit tamen esse, & habet in eo
misterium absconditum, & sacramentum sicut de Chronicis
sanctorum & Martyrum dicit Gerson, quod aliquando Chro-
nistæ aliqua dicta & facta scripserunt sancte, quæ licet nō sic
fuerunt in facto, tamen quia sic potuerunt fieri scripserunt
illa facta vel dicta ad excitandam deuotionem fidelium po-
pulorum: ut in Chronica Agnetis, & Agathæ Andreæ & alio-
rum martyrum, & sanctorum.

Tertiò modo loquitur in facto proprio, & sic ad literam,
vt fuit: & isto modo dicit Augustinus, quod quidam Chroni-
stæ scripserunt facta, ultra quam fuerunt, ut sunt scripturæ fa-
torum Romanorum. Licet enim Roma in sua prosperitate
fuit magnum quoddam: tamen non tantum, quantum Ro-
mani Chronistæ dixerunt. Vnde quidam dixit, quod facta
deberent fieri ab hispanis, & scribi à Romanis & Italib.
Alij scripserunt minus, quam fuit in facto ut scriptores gestorum
Troianorum & Græcorum, quod est maximè mirandum, cū
& illi magna scripserunt & tamen Augusti, dicit quod defece-
runt, id est, que quedaron cortos. Alij scriptores scripserunt
factum, sicut res se habuit, & sic scripserunt Euangelista fa-
cta Christi. Quorum vnum est miraculum positum in euan-
gelio hodierno.

Nota pro expositione euangeli, quod triplex est cæcitas,
Prima indifferens, nec bona nec mala, ut est cæcitas ex infir-
mitate

Tom. I. Ser. II. De domi.

mitate aut senectute, de qua Seneca ad amicum, qui conque
rebatur, quod perdiderat vnum oculum. Respondit, Quinimo
amisisti vnum inimicum, & si ambos amisisti, nullum inimi-
cum habuisses. Non legisti illud oculus meus depredatus est

Tre. 3. animam meam in cunctis filiabus urbis meæ. Alia cæcitas est
mala, vt est error intellectus culpabilis, quando peccat mor-
taliter: quia omnis peccator est errans: quoniā in omni pec-
cato, & maximè venereis, & in omnibus, quæ proueniunt ex
delectatione & sensualitas offert intellectui, & voluntati dele-
ctionem: voluntas decepta consentit ligatur, & captiuatur,
& obcæcatur ratio pro illo tunc peccati, sicut contingit in
amentibus, & phreneticis, qui patiuntur lethargum & liga-
men rationis secundum Aristo. & hoc est, quod dicitur, quia
homo cum in honore esset, non intellexit comparatus est iu-

Psa. 48 mentis insipientibus & similis factus est illis. In cuius figura
legitur de Sansone, quod sublatis viribus cōtentis in capillis
obcæcauit illum amica sua. Dalila fecit eum molere à vna ta-
hona: id est, in piltrino. Dæmonium primo procurat no-
bis tollere dona spiritus sancti, & gratiā in qua vis tota animæ
consistit: deinde cæcat intellectum, ligando rationem, saltem
pro illo tunc quando peccat. Nota quod dæmonium magis

vult peccatores luscos quam cæcos: quia peccatum quanto
magis habet de voluntario, magis habet de malo. Vnde magis
vult dæmonium, quod remaneat in nobis aliqua pars ra-
tionis, & intellectus viua, & libera cum aliqua cognitione: vt

1. reg. II. magis demereamur in peccato. In cuius figura. Naas Amo-
nites dixit habitatoribus Galaad potentibus inducias, in hoc
faciam pactum vobiscum, vt eruam omnium vestrum ocu-
los dextros: vnde patet, quod nos vult luscos & non cæcos,
nisi forte cæcitas intellectus prouenisset ex antiqua consue-
tudine, & malitia peccati, de qua loquitur Paulus quia tradi-
ditillos deus in reprobum sensum, quod fit iusto iudicio dei,
licet nobis occulto, vt. s. in conuerso peccatore redundet sua
misericordia, vt in Petro & Paulo, & Magdalena & in aliis, &
sua iustitia abundat in diuite epulone, & Iuda. hæc de cæcita-
te non omnino mala & indiferenti.

Psal. II. Alia cæcitas est bona, quæ valde cōfert ad salutem animæ
& eius visum, de qua psalmus Auerte oculos meos ne videat
vanitatem

vanitatem, scilicet in choreis & ludis, & aliis vanitatibus, de qua cæcitate Christus in euangelio dicit. Si oculus tuus scandalizat te erue eum, proice abste de quo Iob. Pepigi fœdus Iob. 31. cum oculis meis: vt ne cogitarem de virgine. Vnde dixit ne cogitarem: quia cogitatio est primus visus peccati, & oculus animæ. Hæc visio corruptit Dinam, & occidit Sichem, corrupit, & adulterauit Bersabeæ, occidit Vriam, & alios innumeros, quibus fuisset melius, fuisse cæcos. Dicat infernus, figura Gen. 14. Tob. 2. reg. II. Tob. 2. Tobias lapsus de sepultura mortuorum, id est, quicunque Christianus qui lapsus in via virtutum turpiter & accidiose dormit supra parietem carnis suæ, & sensualitatis committendo mortalem culpam, tunc quasi hyrundines, quæ propter certimum volatum significant dæmones, & sic stercore peccati obcæcantur. Dolet pater de cæcitate sua, dicit filius ei lætare pater, ad gaude, at ille, quale gaudium erit mihi, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video, dicit angelus, Custodiet. i. gratia præueniēs. Vade ad mare peccati tui, & maximè istius, quod te excæcauit. Extrahe pisces dulcem, in quo te delestasti: & exentera illum, id est, considera bene quem frumentum habuistis, in quibus erubescitis. Extrahe fel. i. amaritudo Rom. 6. dinem peccati, & reperies tristes esse voluptatum exitus, quos qui reminisci voleat intelliget: & sic cum isto felle bene vñctis oculis animæ, & rationis recuperabis visum perditum per gratiam. ¶ Cæcus quidam. Magis vult dæmoniū peccatorem luscum, quam cæcum, vt supra dictum est, quoniam in persuasione sua ad peccatum hoc tantum agit vt inducat peccatorem in consuetudinem peccati, quæ sufficiens sit ad continuandum peccatum, & sic iam affluetum dimittit eum: vt agat suo arbitrio, vt sic peccet quasi luscus, & non omnino cæcus. Ex quo dimittit ei liberum arbitrium ad peccandum.

Cæcus quidam &c. Vnum maximum habet malum visus noster: quia cum alia videat seipsum, id est, oculum non videt. Exemplum cecidit festuca in oculo tuo & dicis, Respice oculum meum: quia nescio quid in illo habeo, quod impedit visum, dicit festuca est. Respondes extrahe illam: quia ego non video. A deus meus vides aliena, & non tua? Sic contingit scrutantibus vitas alienas. Item est aliud malum in cæco spirituali, quod non habet cæcus corporalis. Quia cæcus corporalis

Tomi I. Sermo. I. De Domi.

saltem cognoscit cæcitatem suam & procurat illam curare in quantum potest, & si fuisset artifex oculorum in longinquο, ires, & transires mare, pro restaurandis oculis, & si peteret quidquid habes, dares pro oculis. Nos autem non curamus venire ad Christum, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Psal. illumina oculos meos, ne vñquā obdormiam in morte, id est, profunde dormiam: quia peccator cum in profundum peccatorum venerit, contemnit. Peto ergo domine, ne dormitem in venialibus amplius, ne dormiā in mortalibus: sed maximē ne obdormiam, id est, in consuetudine peccati sic iaceam, vt non possim excitari, que no aya quien me recuerde.

Ioan. I.
Psal. 21.

Cæcus quidam &c. Nota quod sicut ad visum naturalem & corporalem duo copulatiuè requiruntur: primò claritas aëris illuminati: secundò requiritur lumen naturale oculi: quia vnum sine altero non sufficit. Cæcus enim in die non videt, etiam si aër sit clarus, neque sufficit secundum. f. sol: quia neque videns, videt in nocte itaq; duo simul requiruntur ad bene videndum corporaliter, claritas aëris exterioris, & claritas naturalis oculi: sic in visu spirituali animæ: quia ad videendum, & cognoscendum deum per fidem, requiritur fides infusa supernaturalis, & fides acquisita, & naturaliter acquisita, & habita præsupposita prima gratia. Et super hanc fidem acquisitam, & naturalem infunditur fides infusa, & supernalis. Itaq; nunquam deus dat fidem nisi habenti fidē, aut dispositionem: quia in adultis est certum non eis infundi fidē absq; dispositione. Et hoc est, quod dicitur: quia habenti datur: non habenti autem, & id quod habet auferetur ab eo: quia sicut imaginarius nunquam proicit instrumenta artis super lignum aut tabulam, nisi prius sint elaborata securi, aut alio instrumento: sic Deus non infundit fidem infusam, nisi super acquisitā in adulto. Et hoc est quod dicit fides tua te saluum fecit, quasi dicat fides tua & naturalis acquisita ex meritistuis propter libe. arbi. q; inclinasti subiecisti te ipsum itaque visio animæ est fides acquisita, & infusa. Et quod sicut de an. in visu corporali excellens sensibile corruptit sensum, vt patra. 3. ca. tet vehementi sonitu læditur auditus, & ferro carenti cor rumpitur

Mat. 25.

Phi. li. 2.

de an.

in visu corporali

excels

sensibili

corruptit

sensem

vt patra.

3. ca.

tet vehe

menti so

nitu lædi

ture auditi

& ferro

carenti

cor

rumpit

ur

rumpitur tactus, & radio solis offenditur potentia visuua: sic excellentia fidei infusæ, quasi in nihilū redigitur fides acqui-
sita, vnde Psal. dicit. In lumine tuo videbimus lumē. q.d. in lu-
mine fidei infusæ à te nobis tua diuina miseratione, clemen-
tia, & bonitate mixta cū minimo valore fidei nostræ acquisi-
tae videbimus lumē: quia factus sum sicut nictorax in domi-
cilio, & sicut oculus noctuæ, ad lumē solis: sic intellectus no-
ster ad ea quæ sunt manifestissima naturæ: itaq; ad melius vi-
dendum diuina oportet nos fieri cæcos: quia scrutator maie-
statis opprimetur à gloria. s. propter improportionē, quæ est
inter deū & nos, quasi finiti ad infinitū: sed sola misericordia Pro. 25.
coagit nobiscū, & hoc est, q. Io. Apo. i. postquā vidit reuelatio-
nes & secreta diuina, & faciem dei resurgentē, vt sol cecidit ad
pedes eius atordido y amortecido, & benedixit: quia cecidit
ad pedes eius: quia cognitio animæ nostræ pro hac vita non
habet visum ad cognoscendum res inferiores dei, quæ sunt
figuratae per pedes. Isto modo fuit cæcus Moses quando lo-
quens cū deo opperiebat faciem suam velo. Isto etiam modo
Helias opperuit faciem suam pallio, quasi per hoc dans in- 3. reg. 19.
telligere, quod cognitio, quam deo habebat pro hac vi-
ta nō attingebat nisi pallium. s. humanitatem Christi.

Et nota, quod dupliciter inuenitur cæcus: vñus quæ natu-
ra cæcauit: vt est iste de quo in euāgeliō fit mētio aliis, quem
deus cæcauit, scilicet, paulum, quem circunfulsit lux, & diffe-
renter illuminantur, & sanantur: quia isti cæco dixit, Quid Act. 9.
tibi vis faciam? Paulus dicit. Quid me vis facere? in quibus
duplex peccator notatur. In primo obstinatus in secundo
non obstinatus.

Et nota, quod deus cæcauit Paulum cūm iret Damascum
quem ad videndum, & cognoscendum melius secreta diuina
obcecauit: vt raptus in tertiu cœlū. i. ad tertiam Hierarchiam
angelorum, sicut angelus alter cognosceret mysteria diuina
secudū Aug. Et nota, q. pro tūc nō tantū fuit factus cæcus cor-
poraliter, vt dicit tex. quia apertis oculis nihil videbat, & ad
manus trahentes illū duxerūt Damascum. Maximè cæcus fa-
ctus est ista cæcitate spirituali, de qua loquimur, q. pro videret me-
lius pro illo tūc mysteria diuina. Itaq; pro illo tūc habuit ani-
mā intellectum, & rationē quasi cæca omnino: quia potentie

Psal. 35.
Psa. 101.
Arist. 2.
meta.

Tomi. I. Ser. II. De Domi.

inferiores suspensæ in illo, & stupidæ, id est, atordidas las interiores, q̄ pro illo tunc non potuerunt exire in suos actus, & operationes exteriores, quandiu durauit ille raptus. ¶ Bona cæcitas in credēdo articulis fidei cōsideratur de qua, Captiuātes omnem intellectum in obsequium fidei. Excellentia sensibilis, id est, visionis diuinæ corrumpit sensum eius, id est, visum corporalium, & spiritualium: vt supra dictum est.

In cæco isto, & in Paulo notatur duplex obedientia bona & melior. Bona quando prælatus dicit quid vis tibi: vt faciam: melior quando subditus dixit domine quid me facere vis? Inrepabat eum vt taceret: sic contingit volenti viâ domini cognoscere i.e. religionem intrare: quia parentes carnales, & amici, i.m̄o inimici hominis domestici eius impediūt propositum: ipse verò si verum fidem habet, multò amplius clamat: quia fides formata charitate scit omnibus repugnare & omnibus imperare: quia hæc est victoria quæ vincit mundū fides nostra. Et sancti per fidem vicerūt regna mundi carnis, & dæmonis, id est, omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis, aut cōcupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Adepi sunt reprobationes gloriæ dei, ad quam nos perducat ipse Iesus qui viuit &c.

Secundus sermo in Quinquagesima. Thēma. assumpſit
Iesus discipulos suos secrētō. Lucæ. 8.

Totus sermo versabitur, qualiter debemus obseruare secrētum, quæritur scit aliquis aliquod delictum sub sigillo secrēti an teneatur illud reuelare? Respondeatur, si delictū aliter deducētum est in iudicium, scilicet per aliam informacionem, & vocatur, vt testis in iudicium obligat iuramentū vel excommunicatio: aliter non sub peccato mortali dicere non poteris, & nec ligat iuramentū, nec excommunicatio. Fundatur ista veritas, primò in correctione fraterna: quia est de precepto diuino. Si peccauerit in te frater tuus, vade, & correpe illum inter te, & ipsum solum. Si peccauerit in te, exponitur tripliciter. Primo sic in te, id est, directè contra te ipsum tantum velut si te directè iniuriauit, & indirectè cōtra deum, tunc locum habet hæc fraterna correctio: quia si cōtra deum blasphemando aut contra deū hereticādo, non haberet locū fraterna

fraterna correctio, saltem in haeresi propter fidei periculum: ut dicit Dionysius Anachorita in dict. cap. 18. Mat. ¶ Secundo modo exponitur in te, id est, solum contra te, & non contra alios, nec in praesentia aliorum: sed solum in tua praesentia: quia si coram aliis correctio non habet locum, secundum Dionysium hic. Tertiò melius exponitur secundum Augus. in te, id est, te solum sciente, ut scilicet, quia nemo alias vidit, aut sciuit peccatum proximi tui, nisi tu. Tantum enim peccauit in te, id est, contrate: quia scientia & visio peccati proximi tui legit te, scilicet, offendit: et in eo, quod scandalizauerit te: et in quantum in se fuit prouocauit te ad malum, sicut scientia boni prouocat te ad bonum te non solum in malo facto scandalizat: sed etiam in malo dicto. i. in detractione, & murmuratio: unde sicut a frōtado p pū donore sancto seu sancta superbia, quando audis peccata proximi occulta, dic detractioni, vade & effunde alibi immunitias tuas, non corā me: q̄a peccas in me. Si ergo frater tuus. i. proximus tuus peccauerit in te. i. cōtra te te sciente solū. i. secreto, corripe illum in charitate, non publicē ne infames illū: quia ad hoc ius naturae te obligat: ut quod tibi fieri nō vis, alteri ne facias: & preceptum dei, diliges proximum tuum sicut te ipsum. Et quia aliter laderes famam proximi tui, quae est optimum bonum inter temporalia bona: quia fama est frānum contra malum, & calcar ad bonum: nam infamatus liberius peccat. Sic exponitur decretum, si Cap. si peccauerit ubi dicit text. quid est si peccauerit in te, id est, sciē peccate te solum: si enim solus tu scis, & publice arguis, iam uerit. 2. non eris corrector Christianus, & euangelicus, sed proditor erroris, hæc ibi. Concluditur, ergo peccatum secretum obligat ad obseruantiam secreti. Et fraterna correctio cōcurrentibus causis, ut qui habet corrigere sit maior, & non sit in illo peccato, & verisimiliter expectetur emenda correcti. ¶ Secundo fundatur hæc veritas in obligatione secreti, de qua dicit. c. forma fidelitatis. Obseruantia secreti obligat de iure naturali, & diuino de iure naturali, ut quod tibi fieri non vis alteri ne feceris: de iure diuino, diliges proximum tuum sicut te ipsum, hinc est quod tantum obligat sicut secretum confessionis, in tantum quod licet secretum non accipiatur sub ratione secreti, id est, & si accipiens secretum abusoib.

Tomi. I. Ser. II. De domi.

non se obligat, aut dicat quod illud accipit in secreto: si ta-
men factum est de substantia secreti, & diuulgatio redū-
dat in notabilem infamiam proximi, tenetur sciens secre-

Sco. i. 4. tum seruare secretum sub pœna peccati mortalis: vt tradit
sen. dif. Scot. & omnes in dicto cap. de forma fidelitatis.

21. q. 2. ¶ Tertiò fundatur hæc veritas in ratione excommunicatio-
nis, quæ non est ferenda super leuibus criminibus, id est, ve-
nialibus. Dicit hoc glosa in cap. nullus, & in cap. episcopi. ii.
q. 6. Vnde nescio quomodo hodie ecclesia super tam leui-
bus criminibus excommunicat, nisi forte dicatur, quod sen-

tex. i. ca.
cum me
dicina-
lis. de
sent. ex-
cōi. li. 6.
& allegat Paulum, id est, ad Corinth. capi. 5. Tradere homi-
nem huiusmodi Sathanæ: vt spiritus eius saluus sit in die do-
mini. Sed hoc verum est ante contemptum, id est, ante contu-
maciam, post contumaciam autem mortal is est: quia occidit
animam, quoniā si ecclesiā non audierit. . . ecclesiæ nō obedie-
rit, sit tibi. q. ethnicus, & publicanus. Cùm ergo sententia ex-
cōmunicationis nō feratur super leuibus. i. venialibus: sed tan-
tū super grauibus criminibus. i. mortalibus, & super cōtumacia
copulatiuē. i. simul super peccato mortali, & cōtumacia in
casu. quādo compellitur iurare, excōicatur sciēs delictū pro-
ximi sūi, nō ligatur iuramento vel excōicatione: quia nō cadit
super mortale. Ex quo in sola sciētia delicti non peccat sciens
vel videns. Sed hæc ratio nō multum valet: quia sola cōtumacia
digna est excōicatione: & quælibet contumacia, imò po-

Ca. duo
funt. 96.
eccl. eccl. 6. q.
cia. Cùm ergo deus dicit per Prophetam, Mihi vindictam &
ego retribuam, non omnia accusanda & vindicanda sunt.
¶ Quinta ratio fundatur in vera intelligentia precepti iura-

menti aut excōicationis: quia quādo iudex cogit de veritate
dicenda

dicēda .i. de eo quod scio vel, iudex ecclesiasticus excoīcat scie
tes delictum , vel peccatum aliquod , intelligendum est de eo
quod scit scientia probabili, quæ potest alias in iudicium de-
duci, non de illo quod secrete scitur, quod .n. secrete scitur ne
scitur. s. ad dicēdū etiā sub iuramēto vel excomunicatione .l.
qui accusant. C. deedēdo. vbi Iuristæ, & Iohā. de platea. Inst. de
pub. iud. dicit quod excepto criminē hæresis propter fidei
periculum et etiam crimen læsa maiestatis si sit secretum
non tenetur quis reuelare coactus iuramento vel excommuni-
catione : sed si esset pæna statuta in ciuitatibus non obligat
in secreto scientem .vt ibi dicunt. Ex dictis concluditur, quod
iuramentum vel excommunicatione non cogit Christianum
ad reuelationem secreti. Expressē hoc tenet Angel. in summa.
in verbo denuntiatio .s. 13. Magister Petrus Ciruelo in tract.
Cōf. mand. 8. Astens. libro .8. cap. 7. Fallit ista regula in religio-
sis : quia si prelatus sub precepto, & excommunicatione cō-
pellit subditum, tunc fortè subditus tenetur dicere secretum
prelato tanquam patri, non tanquam iudici : vt scindat pecca-
tum , non autem vt publicè arguat . Et hoc quando veri-
militer cognoscit prelatum esse discretum , secretum piū cle-
mentem misericordem & non crudelem . Sed adhuc credo
quod omnibus his concurrentibus melius est vti consilio euā
gelico .i. correctione fraterna in charitate , quam manifestare
prelato quantuncunque secreto, & prudenti , & hoc securius
est quantum ad deum & mundum.

Notat Augusti. in reg. sua. 3. reg. ca. i. & hoc in decret. 5. q. 5.
c. nec vos iudicetis , ait bene christus mat. 18 . ait si peccauerit
in te frater tuus corripe illum intrate & ipsum solum: quod
si te non audierit, adhibe duos vel tres testes: vt in ore duo-
rum vel trium stet omne verbum & subdit Beat . Aug .ibi.
Nec vos iudicetis malignos , quando hoc indicatis , magis
innocentes non estis si fratres vestros quos indicando corri-
gere potestis, tacendo perire permittitis . Si enim frater tuus
vulnus habet in corpore, quod velit occultari , cùm timet se-
cari, nonne crudeliter a te sileretur: & misericorditer indi-
caretur? Quanto ergo potius debes manifestare, ne
deterius putrescat in corde . Hæc Beat.
Augustinus vbi supra.

Tomi.I.Ser.III.De Domi.

Sermo tertius, in Quinquagesima Thēma. Ecce
ascendimus Hierosolymam.

Iusti & boni ascendunt ciuitatē Hierusalē, & arcē Syon quę
dicitur turris homagij torre del omenage: mali & peccato-
res ascendunt suburbia Hierusalem, & manēt, nec vltra ascen-
dunt. Gradus per quos ascendunt boni sunt, quibus ascen-

Lu. vlt. dit Christus in gloriam suam. Nā ipse dicit: Oportuit Christū
pati. Ecce gradus, scilicet traditio, illusio, flagellatio, cōspūtio
condemnatio ad mortē, & per resurrectionem ascendit in

Ge. 37. Hierusalē id est, gloriā suā. Et dic qualiter traditio Christi fuit
significata per traditionē Ioseph, quia ille à fratribus est tradi-
tus, Christus à discipulo. Illusio est figurata per Sansonē, qui
multipliciter est à Dalila illusus. Fecerūt eum molere in pistri-
no, id est, ala tahona: quod in Christo cōpletū est, cùm dūctus
est p̄sēntatus Annæ, Cayphæ, Pylato, & Herodi. Circuibat
dormos pontificum, & seculariū iudicū cùm spūtūr, figuratus

Iob. 30. est in Iob. quia ipse dixit, faciem meā conspuere nō verentur.

Gen. 4. In occisione figuratus est per Abel. In his gradib⁹ deuotē ex-
clama. Quis ligauit omnipotentē? charitas. Quomodo illudi-
tur sapientia? flagellatur innocētia? conspuitur pulchritudo?
occiditur vita? & sic concluditur primus punctus sermonis.

Secundus punctus, qualiter poenitentes seu incipiētes eisdē
gradibus ascendere debet. Nā Christus in sua passione gessit
formā & vicē poenitētis. Nā ludibria & opprobria Christi no-
bis sunt sacra mysteria, & oīs Christi actio nřa est instrūctio,
vt dicit. b. Greg. multō magis oīs Christi passio nřa debet esse
instrūctio. Primus gradus nřa ascensionis spiritualis est, vt tra-

Mat. 16. damur iudicibus. i. confessoribus, qui sunt iudices arbitriaj;
nā de⁹ acceptat illos imō cōstituit indices, cū dixit. Quodcūq;
solueritis &c. Sed Christus traditus est à Iuda proditore: nos
autē tradēdissumus à miā vel charitate, vel humilitate, vel iusti-
tia orta ex cōsideratione sapiētiæ, iustitiæ, & potentiaæ diuinæ:
nā poenitentia oritur ex multis: & varijs motiuis. Aliqñ ex cō

Heb. 4. sideratione infinitæ sapiētiæ, quia omnia nuda sunt & aperta
oculis eius: multū enim timeret latro si sciret, quod caperef
à iudice cum furto. Considerat potētiā iudicis, quæ nō potest
impediri: cōsiderat iustitiā, quę nō potest flecti: & sic ex timo-
re tra-

re traditur cōfessoribus iudicandus, & cōdēnandus. Aliqñ oritur ex charitate, cōsiderat enim diuinā bonitatē, quā offendit, & videt, quod non potest recōciliari deo, nisi p̄cōnit̄at. Ex hoc mouetur ad se tradēdū in man⁹ cōfessorū, quod scriptura innuebat dicēs. Vide quā amarū est dereliquisse dñm. Aliqñ Hie. 2. tradi ex mīa, quam ad semetipsum habere debet iuxta illud, Miserere aīæ tuæ placens deo. Aliqñ tradit⁹ ex humilatione Eccl. 30. vñ dicit, vide vbi nūc p̄stratas. Ecce q̄t traditores habet pec Hiere. 3. cator. Sed debet eligere iudicē idoneū prudētū & discretū, q̄ vt dicit Guil. Pari. Sciat leges per quas reū est iudicaturus. Apo- Vt in l. stata est reducendus ad fidē & si fuerit cōtumax viuus cremā- fi. C. de dus est. Quid em̄ aliud est peccare nisi apostatare deo? & trade reāiam, q̄ est castellū dei, cui fecit omagiū in baptismo? Opor- apost. Esa. 55. tet ergo, vt derelinquat impius viā suā, & vir iniquus cogitatio Lu. 12. nes suas, & igne cremenetur, igne inq̄, de quo saluator, ignē veni- mittere in terrā, & qd volo, nisi vt ardeat? Et habita ista consi- deratione, qđ peccator introducit hostes in castellū dei faciliter habebit cōtritionē de pētō suo. Hoc cōsiderās. b. Bernard. dicit. Super illud regnabit in domo Iacob in æternū veni dñe Ber. su. Iesu, accipe regnū tuū auaritia dicit, ego regnabo sup oīa: & lu Lu. 1. xuria similiter. Incediarij sunt excōiandi carnales sunt incen- dentes fornacē, Babylonis suggestionē, vt macharelle visu im- cap. tua pudico, osculo. Meretrices sunt incēdiariæ habentes corpora nos. de sua cōbusta igne libidinoso, & alios volunt incendere: vt ani- sent. ex. mæ illorū igne æterni in inferno cremenetur. Homicidæ occi- dantur. Peccatores occidūt se ipso peccato, quasi gladio. Pec 1. vni. C. eator enim occidit aīam, vsurarius iugulat alios, & eos dimittit viuos: vt s̄pē eos interficiat exigendo vsuras. Oportet vt virg. le- ma cōtentur faciendo eos restituere vsuras ad plenū. Et sic con- iusdē. §. fessor sciat leges diuinās per quas reū est condemnaturus, legis. ff. & si fuerit ignorans, ita quod non sciat grauitatē peccatorū, ad leg. accipiat asfessores, scilicet, humilitatē: vt per illā cognoscat de- cor. de formicatē superbiæ: accipiat castitatē asfessorē, ad iudicandū sic, luxuriam: accipiat liberalitatē ad condemnādum auaritiam, & in hoc iudicio fatens veritatem absoluitur, contumax con- demnatur. Indifferens non reperitur, scilicet, neq; cōfitēs neq; negans: nā si non fatetur veritatem, habetur pro contumaci. Hæc de primo, scilicet qualiter peccator traditur iudici.

Sequi-

Tomi.I.Sermo.III.De Domi.

Sequitur secundum s. illusio, & illusio, qua christus deriso
riè est illusus, instructio nostra est, quomodo peccatū debeat
mus illudere duplicitate christus in passione fuit illusus. i.
in domo Cayphæ. velabant facie eius, & dabant ei alapas dicē
tes, Quis est qui te percussit? Magnū mysteriū & admirabile
sacramentū homo enim quādo peccat habet velū super facie

Psal.48 i. ignorantia, qua velatur dū peccat. quia omnis peccās, p illo
tuc, quādo peccat, est ignorās: nā tunc cōparatur iumēti insi
pientibus, & similis factus est illis. Sed interro gemus peccantē
quis est qui te percussit? varia respōsa dabit. Nā vxoratus di-
cet, quod percussus est ab vxore litigiosa, quę dedit ei occasio
nē peccādi. Vxor dicet quod percussa est à marito supbo cru-
deli & iracūdo. Alius respōdebit quod percussus est à sua cō-
plexione pessima: alius à societate: alius à dēmone: & sic secū-
dum varias excusationes variātur percutiētes: sed omnes mēti
untur quia secundū beat. Chrisosto. nemo lādit nisi à se ipso.
volūtas dat alapā, & destruit gratiā. ipsa est radix omnis iniq-
tatis. Peccatū adeo est voluntarium, quod si nō est volūtariū
nō est peccatū. Bene surgit motus inordinatus à sensualitate:
sed tūc nō est peccatū, nisi rō cōsentiat. Hac de causa, vt dicit
Bernar. Omnia mēbra iustē cōqueri possunt, & formare que-
rellas. Quare domine cōdēnas nos? eramus serui: obediūmus
Mat.27 dñē nostrē. Ipsa dicebat huic appetitioni. veni & veniebat, di-
cebat alteri mēbrovade ad perficiendū peccatū, & statim ibat
imō sicut naturaliter ignis producit calorē: sic mēbra natura-
liter mouētur ad imperiū efficax volūtatis. Hac de causa op⁹
exterius nō addit bonitatē evolutioni efficacivoltatis. Secun-
do est illusus in domo Pylati: posuerūt arundinē in manu eius
& accipiebāt de manu eius, & percutiebāt caput. Arūdo ponī-
tur in manu peccatoris, dū peccatū cōmittitur. Conuenienter
per arundinē figuratur peccatū. Quoniam arundo intus est va-
cua, & peccatū caret soliditate & habet vacuitatē, imō est nihil

Psal.75. Vnde psal. Nihil inuenierunt in manibus suis omnes viri diui-
tiarum: i. in peccatis suis: quoniam peccata sunt vacua. Arun-
do accipitur, cūm peccatum consideratur, quo modo in illo
inueniuntur culpa & pēna culpa quia est offensia contra
deum: pēna, quia iussisti domine, ita est, vt omnis inordina-
tus animus sit sibi pēna, vt dicit beat. August. A peccato
debet

debet separari poena, qua percutiēdum est caput peccati scilicet prava voluntas, qua peccatum est commissum mirabilis illusio est ista, qua medicina adhibetur peccato. secundū Pau^{ruma. 8} lum, de peccato damnavit peccatum: & de tiro, qui totus est venenosus elicitur tiriaca, qua curatur venenū tyri, & eo modo à peccato elicitur tristitia, quæ est conueniens medicina contra peccatum.

Tertius gradus pœnitentiaæ est spuere peccatum, per quod significatur metus abominationis peccati: nam quæ abominamus, spuimus: Latrina & venter humanus iudicāda est conscientia retinens peccatum, quod potest euomere. Tanta debet esse abominatione peccati: ut illud spuat per confessionem puram. Magna est velut mare cōtritio tua Sicut enim mare se **Tre. 2.** purgat imiuditiis & cadaueribus mortuis: sic cōscientia purgare se debet spuendo & abominando peccata. Vnde & filij Istrael non fuerunt securi, quo vsq; viderunt cadauera super ri- pam. spuat ergo peccatum, & mediante sputo fricet, & emun-dabit maculas: sic abominādo peccatum & miscendo aquam lachrimarum lauabit omnem maculam peccati.

Quartus gradus, flagellatio, factò flagello de funiculis eicit ementes, & vendentes de templo. Templum Dei sanctum, **Mat. 21.** **Io. 2.** quod estis vos. In hoc tēplo sunt diuersa peccata, spiritualia, & corporalia scilicet symonia, auaritia, superbia: fiat flagellum **2. corin-** de tribus funiculis: quia funiculus triplex difficulter rumpi-pitur. Cōtritio peccati oriatur à triplici consideratione. s. boni tatis diuinæ, & cōsideratione damni, quod incurrimus, & poe-næ inferni, ad quam obligamur. **Isto** flagello eūciamus pecca-ta à tēplo animæ nostræ. Multa flagella peccatoris, dicit Psal. **31.** quæ sunt flagella, nisi pœnæ interiores, quas patitur peccator? scilicet remorsus cōscientia, persecutions exteriores. Pater fi-lium, quæ diligit corripit. A principio mūdi flagellat deus pec-catores inumeris poenis scilicet fame, peste, & multis aliis afflictionibus: nā multa aduersitas nobis noceret si nulla iniquitas nobis dominaretur: Sed tanquā serui iniqui flagellamur à domino: imo vt dicit Sanctus Anto. de Florētia, omnes aduer-sitates àdeo immisæ sunt flagella peccatorū, vsque in tertiam, & quartam generationem vlciscitur. Ego dominus vlciscens in tertiam, & quartā generationem quia filii flagellantur pro-peccatis

Tomi. I. Ser. III. De domini.

L. quod peccatis parentum, & de rebus parentum malè acquisitis nō dixim' gaudebit tertius hæres. Quintus gradus est condemnatio ad s. si .ff. mortem vnde Eze. occides senem, iuuuenem, & paruulum virde eo . ginem, corruptam & pregnantē. Pœnitens debet occidere pecq; me. cata antiqua & noua, & occasiones propinquas peccatorū de struere debet. vt dicit S. Anto. de padua persenē intelligitur in euterata cōsuetudo & iniqua, quæ antiqtate est prescripta y ea nonizada, vt sit in cursu Taurorum, quos nō licet liberè agitari ad occidendum homines: violationes festorum absq; licētia episcopi oportet occidere senē. i. prauas consuetudines, prias, & particulares, vt est consuetudo iurandi sine aliqua ad uertentia. Consuetudo frangendi ieunia, consuetudo mentiēdi, & sequitur Occides iuuuenem. i. nouam consuetudinem, & nouiter introductam, vt magnates imponunt nouas gabellas, noua tributa, volunt sibi dari gratis hospitia: volunt vendere triticū suum, & vinū posita prohibitione, quæ cōmuniceret dicitur stanco, vt eodem tempore nullus vendat similes merces. In his annumerā modos nouos dandi ad vſuram, qui quotitie de nouo ab vſurariis inueniuntur. Sequitur occides paruum. sunt motus inordinati ad aliquod illicitum comiſſum, qui interficiendisunt, & eliciendi ad petram. Petra autē erat christus. ¶ Quarto occidenda est virgo. i. occasio peccati euitanda, quæ pusillis prebet ruinam scandali. Hinc Beatus paulus dicit. Cauete ab omni specie mali. & alibi. Si scandalizauerō proximum, non manducabo carnes in æternum: occidēta est corrupta: nam sunt qui lētantur in rebus pessimis, & exultant cum maleficerint, & alibi facta est quasi frons meretricis. Peccata publica sunt occidenda, & extirpanda per publicam potestatem, vt ludus alearum periuria, ludi matutini ante auditam missam Prægnans etiam est occidenda. i. peccata occulta. de quibus Ab occultis meis munda me dñe, & ab alienis parce seruo tuo. In qua autoritate tāgū tur peccata publica, & occulta, à quibus homo mūdandus est ¶ Tertia die resurget, Ecce terminus & finis scalæ pœnitentię. Nam peccator existens in peccato est, quasi sepultus viuus, & res amata est sepulchrum. Auarorum sepulchrū diuitiæ. Carnalium fœminæ: ambiētium honor subtus terram sepeliūtur: nam cogitationes pessimæ, & praui affectus, & delectationes inordi-

inordinatæ sunt congeries terræ, quibus cooperiuntur. Ali qui sepeliuntur in sepulchro nouo, sicut christus, in quo nondum quisquam positus fuerat: sunt inuenientes noua peccata, vt inuentores nouorum ludorum in suis nouis adinventionibus sunt sepulti. Tertia die resurget. Prima dies contritio secundum confessio. Tertia dies satisfactione, in qua soluta pena pro peccato resurget in gloria, ad quam nos perducat dominus Iesus.

Sermo primus ferie quartæ cinerum Thēma.

Vbi est. Thesaurus tuus ibi & cor

tuum erit Mat. 6.

Salut.

Miranda res & maior, quam cogitari potest: quod si que ramus à deo, ubi posuit thesaurū suum, omne cor suum omne bonū suū, totū honorem suū, respondebit, quod in mā tresua, ex quo in ea posuit filiū suū in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & sciètiæ dei absconditi. Dicit Paulus. Et si vis amplius, ita posuit deus Thesaurū suū in ea, quod ad ponendum eum prius requisivit ab ea consensum: Nam angelo dicente Aue gratia plena, non statim posuit thesaurum suū: sed cū cō sensit dicens. Ecce ancilla domini. Et in figuram huius posuit Salomon Arcam pro thesauro in tēplo, in qua ipse posuit thesaurum sine numero pondere & mensura: quia erat ditissimus: Quilibet prout poterat, quantūcunq; poterat, pro indulgentia remissionis conferebat in tantum, quod vidua misit duo minuta, & plus omnibus obtulit sic deus ditissimus posuit in matre: quia sine numero, pondere, & mensura gratiarum nos quasi pauperes, paucum & ex bona voluntate offramus Aue maria.

coll. 2.

Primo videamus locū, in quo thesaurus est abscondendus: Secundò de ipso thesauro quis sit. Ecclesia monstrat locū, in quo occultatus est thesaurus noster. sc. cineres. Et si quicquam ab ecclesia, quare dat nobis cineres assignabit multas ratiōes. I. qd. vult ut oues ad extrema cæli mittere nos. Ponit nobis si gnum ne pereamus, Quod si aliquando aberremus: sed nos semper sumus quasi oues aberrantes: errauit sicut ouis quæ periit. psal. tantam curam habet deus in concilio o' consejo de la mestavt nulla ouis pereat. Iohan. 10 Ques meæ vocem meā audient, & nemo rapiet eas, de manu mea, qnia pater

psal. 117

pater quod dedit mihi mai^o est omnibus, ex quo dedit omni potentiam. Pascua sunt beatitudo sanctorum: ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Vnde sponsa requirebat, ubi pascis in meridie. Hic mundus quasi cañada quò vadunt ad extremū cæli: vnde cōtingit nobis sicut ouibus, quæ vadūt & nullam moram faciunt, in via laborant ambulādo & nō quiet scunt, pascunt & non saturantur: sic nos, quia fecisti nos domine ad te, & inquietum est cor nostrū, donec perueniamus ad te: Similiter sicut oves vadūt per semitam à qua si exeunt,

Mat. 7.

Lu. 10.

3.Re. 17

statim accipitur pignus. Arcta est via quæ ducit ad vitam, à qua si egrediemur, statim arripitur pignus gratiæ: sed nolite timere pusillus gressus: quia cōplacuit patri vestro dare vobis regnum. ¶ Secundò ecclesia ponit cineres sicut fculneæ serò producēti fucus, quas deus valde cupit comedere. Figura. luc. 13. de arbore fici plantata in vinea, quæ tribus annis fucus non produxerat vide & applica. stercore nec alibi querenda, nisi à nostro stabulo: quia homo natus de muliere &c. Tertiò vult deus comedere panem nostrum subcineritum. figura Heliæ. cui vi dua dixit, viuit dominus, quia nō habeo ancilla tua, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria, & modicum olei in Lechyo. At ille vade, & fac mihi primum panem subcineritum: vide figuram & expone bene per singula, facilis est applicatio. Quartò vult ut custodiamus thesauros nostrum in morte: omnia enim sunt dubia, & forsitan deficiēt præter mortem, quæ certissima est. Vnde Augusti dicit, si vna mulier concepit fortè pariet, vel nō: & fortè nasceretur infans viuus. vel non nasceretur viuus: & si viuit, attingit ætatem integrum vel nō, sub dubio est: & si grandis effectus forte erit diues, & forte vtetur benedictiis, aut non: & si bene vesus fuerit, viuet per magnum tempus aut modicum: & si vixerit multo tempore, aut forte morietur vel non hic iste vir infixus est morti ha tollo en la muerte: quia non potest dicit forte morietur vel non morietur. Cùm mors sit certissima. O mors quomodo vtilis omnibus, & custodis thesauros. Beati mortui. Omnia sunt incerta, & dubia. Non est tutum ponere thesaorum in magno statu nec in diuinitiis: nec in gaudiis: quia omnia subvertuntur à morte: Sola mors nos ponit in tuto loco: sicut qui parat dominū domino suo, in quo thesauros recōdat Refugium securū contra omnia

tra omnia pericula meditatio mortis refugium contra vires,
 contra pulchritudinem, contra superbiam, contra peccata est
 mors. **V**e limponit cineres ad humiliandum homines in hoc
 quod communiter peccant homines, scilicet, superbiendo de
 nobilitate generis, scilicet, enlinages. Vnde contingit homini
 bus, sicut in palmitibus: qa et si cognoscuntur quandiu sunt in
 vite. Cuius generis sunt, scilicet, aluillos, torrentes, calagranos
 & etiam quando præciduntur à vite: in cineres conuersi: non
 cognoscuntur: sic nobiles genere bene distinguntur ab igno-
 bilibus, & in mortis honore, antequam sepeliantur, bene co-
 gnoscuntur: quoniam honorati luminaribus, oblationibus
 sumptuosis, & cantibus solennibus: sed conuersi in cineres
 nullo modo distingui possunt. **V**e melius imponit cineres,
 ad prouocandum deum: vt parcat nobis: quoniam quod ma-
 gis prouocat diuinam misericordiam, est allegare fragilitatem
 nostram: Vnde deus voluit informari de fragilitate propria
 Adæ: quando interrogavit Adam, vbi es? Psal. Miserere mei,
 quoniam infixus sum inlimo profundi: & alibi Miserere mei Psal. 68.
deus secundum magnam misericordiam tuam: quoniam ecce Psal. 50.
 in iniquitatibus conceptus sum, quia est malum quod crevit
 mecum. **V**e quia vult, vt celebremus hodie nostrum festum,
 scilicet, nostra fragilitatis, si quidem quando celebramus fe-
 stum Christi, & aliorū sanctorum festa aliena sunt: sed hodie
 est festum fragilitatis nostrae, & magna audacia illud celebra-
 re debemus: quoniam Elias visurus deum, & cum eo loquutu-
 rus pallio operuit vultum suum: quasi non audens loqui de
 deo: sed de fragilitatibus nostris, quis non audeat loqui? sicut
 qui non cognoscit portum nauigationis sue, quid sperat nisi,
 vt in precipitum vadat? Sic qui non cognoscit finem suum, si
 illa sententia Philosophi in tanto honore habetur. Homo co-
 gnosce te ipsum: vt penderet literis aureis ex foribus templi
 Apollinis. Et sententia nō dicit in quo cognoscat semet ipsum
 homo: sed festum nostrum dicit in quo, scilicet, quia puluis
 es. Ecce ergo locum, in quo thesaurus noster abscondi debet
 Videamus in secunda parte de ipso thesauro quis sit. De the-
 sauro possem loqui primo de thesauro prædestinationis: sed
 quia est est valde secretum deo, vnde cui solus est cognitus
 numerus electorum, & de hoc non amplius volo dicere:

- nisi quia iustus es domine,& rectum iudicium tuum. Et quia neminem condemnas sine demeritis: neminem saluas sine meritis. In hac materia nata Elephas, & peditat agnus: ut omnis creatura humilietur coram deo. Qua de causa dicit scriptura. Nonne haec sunt abscondita apud me, & signata in thesauris meis? Alius thesaurus est sacra scriptura, de qua
- Deu. 32. Sap. 7. Salo. in lib. Sapien. Infinitus enim est thesaurus hominibus, quo qui vni sunt participes facti sunt amicitiae dei. In hoc loco sunt omnes thesauri scientiae dei absconditi. Quod docet est veritas, quod praecepit est bonitas, quod promittit est felicitas Audi. Psalm. Quam dulcia fauibus meis eloquia tua. Et Aposto. Vinus est sermo dei, & efficax Esaiæ. 48. Ego dominus docens te vtilia. Non audisti triplicem felicitatem: qui sapit modicum, & non vult doceri, qui sapit multum, & non vult docere, qui bene docet, & male operatur.
- Mat. 15. Tertius thesaurus est propria conscientia de qua in euangelio: simile est regnum coelorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo &c. Sicut ergo, qui effodit thesaurum, non deficit in primo iectu: sed si inuenit venam. Ponere, Aliquis bonus Zoari dixit, illuc est aliquis bonus thesaurus. O quomodo fodit, & non deficit? Dicit tibi Paulus: quia thesaurus est in te, id est, conscientia tua. In me? Nunquam tam
- I. Cor. 3. le cogitau, nec cognoui. An nescitis, quia templum dei estis I. Cor. 5. vos, & spiritus sanctus habitat in vobis. Expurgate ergo vetus fermentum: proice terram auaritiae tuæ, concupiscentiae, lapides duræ inimicitiae, qui habent coopertum thesaurum conscientiae tuæ: ne videatur Deus in ea: sicut nec apparet imago in aqua turbida: sic nec Deus in conscientia inquieta Es. 68. Nonne hoc est ieunium, quod elegi? Dissolute colligationes impietatis, & solue fasciculos deprimentes haec ibi. Dicit glos. in lib. scilicet falsas cartas, & Chyrographa &c. Nonne hoc est ieunium, quod elegi, imo subdit ibi. Frange esurienti panem tuum. Colligatio impietatum est omne instrumentum obligatorium contra pietatem proximi & contra bonam & serenam conscientiam. Haec tantum Cor. 2. de thesauro conscientiae. Quartus thesaurus est, in quo bonus ille testis de visu Paulus dicit. Quod nec oculus vidit, nec auris

auris audiuit &c. Si enim qui congregat thesaurum querit
duo, scilicet, locum secretum, & tutum: sic tu pone elemo-
synam tam secretam, ut nesciat sinistra tua, quid facit dexte-
ra tua, id est Avaritia. O que me faltara mihi deficit pecu-
nia, quod dextra tua, id est, pietas iubet, faciendum. Et in lo-
co tuto, ubi fur non appropinquit, id est, in cœlo, ubi men-
suram bonam, refertam coagitataam, superfluentem inuenies.
In loco secreto pone. Sed hoc oītinam in loco publico po-
nas, ut fortè in hoc hypocrisis queratur secundum Grego. in
moral. Multiplex hypocrisis: alia bona, alia mala. Bona est
hypocrisis, quando bonum facio, ad dandum bonum exem-
plum proximo, propter hoc proculo, ut videat me orare, ie-
junare & eleemosynam dare. s. vt videant vestra bona opera,
& glorificant patrem vestrum, qui in celis est, de beat. Fran- Mat. 5.
ciscus. Utinam fratres mei essent hypocrita. Item cum quis
recitat diligenter, attentè & deuotè ut alias similiter faciat, sed
aduerte, quod clerici, qui vtuntur nimia negligentia, &
aduertentia in horis recitandi secundum Gersonem, vix ex-
cusantur à mortali. Hypocrisis mala est Pharisaica, quādo fa-
ciunt bona opera, ut vidcantur ab hominibus. Iste non habet
meritum, quia recipiunt mercedem suam. s. vanam gloriam
certè bien pagados van. Et pater tuus, qui videt in abscondito
reddet tibi: differenter quam alij emit Deus à nobis. Ven-
ditor vendit in obscuro. Emptor educit in lucem: sed non sic
Deus emit: quia nec fallit nec fallitur: emit nostra opera in
abscondito, & noui vult, ut alias ponat pretium operum: nisi
ipse solus. Et videte quantum valeant: quia ipse solus ponit
pretium dicens, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet
tibi, & prouno opere bono acceptato confert gloriam.

C Tertio est, videndum, de qua moneta thesaurus est congre-
gādus. Moneta debet esse puri metalli: opera mala ex genere,
ut adulterari, mentiri, furari, sunt impuri metalli. Habent se-
cum inuolutam malitiam: ideo de eis non est conflan-
dus thesaurus: nec de moneta diminuta in pondere, recisa,
carenti imagine: sed de materia durabili, preciosa, ma-
gna in pondere est congregandus thesaurus. In his nota-
bis conditiones operis meritorij: ut ex illis fiat thesaurus in
cœlo debet ultra habere, id est, acceptari a: deo nullum

80
enim meritum valet ad vitam æternam nisi à deo acceptetur. Et nota, quod moneta est, in dupli differentia: quædam solum vale ratione signi seu imaginis: alia ratione signi, & ratione metalli. Similiter opera sunt in dupli differentia: quædam valent ratione intentionis rectæ, ut ieunare, peregrinari, & his similia: alia de se valent, ut diligere deum, credere in deum sperare in deum: quæ valent de se precipue, dilectio dei super omnia, seu affectio iustitiae quæ de se est recta, nec potest malificari. De his operibus de se bonis congregandus est thesaurus noster, cui debetur gloria.

Sermo secundus Quartæ feriæ cinerum. Thæma.

Conuertimini ad me. Ioel. 2.

Hie. 2. *C*Vm dominus dicat conuertimini ad me: signum est, quod non sumus ad eum conuersi, sed ad oppositum, & ita est, quod peccatores vertunt terga deo: vnde dicit scriptura: dorsum non faciem verterunt ad me: quod dominus videntes dicit illis, ut conuertant faciem, & non dorsum. Ergo duo sunt videnda. Primo qualiter peccatores vertant dorsum deo: secundo qualiter faciem vertere debent.

Eze. 19. Ad primum sciendum est, quod hic homo noster interior habet faciem & tergum: facies est conscientia. Per faciem, ut dicit Greg. super Ezech. quilibet cognoscitur. Ex visu cognoscitur vir, & ab occurso faciei cognoscitur sensatus. Et patet clare, quod in homine sunt multa signa exteriora, per quæ cognoscuntur interiora, de quibus est ars Physiognomiae scripta. Et inter omnia signa illa sunt præcipua, quæ sunt in facie hominis, cætera sunt minus certa. Ratio est, quia in facie magis vigent sensus, qui cum anima coniunguntur, & licet sint corporales, tamen non in corpore solum consistunt: quia ab anima vegetantur, & ex eorum nimia cum anima conuer- fatione habent in se demonstrationem eorum, quæ in anima sunt. Hinc dicitur. Eccl. Cor. 15. hominis immutat faciem eius id est, immutatio faciei ex corde nascitur. Vnde Augustinus, impudicus oculus impudici cordis est signum Ouidius etiā. 2. Meta. Heu quam difficile est crimen non prodere vultu? *Ecce ergo quomodo per faciem non solum cognoscitur homo*

homo exterius: sed interius por conscientiam quis iudicatur,
 à deo talis iudicatur, qualem conscientiam habuerit. Merito
 ergo facies animæ, est conscientia nostra. In hac sunt duo ocu-
 li eius, scilicet intellectus, & voluntas: de quibus dicitur in
 Canticis. Vulnerasti cor meum, soror mea, in uno oculorum
 tuorum. Alia litera dicit, Cor meū cepisti in ex oculis tuis:
 nō enim capitur deus intellectu: sed affectu: cùm istos oculos
 conuertimus ad deum, scilicet, intellectum, ad cognoscendū:
 & affectum, ad amandum, faciem vertimus ad deum. Per ter-
 gum intelligitur obliuio, vel contemptus. Psal. Proiecisti post
 tergū omnia peccata mea, id est, dedisti ea obliuioni. Si ergo Esa. 36.
 occupamus intellectum circa mundana, & affectum: obliui-
 scimur deum. Tunc habemus faciem ad mūdum, & tergum
 ad deum. Ethoc est, quod dicit Augustinus, Peccator verit se
 ab incommutabili bono, & conuertit se ad commutabile bo-
 num Hiere. 2. verterunt ad mescapulas. De istis dicitur, quod Eze. 8.
 inter visiones, quas vidit, vna abominatio erat, in qua vidit in
 hostiis templi, quasi viginti quinque viros habētes dorsa cō-
 tra templum. Isti sunt mali Christiani, qui per fidem sunt in
 ostio: sed quia non habent charitatem, non intrant. Isti sunt
 viginti quinque: qui numerus ex quinq; per se ipsum multi-
 plicatus resultat, & denotat, quod appetitui quinq; sensuum
 seruiebant. Hic habebat dorsum ad templum. glos. interli. id
 est, contemnentes creatorem. Ecce qualem urbanitatem ha-
 betis cum deo: vni militi non auderes vertere dorsum, & non
 vereris vertere deo. Certè non fecisti, nisi quia ut dicitur,
 Corint. Animalis homo non percipit ea, quæ dei sunt. Cùm
 ergo sit istam malè ordinati, & compositi deus dicit, Conuer-
 timini ad me, quod si non feceritis, ecce quod dicit dominus,
 dorsum, & non faciem vertam eis. Pro quo est notandum,
 quod deus habet faciem, & dorsum, dimissa alegoria, qua fa-
 cies dici solet diuinitas, & dorsum humanitas, iuxta illud, Po-
 steriora mea videbis, faciem autem meam videre non poteris: Eze. 33.
 sed dico, quod trinitas ipsa habet dorsum, & faciem, id est, iu-
 stitiam & misericordiam. Per faciem, quæ est prior pars homi-
 nis significatur misericordia, quæ est prior in deo. Per tergū,
 quæ est pars posterior significatur iustitia, quæ est posterior
 in deo. Prius enim expectat nos, & ad misericordiā inducit, &

Hie. 18.

inspirat nobis: tandem si non conuertimur, punit nos.
Ecce iustitia. Facies ergo in deo est misericordia, dorsum iu-

Psf. 1m. stitia. Hanc faciem desiderabat Psalmus. Ne auertas faciem
142. tuam à me, & similis ero descendantibus in lacum. Et

Iob. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimi-
cum tuum, id est, abstulisti à me misericordiam, & habui-
sti te mecum, sicut inimicus. De hac dicitur, Facies tua gra-
tiarum plena. Minatur ergo Deus dorsum vertam eis, & non
faciem, id est, iustitiam exequar in eis, De qua Psalm. 7. Nisi
conuersi fueritis, gladium suum vibrauit, arcum suum te-
tendit, & parauit illum. Per istum gladium, potest intelli-
gi humanitas, de qua Matth. 10. Non veni pacem mittere in
terram: sed gladium veni enim separare hominem aduersus
patrem. Iste gladius in primo aduentu fuit testus vagina hu-
militatis: sed in die iudicij euaginabitur gladius: quia in ma-
iestate apparet. Aliter per gladium intelligitur poena æter-
na. Vnde Iob. 19. Fugite a facie gladij, quia auctor iniquitatum
gladius est, id est, iudicium. Per arcum intelligitur sacra scri-
ptura. In arcu sunt duo, scilicet, lignū durū, & corda blanda.
Per lignum durum, testamentum vetus intelligitur, quod

Aet. 15. fuit tam durum, quod vos, nec patres vestri portare po-
tuerunt. Per cordam blandam, testamentum nouum. Ab
hoc ergo emittuntur sagitte contra peccatores, contra super-
bos eiuentes eos, dum alleuarentur.

Psal. 72. ¶ Vel aliter. Per arcum intelligitur diuinum iudicium, quod
comitantur duo, scilicet iustitia, & misericordia. Iustitia,
quia lignū durum: misericordia. q. corda blanda. Vnde sem-
per misericordia flectit rigorem, quoniam Deus punit crita
condignum. Misericordia domini, quia non sumus consum-
pti: Hunc arcum semper habet Deus paratum: sed non sem-
per emittet sagittam: quia semper habet Deus sententiam
definitam, licet non semper exequatur eam. Qua de causa di-
cit, arcum suū tetendit, & parauit illum: parauit quidem: quia
sententia iam est lata: sagitta non emittitur, quia sententia
non mandatur exequutioni. Et aliquando mittit sagittam
ad terrendum, non ad interficiendum. Facit enim Deus sicut
Pyratæ, qui mittunt tormentum prope nauem, ad terren-
dum eam, non ad submergendum: quia si noluerit tradere
se, id

se, id est, rendirse, statim mittit de directo contra eam: Sic Deus prope percutit, scilicet, maritum, uxorem, filios, cognatos: & tandem percutit te de directo, percutit possessiones corpus &c. Vnde Salo. Ne te differas conuerti de die in diem. Nihil est ita potens ad conuersionem peccatoris, si-
cut cogitare vitam suam, qualiter factus est inimicus Dei, priuatus gloria Psalmus. Cogitau vias meas, & conuerti
pedes meos in testimonia tua. Quare conuertisti pedes tuos,
quia cogitasti vias tuas. Faciat sicut viator, qui putat ire
per viam securam, & inuenit limum magnum, à quo nul-
lo modo exire potest como de tolladar dicit. Reuertimini
Buelta: buelta sic peccator vadens per viam diuitiarum, &
honorū, putat viam securam: & quia est via, quæ videtur ho-
mini recta nouissima eius ducunt ad mortem. Ecce limum Psa. 67.
profundum, scilicet pœna inferni. Psalm. Ex Basam conuer-
tam: conuertam in profundum maris: quia ex confusione
oritur contritio. Vide ubi nunc prostrata sis. Considera mul-
ta, ex quibus oritur confusio: & sic conuertēris ad domi-
num, & sic sequitur secunda pars.

¶ Conuertimini ad me: Quomodo conuertemur ad te si nō
possimus moueri sine te? Tu ergo Deus meus es in quo mo-
uemur, & sumus: & folium arboris, sine te: non potest
moueri. Conuerte ergo nos Deus, & conuertemur ad te: su-
mus enim sicut imago in speculo, quæ conformatur vul-
tui aspicienti speculum, si vultus aspicit terram, similiter
imago. Nos creati sumus ad imaginem Dei, & in omnibus
conformemur deo, illum imitantes: Aspiciamus Deum eo
modo, quo aspicit nos. Sic inclinavit Iesus caput ad dexte-
ram, id est, ad partem boni Latronis, ut eum Latro aspice-
ret, & rogaret eum, Memento mei dum veneris &c. Omnes Lucez:
sumus Latrones, furati sumus nosmet ipsos deo. Ideo ore-
mus, ut aspiciat nos.

Conuertimini ergo ad me. Inimici instant & approximat
Captiuitas imminet, esta en la mano, Et inimici facti sunt in Tre. 1.
capite. Collum nostrū opprimunt pede. el pie sobre el pe-
scueço, & captiuos nos ducunt in lege peccati. Non restat
aliud refugium, nisi conuertimini ad me. Et sic inimici vestri
conuertentur, & cessabunt prosequi vos.

Tomi. I. Ser. III. De Feria.

Conuertimini ad me iuxta est dies perditionis nostræ, & omnini qui stant in peccato mortali, & quis poterit fugere à ventura ira. Iudiceni habemus terribilem: non potest vinci: quia est omnipotens: non potest decipi: quia summa sapientia est: uon potest corrumpi, quia ipsa iustitia est, non potest sustineri: quia potestas eius potestas æterna: & regnum, quod non corruptitur. Non potest fugi: quia est ubique & tamen rogari potest: quia ipsa misericordia est. Placari potest, quia benignitas est, potest mundare: quia fons vitae est: satiare: quia panis vitae est, suscipere, quia refugium est. Conuertimini ergo ad me. q.d. de ipso fugite ad ipsum, de ipso appellate ad ipsum: à sua iustitia ad suam misericordiam. Ab offendo domino fugit seruus in longinquum: sed ad offensum dominum fugit peccator. Conuertimini ergo ad me. Ipse est, qui ait veniente ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis. Offensus homo dicit, per istam crucem, per istas barbas, per hæc vulnera, tu das mihi poenas: sed Christus in cruce dicit, Per hanc crucem, Pater ignosc illis. Bene ergo conuertimini ad me: statimque si fueris conuersus, & sis iuxta te, intra te, apud te: imò Christum inuenies statim intra te paratum suscipere te. August. in confes. Cùm hoc certè sciam, quia omnipotens deus ubiq; præfens est, cunctis præsidens: singulos replens, cūctorum curam agens. Hoc tamen est magnæ admirationis mihi, quia quasi omnium oblitus solùm mihi intendere velit: Nam semper sic separatum exhibit, ut quo cunque me vertam, semper paratū inueniam, nec vñq; me deserat, nisi ego priùs deseram illum.

Eze. 18. Conuertimini eugo ad me: quacunque hora ingemuerit peccator, &c. Conuertimini ergo ad me non respiciendo retro ad

Luc. 9. vitia, quia nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro: apius est regno dei. Figura devxore Loth respiciente ad

Gen. 19. Sodoma, & conuersa est in staturam salis. Figura devaccis habentibus vitulos portantibus arcam fœderis conclusis vitulis domi, & ipse recta via incedebant, nec declinabant ad dextram

1. Re. 6. me ad sinistram: sic penitentes reclusis appetitibus intra cor, rectam viam, mandatorū dei sequantur, non declinantes ad dextram prosperitatis, per intemperentiam, nec ad sinistram aduersitatis pertimorem, scilicet non peccates per elationem, nec per impacientiam. Conuertimini, quia qniscit si conuertatur

tatur, & ignoscat deus? Quod sic expouit Hugo hic, & optimè, quis scit si conuertatur peccator & statim ignoscat deus? q.d. quis est qui sciret, quid est primùm conuercio peccatoris: an iustificatio impij? Ex quo scriptum est. Dixi confitebor ad uersum me iniustitiam meā dño, & tu remisisti impietatē pecati mei. Licet enim conuersio sit prior præsuppositione, tamen temp̄re simul sunt conuersio & iustificatio, sicut apari-
tio fenestræ, & ingressus solis.

psal. 31.

CEt relinquat post se benedictionem. Hugo hic. Tria sunt genera bonorum christianorum, quidam innocentes quibus deus relinquit ante se benedictionem, ipsos præueniendo, & gratia præseruando à culpa. Secundi sunt boni christiani, qui licet peccatores sint: tamē statim post commissum peccatum resipiscunt, & firmiter proponunt corrigere vitam: quibus deus relinquit benedictionem, id est gratiam sanam iuxta se, id est simul cum ipso peccato: quia cum ipso tribuit gratiam contritionis, & ad remissionem culpæ sequitur infusio gratiæ. Tertijs sunt boni christiani, qui multo tempore durant in peccato: tamen in fine vitæ suæ vel antea conuertuntur, & emendantur. Et de istis dicit hic, Reliquit post se benedictionem gratiæ, & post dabit benedictionē gloriæ, quam nobis præstare diguetur Dominus Iesus.

*Sermo tertius, in die Cinerum. Thema. Conuerti-
mini ad me in toto corde vestro.*

Ioelis. 3,

QVINQUE conuersiones mirabile leguntur in sacra scriptura, quas oportet gradatim inueniri in corde. Prima, est conuersio maris in aridam. Psalmus, Qui conuertit mare in aridam, & iordanis cōuersus est retrorsum. Eccl. Cor impij q̄si mare seruens, quod agitat quatuor ventis de quibus Daniel, scilicet quatuor cogitationibus, quæ eum cruciant. Prima, timor mortis, quo affligitur: quia cognoscit, quòd in morte membra arescent: oculi cauabuntur, lingua adhærebbit palato. Secundò agitatur vento amoris, scilicet, vxoris, filiorum, diuinarum, & aliorum, quæ amat. Tertiò, agitatur vēto spei:
Dañ. 7.

n 5 quia

Tomi.L Sermo.III. De

quia sperat officia dignitates ecclesiasticas, & temporales, pro motionem ad officia: habet etiam spem longioris vitæ. Quar-tò agitatur timore diuinorum iudiciorum, & pœnarum inferni. Psal. Dum turbabitur terra, transferentur montes in cor maris, id est superbi. Cor continet, amorem & virtutem. Infer-nus autem est cor maris: quia omnem amaritudinem, excelen-tiam & robur continet. Ex consideratine istorum iudicio-rum siccatur cor, & cessat peccare, & sic conuertitur mare in aridam. Et iordanis conuersus est retrosum. Per iordanem significatur cor, quoniam iordanis à duplice fonte oritur: à ior: & dam, ut dicit diuus Hieronymus, sic cor à duplice fonte oritur: quoniam aliud est corporale, quod est primum vi-uens, & ultimum moriens in homine, & oritur ex re corpo-re. Aliud est cor spirituale, de quo Psal. Cor meum dereliquit me. Exponitur de corde spirituali, & non de corporali: quia cor corporale non valet derelinquere hominem: Cor spiritua-le frequenter recedit ab homine: sicut puella vagans aspicit ianuam, dicitur moça andariega: derelinquit domum, sic cor vagum derelinquit hominem. In hoc iordane seu corde sunt aquæ in duplice differentia. Quædam enim ascendunt sursum in similitudinem montis, scilicet virtutis infusæ, quæ infunduntur à Deo & terminantur ad Deum. Psal. Mihi adhærere Deo bonum est, scilicet, per amorem, & ponere in Deo spem meam. Item situit anima mea ad Deum fontem viuum. Ha-bet aquas inferiores, scilicet desyderia carnis. Paul. Manife-sta sunt opera carnis fornicatio, cum cæteris, quæ enumerat Paul. Hæ aquæ descendant in mare mortuum, per quod figuratur pœnitentia: mare mortuum secundum historiam scholasticam mortificat viua, & viuificat mortua: sic pœnitentia mortificare debet viua vitia, seu passiones viuas, scilicet superbiam inuidiam, luxuriam, & cætera vitia quæ in pœnitentia mori debent: virtutes autem mortificatas per pec-catum viuificare debet: & sic renouatur homo in hoc iordane.

Psal.45

Psa.39

Psa.72.

Psa.41.

Gal.5

Psa.103.

¶ Secunda conuersio est, qua conuertitur petra in stagna aqua rum, & rupes in fontes aquarum. Hæc conuersio sequitur pri-mam, quia cum cor durum & saxeum peccatoris per timo-rem diuinorum iudiciorum cessat à peccato: statim emollitur & effluit in lachrimas contritiōis. Vnde Psalm. Percussit pe-tram

tram & fluxerunt aquæ. Figura Nu. 20. Deficiente aqua oravit Moses ad dominum dicens, Aperi eis thesaurum aquæ viuæ, Respondit Deus: Loquere ad petram: & ipsa dabit tibi aquam, percussit silicem & fluxerunt aquæ. Cor peccatoris est durum, quasi petra, cui loquitur prædicator, & percutit bis cor, scilicet, ut consideret pœnam damni, & pœnam sensus. In pœna damni perdit consortium angelorum, thesaurum ecclesiæ, suffragia sanctorum & ecclesiæ, perdit deū, & gloriam beatorum. In pœna sensus obligatur pœnæ æternæ, & cruciatibus æternis. Vel duplex percussio significat pœnam æternam in corpore, & anima. Vel percutitur bis petra, id est Christus, cùm consideratur, quod dum viueret percussus est clavis, & mortuus percussus est lancea: & sic percussus dabit tibi aquas contritionis.

Tertia conuersio est solis in tenebras, & lunæ in sanguinem: sicut enim in maiori mundo fecit Deus duo luminaria, lumen maius, quod est sol: & lumen minus, quod est luna: sic in homine lumen maius, quod est ratio, siue intellectus: à quo omnia tam spiritualia, quam corporalia deprehenduntur: ut quod omne bonum est diligendum, omne malum fugiendum. Cùm ergo anima peccatrix ad Deum conuertitur per pudorem, & confusionem, quam habet ex horrore culpæ suæ, sol conuertitur in tenebras, scilicet, ratio in erubescientiam sui, & confusionem propter displicantiam, quam habet de peccato. Ex qua oritur tristitia, quæ est quasi tenebrae, in quam ratio conuertitur: & luna, id est sensualitas conuertitur in erubescientiam, cùm confiteatur peccatum. Vnde Iob verebar omnia peccata mea. Erubescientia Iob. 9.

est magna pars satisfactionis. Alia tamen erubescientia, quæ facit peccatorem obmutescere, ne confiteatur peccatum, destruenda est.

Quarta conuersio est aquæ amaræ in dulcedinem, quod factum est per immisionem ligni. Quod fit quando post confessionem de bitam vita amara peccatoris conuertitur in dulcedinem mentis. Et opera poenitentiae, quæ amara videbantur ex memoria crucis & amaritudinum, quas passus est Christus in ligno dulcia sunt ei. Et hæc conuersio concernit satisfactionem. Vnde sicut pomum maturum, & dulce: sic opus, quod fit propter

Exo. 3.

Io. 2. propter amorem Christi est dulce. ¶ Quinta conuersio fuit aquæ in vinum, & hæc fit, quando ex gratia dei superabundanter effusa in cor peccatoris, aquæ contritionis conuertuntur in dulceninem: vel quādo timor conuertitur in amorem. Nam in nuptiis erant Hydriæ capientes duas vel tres metretas: quia poenitens habet duos vel tres timores, scilicet, de præterito, de præsenti, & de futuro. Timor de præterito est, quando timet an satisfecit de peccatis commissis timorem de præsenti habet: quia nescit certitudinaliter an amore vel odio dignus sit: dico certitudinaliter: nam ex coniecturis probabilitibus bene potest elici an sit in gratia, scilicet, si habet propositum efficax non peccandi, & propositum confitendi tempore debito, & habet contritionem de peccato. Tertius timor est, an finaliter discedet in gratia, vel in peccato, quod solus deus scire potest.

¶ Secundò dicitur ad me. Pro quo nota, quod conuersio fit tribus modis: primò quia faciem abscondimus deo: tergum ostendimus. Vel secundo, quando illud, quod est super conuertitur deorsum. Tertio quando quod est ad dexteram, ponitur ad sinistram. Primo modo nos conuertimur ad deum, & deus ad nos. Conscientia nostra facies anterior est conuertitur ad deum peccator, quando suscipit eius inspirations: sicut speculum conuersum ad solem suscipit radios: sic anima ad deum conuerta, qui est verus sol iustitiae, cuius radij sunt gratia & charitas, & alia virtutes, quibus continuè illustratur: sed deus non conuertitur ad nos, nisi conuertamus ad illum: sicut imago vertitur ad vultum aspiciens illum. Filius dei est imago patris, qui conuertitur ad conscientiam, quæ illum diligit conuertitur autem deus ad nos: quia faciem suam ostendit, dum nobis communicat misericordiam, quoniam in tempore præsenti ostendit misericordiam, quod tempus est quasi facies anterior dei: sed in tempore posteriori ostendit iustitiam, quæ quidem est quasi pars posterior dei. Conuertitur etiam ad nos cùm ex nostra charitate, & misericordia nos purificat, & sibi acceptabiles reddit: & sic conuertitur ad nos. Nam deus noster ignis consumens est. Vnde tanquam ignis facile peccatorum paleas consumet. Tum quia licet dei iustitia corrigat nostros

nostros excessus, tamen dei misericordia ad nos conuertitur,
 & nobis commensuratur. Nam grandis erat Helisæus: tamē
 puer se commensurauit, vt ori os, oculis oculos, manus ma-
 nibus adaptaret: sic licet veri Helisæi infinita sit iustitia: secun-
 dum tamen humanitatis & humilitatis misericordiam se no-
 bis exhibuit, vt eius similitudine attraheremur & conuer-
 teremur. Et sicut magnes trahit ferrum: & ferrum conuer-
 titur ad illum: sic nullum cor est ita ferreum, quod non tanta
 benignitate, charitate, & humilitate trahi possit: ideo paruu-
 lus factus est: vt conuerteretur ad nos: & se ipsum commensu-
 rauit nobis, & vt nos conuertamur ad paruulum, efficiamur
 paruuli. Vnde Bernard. Magnus Dominus, & laudabilis ni-
 mis, sed paruulus & amabilis nimis. Ad paruulum itaque cō-
 uertamur. Sed modus conuertendi ostenditur quando dici-
 tur in toto corde vestro, quod patet ex tribus: primò quia
 medicina est ponenda, vbi periculosior morbus est. Morbus
 autem peccati in corde periculosior est: quia simile est vene-
 no: quod quandiu non intrat cor non occidit, sic peccatum
 solùm in corde consumatur. Secundo hoc docet Aranea, quæ
 incipit reparare telam à medio: si homo incipit reparare vi-
 tam à corde, quod est in medio hominis. Tertiò: quia deus Pro. 23.
 petit cor à nobis ex omnibus, quæ habemus. Fili mi præbe
 cor tuum. Deus enim sicut avis nobilis solùm querit cor de
 homine: Dedignatur enim tam paruam hæreditatem cum
 alio diuidere. Vnde Chrisosto. Si peteret Deus eleemosynā,
 posset se pauper excusare: si orationes, mutus: si peregrina-
 tiones, claudus: sed solùm querit quod homo habet, scilicet
 cor, non propter se: sed propter nos: vt nobis salutē tribuat,
 quod si non dederimus: nunq̄ salui erimus, quam saluationē
 concedat nobis dominus.

Sermo primus, de feria sexta Cinerum. Thema.

Diligite inimicos vestros. Mat. 5.ca.

Præmitte Salutationem Angelicam, ac literalem
 expositionem euangelij.

Tria in hoc sermone sunt videnda: primò aliquæ quæstio-
 nes. Secundò, quis est proximus. Tertiò, & principaliter
 de di-

de dilectione inimicorum. Quæstio prima si tenemur diligere inimicos? Responde quod inimicus consideratur dupliciter, aut in quantum homo, aut in quantum inimicus: & primò modo est diligendus: secundò modo non. Psal. Profectò odio oderam illos: quia odiebat inimicos, id est inimicitiam & malitiam. Secunda quæstio: si malum possumus velle inimico. Resp. duplex est bonū, scilicet spirituale, quod ordinatur ad beatitudinē: ut gratia prima, virtutes cardinales, et theologicæ. Opposita horū nō possumus velle inimico. Vide Sco. in. 3. sent. Tertia quæstio, si tenemur ostendere signa dilectionis? Resp. sanctus Tho. 2.2. Quod quedā sunt signa generalia ecclesiæ. Hæc signa tenemur inimico ostendere: signa specialia nō, ut salutationē verbo & facto. Hæc inimico non tenemur ostendere. Vide f. Tho. in loco assignato, In prædictis doctoribus poteris videre has quæstiones & in Gab. 3. sent. ¶ Pro prima quæstione nota autoritatem, verte impios & non erunt: & alibi, iniquos odio habui: & perfecto odio oderam illos. Pro tercia quæstione nota, quod non teneor salutare inimicum, nec eū alloqui, nec emere ab eo, nec vendere ei, & si p̄cessit odiū, non teneor tractare cum illo. Intellige omnia hæc esse vera nisi scandalum intercedat. Generalia signa dilectionis teneor ostendere inimico, scilicet, ministrare illi sacramenta, communicare illi doctrinam in sermone: teneor ad correctionem fraternali illius: si spero ex illo emendam. Teneor nō excludere eū ab oratione in generali: nec à merito generali missæ: teneor pascere inimicū constitutum in extrema necessitate, & eum liberare à morte temporali, & à lesione corporis vel famæ. Stomachus habet bonā valetudinē, si distribuit cibum secundum indigentiam membrorum: similiter bene vales spiritualiter, si impar-tiris bona generalia inimicis, & ab eis remoues mala spiritualia, & corporalia, si potes. Teneor mutuū dare indigenti. Sed videamus an diligere inimicos sit præceptum meum, vel consilium? Nam Christus dicit hoc est præceptum meū, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Sed nō videtur præceptū, quia in monte datū eū, in quo Christus dedit multa cōsilia, inter q̄ dixit, Diligitе inī. &c. inimicū excludebatur ab expositoribus antiq̄ legis: quia solū proximus, q̄ nobis iunctus erat beneficijs, iubebatur diligi. Ergo excludebatur inimicus. b. August. respon-

respondet, quod hic est consilium, non præceptū: ideo addidit
 vt sitis filij patris mei. Nec obstat, quia dixit sub imperatiuo
 diliges, &c. quia etiam dixit: Si vis perfectus esse, vade & ven- mat. 19.
 de omnia quæ habes. Etiam dixit: Præbe ei alteram maxillam
 quæ omnia sunt consilia. Diligere ergo inimicos non est præ Mat. 5.
 ceptum in antiqua lege, nec in noua, cùm dixit: Diliges prox- Gen. 26
 im, sicut te ipsum. Nota pro elucidatione huius responsio-
 nem quam Christus dedit doctori interroganti: quis est proximus:
 Inter Iudæos erat magna cōtrouersia, quis erat pximus.
 Ratio est, quia proximus nō dicit propinquitatem loci, quia
 Germanus existens Romæ est proximus, nec dicit proximita- Luc. 10.
 tem cognitionis: quia omnes Iudæi erāt proximi: & qui erāt
 propinqui in illa lege erant proximi. Quod Christus confuta-
 uit dicens parabolam de Samaritano, q̄ erat sicut gentilis, qui
 fecit seipsum Chyrurgum, & oeconomicum, o mayordomo ad
 curandum sauciatum. Ergo proximus est, qui tibi benefacit.
 Sequitur ergo quod Iudæi non tenebantur amare inimicos,
 quo usque Christus dixit. Mandatum nouum do vobis: vt di- Mat. 13.
 ligatis inuicem, sicut dilexi vos. Et licet ego sim proximus ini-
 mico meo, cùm benefacio illi, tamen ipse non erit proximus
 meus. Et sic b. Steph. erat proximus lapidantibus: quia ora-
 bat pro illis: non ē contrà, illi erant proximi Stephano. beat.
 August. dicit, quod proximitas non fundatur in beneficētia:
 sed in aptitudine & potentia passiua, quam habent omnes ad
 cultū dei, & ad beatitudinem. Et hoc modo oēs non damnati:
 sunt proximi. Et sic dixit doctor, subtiliter respōdens ad que-
 stionē. Quis est proximus? Samaritanus respondet Christus,
 fac tu similiter, licet scis Turca, aut Paganus: fac bene. Ergo in
 præcepto erat dilectio inimicorū. Sed tunc est dubitatio: quo-
 modo dixit Mandatum nouum do vobis. Respond. Quod
 modus mādandi fuit nouus, scilicet, vt amarent, sine respectu
 carnis, sicut dilexi vos nullo respectu sanguinis: quia carnē &
 sanguinē dedit pro nobis. Et sic nos consiliuamus finem dile-
 ctionis in carne & sanguine. Et si aliqui habuerunt hoc
 præceptum expositum modo prædicto, fuit illis reuelatum
 diuino nutu. Ideo diligite inimicos spiritualiter, non carna-
 liter, ad gloriam & ad gratiam dando doctrinam: sicut ego
 dilexi vos, extensisimè, intensissimè, efficacissimè.

Exten-

Tomi I. Sermo I. De Feria.

Extensisime dilexit Christus: quia amicos & inimicos: inten-
sissime, quia carnem & sanguinem dedit: efficacissime: quia do-
ctrinam, & cætera sacramenta dedit. Et hoc est præceptum no-
rum, & orauit pro inimicis.

Et nota, quod Christus dixit, in hoc cognoscent, quod mei
discipuli es sis, si ad inuidem dilexeritis Redemptor existens pro-
pe mortem volebat relinquere signum, quo cognoscetur di-
scipuli eius, & pro signo, quo manifesti essent non posuit ca-
racterem interiorem, id est gratia: quia hac distinguntur chri-
stiani à non christianis. Gratia est sicut signum mercatoris in
facco impressum, sed est secretum. Non posuit circumcisionem
pro signo: non posuit habitum, vel vestes pro signo, vt beat.
August. & Francisc. Hos habitus non fecit Christus neque ec-
clesia: sed approbavit eos: sed habitus non facit monachum
Non posuit pro signo non comedere carnes: quia cum ægri-
tudine comedetur, nec posuit pro signo facere miracula: quia
multi fecerunt, & sepietetur in inferno. Nec posuit pro signo
baptismum: quia multi baptizati sunt heretici: sed signum est
si dilectionem habueritis ad inuidem, amantes amicos & ini-
micos spiritualiter nullo respectu carnali, quia fides sine chari-
tate mortua manet: spes etiam manet mortua: charitas sine
operibus mortua est. Voluntas efficax autem benefaciendi non po-
test esse ociosa sed ad opus extenditur: ideo dixit diligite ini-
micos vestros. Benefacite & orate pro persequentibus vos. Et
aduerte, quod non posuit pro signo, si amaueritis Deum: quia
amor dei non ita se extendit ad opus: quia non indiget cibo
& potu. Sicut dilexi vos. Calor aliquando est nimis parvus,
vt in puer: aliquando nimis defectivus, vt in senecte: aliquando
nimis ex crescens: vt in febribitate: aliquando magnus & per-
fectus, vt in viro. Ecce quatuor differentias amantium. Amat
parum, qui solùm diligit amicos. Nimis deficit in amando, qui
non diligit deū. Ex crescens & inordinatus, amans se ipsum so-
lum amore inordinato. Perfectum amorem habet, qui amat
amicum & inimicum. Repressit Christus homines ab amore
inordinato, scilicet a amore proprio: & persuasit amore perfectum
dicens: Diligit inimicos vestros. Altitudinem cœli, la-
titudinem terræ, profundum abyssi quis dimensus est? Expon-
nitur, altitudinem cœli, id est charitatis: quia, sicut cœlum, ope-
rit

Ia.2.

Lu.6.

Eccl.1.

rit multitudinem peccatorum. Charitas est valde lata & latior est terra: quia omnia creatura est diligibilis ex charitate, large accipiendo charitatem, & stabilis est sicut terra: quia vt dicit Apostol. Charitas nunquam excidit. Habet etiam profundum sicut abyssus: quia quanto magis ascēdit, deo innititur per dilectionem, magis descendit per compassionē proximi. Ideo assimilatur arbori: quæ quanto altior est tanto profundiores radices habet in terra. Vnde significatur per puteum, cui nomen imposuit Ysaac. Latitudo & saturitas. De Gen. 26
 hac charitate dicit euangelium hodiernum, qui solem suum facit oriri super bonos, & malos. Amor comparatur soli: quia sicut sol illuminat partes superiores: sic charitate diliguntur inimici. Sol illuminat omnia loca, & charitate diliguntur, qui nos præcesserunt cum signo fidei, & cruciantur in purgatorio à dextris illuminat. Charitate beati diliguntur à nobis, à finistris mali etiam amantur. Homo iustus debet esse sicut magna domus, in qua habitant multi officiales, & diuersis officiis: vel melius, sicut platea, in qua habitant plebs, & differentes artifices. In ea habitant aduocati, per quos significantur inimici nostri, qui allegant pro nobis iustitiam nostrā, si eos diligimus: miro modo extollunt nos: quia nostra dilectio assimilatur amori Christi, qui pro suis inimicis oravit. Pater Luce. 23.
 ignosce illis. Secundo sunt inimici quasi latomi, qui a pico y escoda nos labran, & detrahunt nostras superfluitates. Sunt similiter adificatores nostræ domus cœlestis. Sunt nostri negotiatores, qui pro nobis lucrantur sunt nostri aurifices, siue plateros, qui coronas nostras sculpunt in hac vita: vt eis coronemur in gloria. Sunt fabricatores monetæ, & in fornace tribulationis, & perseguitionis nos examinant, & extrahunt diuersas monetæ. i. diuersas virtutes, & gradus meritorum. Soluunt etiam pro nobis nostra debita & per illos soluimus deo peccata nostra: quia in illis sicut in bonis, & securis debitis, soluimus Deo. ¶ Secundo cor iusti debet esse sicut hortus, in quo fideles sunt, quasi arbores plantatae per amorem: & amici nascentur ibi faciliter: quia faciliter & suauiter amantur. Inimici sunt sicut arbor insita in arbore sylvestri, Inserit domestica, & nascit fructus dulcis: sic inimici insiti per amorem simul cum amore amicorum mirabilem fructum produ-

Tomi. I. Ser. I. De Domi. I.

cunt perfectionis. **H**omo iustus est sicut templum pacis, in quo omnes pacificè officia sua exequuntur: & sunt cōformes, sicut membra in corpore, quæ diuersos actus exercent, & diuersa officia habent, scilicet, in necessariis subueniendo inimico, sicut fecit Samairitanus. Non vindicando, si vnu membrum lædat alterum, supportando defectus, vt collum sustinet brachium læsum, celando, vt manu teguntur turpia, reuelando defectum membra cum tristitia applica ad inimicos.

Mirabiles vtilitates colligimus ex amore inimicorum.

Lucæ. i. Vnde optime dixit Zacharias, Salutem ex inimicis nostris. Nam sicut ex tyro colligimus multa commoda, si ex eo fiat tyriaca: sic ex dilectione inimicorum: & sicut Tyrus rectificatur multis medicinis: sic multis bonis considerationibus debet elici, & ordinari dilectio inimicorum. Dilige inimicum: quia Deus precepit, Secūdō quia per illam euades perfectus: Tertiō, quia est valde meritoria. Quartō recordare mansuetudinis David, quomodo sustinuit Semei. Quintō considera, quia forsitan inimicus est p̄r̄desti natus ad gloriā. Sextō am inimicum exteriorem: vt libereris à tuo veteri homine, inimico tuo dōmesticō Septimō propter p̄ennūm à Christo promissum, scilicet, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est Octauo cogita quia inimicus est tuus chirurgus, qui scindit carnē tuam putridam: est nutricius tuus y ayo, qui in omnibus te aspicit, & in omnibus tibi aduersatur, y te va la mano. Considera, quia Deus est faber, & inimicus est maleus & lima, quibus vtitur Deus ad te perficiendum hic per gratiam: & in futuro per gloriam, ad quam nos perducat Dominus.

Sermo primus Dominicæ prime in Quadragesima.

Thema. Dic vt lapides isti panes fiant.

Matthai. 4.

Prima pars Introductoria.

Prædicatores hoc tempore Quadragesimæ sunt quasi metati. I. apōsentadores dei. Certe prædicatores non prædicamus propter alium finem, nisi tantum, ad hospitadum deum per

per gratiam, & ad expellendum dæmonium, & ad hospitan-
dum virtutes eiiciendæ; vicia. Et est Deus noster adeo bonus
hospes imò dulcis hospes animæ, quod tantū requirit duo ad
habitandum in domo tua. Primū vt stes in domo tua, & non
excas inde: imò si non steteris in te: non intrabit in te. Nā ipse
dicit in Apoc. Ego sto ad hostium, & pulso: si quis mihi ape- Apo. 3.
ruerit, intrabo, & cænabo cum eo, & ipse mecum. Et quod di-
cit, & ipse mecum, constat, quod ipse vult ut stes in domo tua
id est, in te ipso: si forte in anno preterito fuisti extra te. Secū-
do requirit tantum domū vacuā, mundam, & nō impeditam Cōpara
sicut examen apū requirit vas vacuum, & mūdum: & dimitte
illud: qā miro artificio efficiet mel, & ceram: sic deus noster, si
venit isto tēpore in vas aīæ nostræ miro artificio gratiæ suæ
fabricabit in anima ceram, ad illuminandum intellectum, &
mel ad cibandum affectum. Hac ratione evocatur à Symone,
Lumen ad reuelationē gentium: & gloriā plebis tuæ Israël. Luca. 2.
Et ipse, vt diues hospes, addet ornamenta: quæ sunt dona spi-
ritus sancti, & seruitores, qui ornēt totam domum conscientiæ. Bene ergo dicuntur metati. i. aposentadores dei. Mulier Figura.
quædam de vxoribus prophetarū dixit ad virū suum. Aduer- 4.
te, quod vir iste Eliseus, qui quotidie transit apud nos, vir san Reg. 4.
ctus est: faciamus ergo illi cænaculum paruū, & ponamus in
eo lectulum, mensam, sellam, candelabrum, vt cùm venerit ad
nos maneat ibi. Hæc ibi. Exponitur. Hæc mulier ratio est, &
bene de vxoribus prophetarū. i. animarū videtiū, & cognoscē-
tium deum. Et hæc, vt cognoscit, quot annis, vicibus, & qua-
dragesimis vir iste sanctus. i. Christus trāsit apud nos per gra-
tiā sacramētorū pœnitentiæ & Eucharistia: quæ maxime isto
tempore frequētamus. Dicit ad virum suū. i. intellectum, ecce
ego animaduerto, si tu forte non animaduertisti, quia vir iste
Christus, vir secundum quod homo ab instati suæ cōceptio-
nis, sanctus, plenus gratia, & veritate: faciamus ergo illi hospitiū, in
quo quiescit, & non pertranscat celeriter, o de pase:
quia scio quod dicit in euāgelio, si quis diligit me sermonem
meum seruabat, & ad eū veniemus, & mansionē apud eum fa- Rom. 9.
ciemus: quasi homo quietus, & amat quietos. Vñ forte Iacob
dilexit, & Esau odio habuit: quia Esau erat homo ferus ven- Gen. 27
tor inquietus: Iacob autem habitabat domi. Cognosce ergo
o 2 istam

Tomi. I. Sermo. I. De Domi.

istam conditionem dei. Hæc vxor prophetarum, id est, ratio dicit ad virum suum, id est, intellectum. Non transcat gratia sacramentorum quolibet anno. Quid prodest tantum confiteri, & nunquam emendari? Frequenter enim peccans, & frequenter lugens vix veniam meretur. O bone Iesu cõcede mihi tantam gratiam in una confessione: vt sic semel confitear, vt nunquam amplius necesse sit confiteri: sic semel tantum abhorream peccata mea, quod nunquam amplius habeam voluntatem ad illa committenda: quod sic emendem vitam meam: vt non habeam amplius, à quo emēder. Hoc est quod dixit hæc bona mulier ad virum suum, faciamus ergo illi cænaculum paruum, id est, disponamus cor, in quo maximè cupit habitare Deus certè amplius, quam in speciebus sacramentalibus, amplius etiam, quam in ventre virginali iuxta illud,

Luc. ii. Quinimo beati, qui audiunt verbum dei & custodiunt illud.

Pro. 8. Ponamus in eo lectulum: quia delitiae meæ esse cum filiis ho-

Sap. 7. minum: mensam plenam cibis virtutum, sedem. i. quietem:

Mat. 5. quia anima iusti sedes est sapientiae: & candelabrum boni exempli: vt luceat lux vestra coram hominibus hæc mulier. i. ratio figuratur per illam mulierem, de qua Salo. manū suam misit ad fortia, & digitum eius apprehenderunt fusum. Exponitur de anima inquieta, que ha hiladoy mal gastado el copo de la vida, cum la mano isquierda, sicut mulier net & minutatim consumpsit totius vitæ tempus y poco a poco a gasto do el copo. Veniat ergo como buena hilandera y manu dextera discretionis, & digitum discretionis apprehedat fusum. In recollectione sint vnit ad seruendum Deo. Et nota quod prædicatores significatur per exploratores terræ promissionis. Nam fuit scisma, quia quidam illorū dixerunt. Ecce terra

Nu. 13. quam lustrauimus optima est fluit lacte & melle: sed habet habitatores fortissimos, vrbes grandes, & ciuitates homines statura proceros, de genere Gyganteo, non poterimus ascendere, quia fortiores nobis sunt. Et Iosue & caleb. qui adduxerunt vitem in pertica de ficis & malogranatis dixerunt, & quidē terra valde bona est: & si propitius fuerit nobis Deus, tradet eam nobis: nolite timere. Dominus nobiscum est: recessit ab inimicis nostris omne præsidium: sicut panem: ita poterimus eos deuorare, exponitur secundum Rupertum

Abbatem

Abbatem sic. Exploratores terræ promissionis, id est, coeli, Apostoli sunt, quorum unus raptus in tertium cœlum dicit terram esse optimam: quia nec oculus vidit nec auris audiuit, 1. Cor. 2. nec in cor hominis ascendit quæ præparauit Dominus diligenteribus se, quod vidimus oculis nostris, & manus nostræ cō Ioan. 1. trectauerūt de verbo annūtiām^o vobis. Isti. q. Iosue & Caleb. nu. 13. adduxerunt nobis Christum, quasi vitem in pertica, per fidē & prædicationem suam, Quoniam ego sum vitis vera: duo Ioan. 15. portantes, sunt populi Iudaicus, & gentilis: Iudaicus precedit, ideo minus cognouit de Christo, quam gentilis: qui sequitur & vltimus fuit ad fidem vocatus, & sic amplius cognouit de Christo, quasi amplius ipsum præ oculis habens. Attulerunt etiam de ficis, & malo granatis: quia martyres sanguine proprio rubricati per malogranata significantur. Confessores per fucus dulces invita & doctrina. Licet ergo hæretici, & mali Christiani, vel fragilitas nostra circa virtutem & pœnitētiā quæ consistit circa difficultia: quia terra illa coeli, licet optima tamen habitatores habet fortissimos, & deuorat habitatores suos: quia quidam hæretici & infideles negant resurrectionē corporis, vt olim Saduccæi, & Iudei. At Iosue & Caleb, 1. Ioannes & Paulus dicunt, Nolite timere. Dominus nobiscum est recessit ab eis omne præsidij, si propitius fuerit nobis Deus, Tradet eam nobis, & deuorabimus eos sicut panem. Saluatorem enim expectamus, qui reformabit corpus nostrum configuratum corpori claritatis suæ. Eph. 3.

¶ Sequitur expositio euangeli pro secunda parte. Tunc duxus est Iesus in desertum, id est, post baptismum Ioannis. Nā Ioan. 1. dictum est super quem videris spiritum dei descendenter & manētem, hic baptizat in spiritu sancto, & ego nesciebam eum. Tunc duxus est post suscepturn baptismum, licet in Christo non habuit efficaciam, propter dona spiritus sancti, quibus fuit plenus ab instanti cōceptionis, sed nota quod sicut virtutes morales faciunt hominem mobilem, promptū & obedientem rationi, vt statim sequatur eius iudicium & imperium: sic dona sancti spiritus reddunt faciliter mobilem ab ipso spiritu sancto. Vnde Christus secretò fuit plenus sancto spiritu in puncto creationis aīc propter vniōnem, nūc de manifesto est plenus. S. spiritu, quia visus est ipse spiritus san-

Tomi.I.Ser. I. De Domi.

Etus descendere,& manere super eum in excellentiori perfectione:quā in aliqua creatura.Vnde dicit tunc ductus à spi-

Mar. i. ritu.Et notatur,quod ductus est à tota trinitate.Nam potentia patris eum expulit in desertum,vt dicit Marcus,& ad significandum sapientiam infinitam filij dicit Matth.ductus

Mat. 4. est.Et ad notandum infinitam bonitatem spiritus sancti Lucas dicit quod agebatur à spiritu.Ideo cùm opera trinitatis

Luc. 4. sint indiuisa , omnes tres personæ manifestatae sunt , vt dicunt tres euangelistæ.Vel aliter dic,quod dona spiritus sancti faciunt hominem mobilem , promptum obedientem ad designandū agilitatem ,& promptitudinem; Lucas dicit agebatur.i.mouebatur , Matth.dicit ducebatur . Marcus expulit.q.d.mobilis fuit,& ductibilis,y de presto : quia nescit tarda molimina spiritus sancti gratia vt dicit beat.Gregorius super Ioan.Postea esuriit:maius miraculum fuit in Christo esurire,quam tot diebus ieunare:quia vt Aug.dicit ad Dio'scorū tanta fuit beatitudo animæ Christi,quod ex redundantia gloriæ potuit ab omni passione & læsione præseruari:nisi quia illa redundantia fuit suspensa vsque ad resurrectionem,vt esset copiosa apud eum redemptio miraculum ergo fuit ieunium:sed maius fuit Esuries.Tunc ductus est Iesus in desertum,id est,post baptismum vnde dicit glosa hic,quod docet baptizatos exire spiritualiter de mundo per nullam concupi-

Psa. 129. scientiam mundi ,& quasi in deserto in quiete deo vacare. Filii Israël comederunt manna gustantes,deū in spiritu post paucos annos intrauerunt terram promissionis.

Deu. 8. Et nota,quod post baptismum ingreditur Christus pugnam cum vitiis,propter quod maximè instituta est Quadragesima,in qua maximè frequentantur sacramenta poenitentie & eucharistie,quæ sunt quasi duo hædi optimi de grege eccl-

Ge. 27. sie,quos in figuram iussit sibi afferri Ysaac ab Esau,quando voluit illi benedicere.Amp' ius datur doctrina:vt baptizatus aqua iterum baptizetur poenitentia.Propter hoc Christus primò baptizatur,& statim intrat desertum poenitentie ,& ieunij,vt semel purificatus ab originali peccato per baptismum,polutus in actualibus,post baptismum,iterum purificetur per sacramentum poenitentie.

Quia tot arnis sacramentorum lumen armati afrenta nostra,&

stra, & maxima confusio est: vt dæmon mundus & caro,
aut quodcumq; vitium sic facile prosternat nos. De infidelibus , qui non sunt armati, non est mirandum, si occasio peccati eos in terram deiicit. In cuius figura olim primus lapis ^{1 reg. 17.}
Dauid infixus est in fronte Goliat: quia infidelibus, quasi
inermibus, armis militiae nostræ, quæ sunt sacramenta, figuntur
lapides. Adhaeret infidelibus lapides temptationū, & in terram
prosternuntur: sed nobis armatis non sic. Vnde Christus in
euangelio conqueritur de Iudæis dicens. Væ tibi Betsaida,
Væ tibi Corozaim: quia si in tyro & Sydone ciuitatibus in-
fidelium fuissent facta hæc signa, &c. Et iterum, Amē dico vobis, ^{Luc. 10.}
quia publicani & peccatores, & meretrices præce-
dent vos in regno dei.

Tunc ductus est, &c. Doctrina datur prædicatoribus, vt
primò habeant vitam contemplatiuam, quam lingua: Vnde ^{Mat. 24.}
spiritus sanctus primò datus est Apostolis in flatu, id est,
in imitatione vitæ Christi: sicut fatus est de anima, & vita
Christi. Secundo in linguis: quia lingua oportet prodere vitam.

Cum ieiunasset, postea esuriit. Sicut in passione evnaqueq;
potentia relicta est agere quæque propria, & pluries vita re-
ducta ad punctum mortis secundum ultimum potentia, qua
poterat viuere, diuina potentia communicabat illi nouas vi-
res, vt amplius pateretur, vt copiosa esset apud eum redem-
ptio nostra. Sic in isto ieiunio secundum Hilarium & Vber-
tinum, fames fuit ita acuta & fortis, quam in his quadraginta
diebus Christus passus est, pluries fames crevit usque ad ultimum,
satagens destruere illud subiectum. scilicet Christum vi fa-
mis: nisi quia ipsa potentia diuina dabat nouas vires, vt fa-
mam nouam, & maiorem pateretur. Itaque à deo cruciata
est caro Christi in ieiunio sicut in passione: vt secundum Hi-
larium, quando fames esset acutior, tanto tentatio fortior,
& victoria gloriosior, & nostra doctrina evidentior. Non
enim Christus voluit vincere dæmonium in quantum Deus,
sed in quantum homo. Non erat dæmonium vincendum
deitate: sed carne fragili, & fragiliori, quam fuit in ali-
quo. Et hoc est, quod in passione cepit pauere, & ta-
dere, & factus est sudor eius, tanquam sanguinis decur-
rentis super terram. Ex quo sequitur quod non tantum ^{Luc. 22.}

hominem assumpsit: sed fragiliorem, & delicatiorem, & timidiorem humanitatem assumpsit, quā fuit in aliquo homine. Ex quo timore erupit sanguis & alia insignia timoris magni ostendit, vt nobis donaret gratiam. Postea esurijt. Ex hoc fundatur bene opinio Basiliū hic, quod pōst completis quadraginta diebus ieunij Christus tentatus fuit, ait Basilius, per quadraginta intentatus mansit, nouerat enim dæmonium quod ieunabat, & non famescebat, ideoque non audebat accedere, ad tentandum eum, donec postea esurijt. Hæc ille.

*Secundus sermo, de Dominica prima in quadraginta
ma. Thema. Cūm ieunasset quadraginta
dieb⁹ & quadraginta noctibus,
postea esuruit. Matth.*

4. cap.

IN sermone isto videbimus de ieunio Christi, scilicet, Christus fecit sicut magnus medicus, qui habet omnipotentiam & omniscientiam, ad curandas omnes infirmitates: sic se habuit deus in cura totius infirmitatis humani generis, iuxta illud Esaiæ. Et posuit deus infirmitates omnium nostrum in eō id est, in Christo. Præctica fuit inter misericordiam & iustitiā, dicit Gerson. Domine ratione culpæ totus mūdus iacet ægrotus: & ecce quem amas infirmatur. Respondit Christus. Ego veniam & curabo eum. Dicit iustitia ad misericordiam, dicit cito, ha de ser presto. Veni domine noli tardare, relaxa facino raplebis tuæ. Iusticia dicit, at vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum sub lege, natum ex muliere: quia vt dixi, deus posuit iniquitates omnium nostrum in eo. Ecce ergo infirmatum, quē amas: quomodo ergo curabitur? Respondetur vulnus est magnū: fiat ergo ligatura vulneris, para tomarle la sangre: fiat sic. Et verbum caro factum est: quæ ligatura fuit adeo admirabilis quod Baptista ignorat modū, quo est ligata. Fortior me est, qui ante me factus est: cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere. Misericordia dicit nunquid sufficiet pro salute infirmi ista ligatio, vt sic concipiatur, & nascatur deus, & homo? Iustitia dicit, Non, quia nihil

Ioan. I.

Ioan. I.

nihil nasci profuit, nisi redimi profuisset, & vt adimpleatur iustitia. Misericordia dicit, vocetur medicus, multiplicentur remedia: fiat quidem cauterium in vulnere, quod factum est in circumcisione. Postquam cōsummati sunt dies octo. Misericordia dicit nonne sufficit ad salutem ægroti sanguis circuncisionis? imò vna tantum gutta pro mille mundis sufficiet, quia infinitus valoris est. Sic tamen diues est valde noster salvator, qui pro nobis soluit præcium, & oportet sit apud eum copiosa redemptio, vt dicitur a boca de talegon, concidisti saccum meū psal. 29. & circundedisti me lætitia, infirmitas est magna, & cura gravis, id est rezia: fiat ergo balneum in baptismo. Baptiza me Ioannes: At ille respondet, ego habeo à te baptizari. Baptiza me: quoniam sic oportet nos adimplere omnem iustitiam. Placet, dicit Ioannes, & ego te baptizo, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Hoc sufficiet, quoniam audita est vox patris. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Iam ergo factæ sunt amicitiae, & infirmus sanus est: non, sed adhibentur maiora remedia. Quid adhibendum est? summa medicina est abstinentia. Ponamus infirmum nostrum in magna dieta: quantam quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieunet. Deficit infirmus? non. quia virtus dñina confortabit eum: quia non erit possibile secundum naturalem cursum non deficere in tanta dieta. At misericordia dicit, sufficit hoc? non: imò fiat sudor in oratione. Quādō factus est sudor eius, quasi guttæ sanguinis recurrentis super terram. A domi Luc. 22. ne, quia infirmus deficit, q̄ se nos desmaya el enfermo, & morietur inter manus: succurrите. Astigit Angelus de cœlo confortans eum. Sufficit hoc dicit misericordia? Respondit iustitia, fiat phlebotomia, vel minutio ex venis capitidis, pedum, & totius corporis: & milites quidem hæc fecerunt, postquam tradidit Pilatus militibus coesum, & flagellatum. Misericordia dicit, Domine, iam moritur infirmus, quæ cura est hæc? Nū audiis clamantem, In manus tuas commendo spiritum meum. Respondit. Mors eius est vita nostra, essa es la vida, imò mors eius est vita omnium: quia mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. Generationē eius quis Esa. 53. enarrabit? qui abscessus est de terra viuentium. Ideo Iudæi dicuntur genimina viperarum. Miranda vita, filium gignere ex morte

morte patris. Et quia sicut filius viperæ occidit matrem, id est mariam, quæ stabat iuxta crucem Iesu. Et Maria dicit ad Deum patrem, O domine quæ in crudelis fuisti contra filium tuum! quia occiderunt à te regaço, scilicet ad pectora tua: quia semper vnitus tibi propter unionem ad verbum: sicut imago unita a su molde, & sic sanasti nos, iustitia dicit imò post mortem adhuc faciam aliam experientiam in infirmo defuncto, vt amplius sanentur filii Pelicani, qui viuunt sanguine patris. Vnde si forte aliquis sanguis remansit in corde, veniat miles Löginius. Et unus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit

Ioan.19. sanguis & aqua. Et ex corde exeunt sacramenta ecclesiæ ad salutem omnium infirmatum. At misericordia conclusit: Benedic̄ta sit domine tua bonitas & omnipotentia, clementia & q̄ tantā salutē humani generis in ligno crucis constitueristi. ¶ Et cum ieunasset, &c. Videtis quomodo castigauit Deus filium suum in nobis, imò nos in Christo.

2. pars. ¶ Cūm ieunasset. Certè pro magno signo filiationis Dei & successionis diuinæ credendum est, quod habet Dæmonium abstinentiam. Ex quo nunquā antē Dæmoniū timuit Christū esse dei filium, nisi quando vedit ipsum ieunantem. Certè ad infrēnandum & domandum istam bestiam carnis nostræ, op̄timum remediū est abstinētia, qui corporali ieunio vitia cō primis dicit ecclesia. Et nota, quod aliquā ista n̄a caro, facit se tanq̄ catus mortuus, como gata muerta, o sicut vulpes mortua, o mortezina, desmaya, y despues quando vee la suya corre

I.I.C.vn
vi. 1. vt
vim. ff.
de iust.
& iu.
I.I. §. vi.
ff. de vi.
& viar.
moderatione inculpatæ tutellæ, vt iuristæ dicunt, certè valde insipiens est et si non auferret arma ab eo: sic ergo nos facere debemus, pugnantes quotidie contra carnem nostram: similiiter sicut habens equum indomitū aufert illi annonā, seu ordeū Item nota quod potest esse, vt per ieunium, quod est abstinentia magis mereatur, quam per ieunium, quod est præceptum. Quia si ieunans ieunio quod est præceptum, & frangit ieunium abstinentiæ, comedendo ultra id quod comedis est, sed quia ieunat recomedit, y se repapila. Et non ieunans quia sentit debilitatem, vel imbecilitatem, per quam excusat̄ a præcepto ieunij: sed temperatè comedit, & ieunat virtu te tem-

te temperantia, hic non ieunans magis meretur, quam aliter Arist. 3.
ieunans. Et quoniam contrariorum est eadē disciplina, à filia phis. te.
tio dei cognoscitur per abstinentiam: ita per gulam filatio 7. & 5.
dæmonis. eth. c. i.

Fructum ieunij ponit ecclesia in præfatione. Primus fru-
ctus, vitia cōprimis. Sicut miles freno dirigit equum: sic homo 3.pars.
carnē ieunio. Similiter sicut bonus miles, cuius castellum im-
pugnatur in parte debiliore ab inimicis, gētem fortiorē ibi cō-
stituit, sic in gula maior custodia est adhibenda tanq̄ castello
impugnato seu aportillado à principio mandi, à dæmonio di-
cete. Cur præcepit vobis Deus, &c. Et nota, q̄ intemperantia Gene. 5.
facit ex homine brū, & adhuc insipientiorē bestia: quia ho-
mo, cūm in honore esset, &c. Bene dicit insipientib⁹: qa bestia Psal. 48
prudens nō comedit plus necessario licet incitent, aut si silent
aut de mulceant: homo sic. Sed quid persuadeo temperantia,
cūm de peccatis canonizatis sit gula & conuersio diui Augu-
stini cepit à lectione, non in commensationibus. Bene ergo di-
cis virtia comprimis, mentem eleuas: sicut è terra humida va-
pores eleuantur, & obscurant, nec sol potest dominari, & illu-
strare terrā: sed in terra secca statim sol illustrat illā, sic ex cor-
de & corpore cibis pleno ructus & vapores insurgunt obscu-
rantes ingenium & memoriam. Virtutem largiris. Mater vir-
tutum est temperantia, sicut mater viisorum est gula. Vnde
virtus temperantia & si non esset præceptum ecclesiæ ieuna-
re: sed tantūm ieunium virtutis, id est quod est virtus, omnis
homo prudens obseruare deberet virtutem temperantia. Tem-
perantia tollit tristitiam. i. quita pesares. Vnde, vt dictum est,
contingit, vt non ieunās mereatur magis, quam alter ieunās.
Pater in hoc ieunante vtente cibo, & potu retemperato propter
virtutem temperantia, quam habet, & in ieunante, qui quan-
do comedit & epulatur splēdidè, y repapilase, sequitur. Et præ-
mia. Vnde in euangelio dicitur. Beati sunt serui illi, quos cūm
venerit dominus, inuenierit sic facientes, & subdit. Amen di- Luc. 12.
co vobis, quod præcinget se & faciet illos discumbere, & tran-
siens ministrabat illis. Exponitur præcinget se zona iustitiae,
ad distribuendum vnicuique iuxta opera sua, vt in Esaia
legitur: quia erit iusti in cingulum lumborum eius. Et fa- Esa. 11.
ciet illos discumbere, id est, omnino quiescere: sicut discum-
bentes

Tomi. I. Ser. II. De Feria.

Ap. 7. bentes:quia abstergit Deus omnem lachrimā ab oculis eorū. Sicut enim sedentis corpus dimidium quiescit à cingulo,& infra,& dimidium laborat à cingulo & supra,sic differunt iusti in hac vita , & alia:quia hic sedent , ibi discubent. Et bene dicit transiens , vel respectu dei,vel respectu sanctorum: respectu dei transiens à gloria deitatis ad gloriam humanitatis : ab humanitate ad deitatem , ab essentiali ad accidenta-

Io. 10. lem gloriam,& è contrario,vel quia ipsi sancti ingredientur, & egredientur,& Pascha inuenient.Ieiunium stat sub,præcepto ecclesiæ.c.quadragesima de consecrat.dist.5.Si dicis est ius posituum,concedo:ergo non diuinum nego.quia in euā-

Mat. 23. gelio dicitur,super Cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisæi.Quæcumque dixerunt vobis facite:in cuius figuram filii Israël portant vasa sanctuarij clausa,vt à summo sacerdo-

nu. 4. te Christo tradita.Ieiunio ditatur homo figura de hoc.Dicit

Gen. 30. Iacob,ad Labam sacerorum suum:modicum habuisti,antequā venirem ad te:nunc autē diues effectus es valde,& benedixit te Deus ad introitum meum.Exponitur moraliter de Christo,qui aduentu suo ditat animam per gratiam. Nam tribus modis ditatur homo,scilicet,per contractationem.Vnde ciuitates & loca,quibus fiunt mercationes,& negotiationes,sunt ditiora:sic qui vult ditari spiritualiter,oportet contractare cū angelis,& emere regnum cœli:angeli portant nostras orationes,& representant deo nostras necessitates,& afferunt nobis auxilium.Vnde in euangelio hodierno dicitur. Accesserunt angeli,& ministrabant ei:& eodem modo sunt administratorij spiritus missi prope electos:ergo cum illis debemus contractare,qui sunt quasi procuratores dei,& debemus videre vniuersa quæ habemus,id est,peccata:& si non inuenierimus emporem tam vilis mercis,Christum paratum inueniemus ad emendum:quia Deus posuit in eo iniquitates omnium nostrum.Emat ergo:quia secundum Augusti. Deus dicit venale habeo:quid:Regnum cœlorum:tantu valet quantum habes:quia si modicum habes,& pro vase aquæ frigidæ, dabit tibi & pro fruta.Facite dignos fructus pœnitentia: & si fuerit infra dimidium iustipretij,non rescindet venditione quasi deceptor vltra dimidium iusti pretij.

Ad Hebre. 1. Esa. 55. Secundus modus ditandi est per successionem.Vnde vulgariter

Esa. 55. Secundus modus ditandi est per successionem.Vnde vulgariter

¶ Secundus modus ditandi est per successionem.Vnde vulgariter

gariter dicitur, Quien no hereda, no medra. Vnde quidam nō
ducunt uxores bene, vel mediocriter sub spe acquirendi hære-
ditatem, & sic habendi maiorem dotem. Christo succedendo
spiritualiter per pœnitentiā possumus ditari heredando: quia
dedit eis potestatem filios dei fieri: & si filij heredes per deum
Et iste modus melior est ad possidendum regnum cœlorum:
& verius ostendit Deus omnia regna pœnitēti: & si egerit pœ-
nitentiam, illa concedet, quæ falso dæmon Christo promisit, Gal. 4.
dicens. Hæc omnia tibi dabo, si procedes adoraueris me. Ter-
tius modus, est per attenuationem, vel imminutionem sum-
ptus. Qui enim vult maritare filiam: facit modicos sumptus,
gasta poco, nolo tot seruitores sum contentus modico cibo,
convnas agujas de carnero: hunc ergo modum diſtriſdi docet
Christus exemplo in euangelio hodierno, ieiunando quadra-
ginta diebus & quadraginta noctibus.

*Sermo tertius, Dominicæ primæ in quadragesima.**Thema. Nō in solo pane viuit homo.**INTRODVCTIO.*

REs miranda est videnda hic scilicet campus Christi cum de-
monio. Dicit Bernar. Domine in campo stas cum dæmo-
nio: in campo, scilicet in deserto: nam ductus est Iesus in de-
sertum, bonum patrinum habes, qui habebit campum secu-
rum, à spiritu sancto: bonum equum habes, corpus bene do-
mitum, quia de buena casta, scilicet, ex purissimis sanguini-
bus virginis Mariæ, preciosa armæ, scilicet abstinentiam: Cū
ieiunasset, &c. Optimos speculatoros veedores habet campi,
scilicet angelos, quia accesserunt, & ministrabant ei. Non re-
stat nisi videre modū belli, id est cuius qualitatis fuerunt isti,
id est, los encuentros. Et accedens tentator dixit: si filius Dei
es, dic ut lapides isti panes fiant. Concio
expo-
net ten-
tatiōes. Esta lancea est antiqua, scili-
cket, illa quam olim accepit Dæmon in campo, quem fecit con-
tra primum hominem, dicens. Cur præcepit vobis Deus, ne
comederetis de ligno vitæ? quia ibi gulam accepit dicens. Cur
præcepit ne comederetis, hic gulam suasit, dicens. Dic ut lapi-
des isti panes fiant. Vnde nota quomodo docuit Christus quo
pacto se debuit habere homo in reprehensione quā dedit dæ-
moni

Tomi. I. Sermo. III. de Dom. I.

mon, cum tentatus est de gula. Nam debebat dicere. Non in solo pane viuit homo. q.d. non consistit vita mea totaliter in ligno vita: quia non vere sed ironice dictum est lignum vita: non quia in fructu illius arboris, staret vita, quoniam mortales erant, sed lignum vita instaurabat humidum radicale perfecte. Itaq; si homo nō peccasset ex esu illius vitam egisset immortalalem. Fuit ergo lignum vita causa immortalitatis saltim extrinseca. id notat scriptura Gen. 3. Nunc ergo ne forte mitat manum suam, & sumat de ligno vita, & comedat & viuat in eternum. Nam si illo cibo vsus fuisset, post peccatum mulito diutius vixisset homo. Sed causa intrinseca immortalitatis fuisset obseruantia præcepti, scilicet de ligno scientiae boni, & mali ne comedas. Vnde optimè respondisset homo dæmoni, Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo, quod procedit de ore dei q̄si diceret. Non consistit immortalitas nostra totaliter in cibo istius arboris, nec immortalitas generis humani, quod genus humanum virtualiter consistit in nobis: sed in omni verbo: quod procedit de ore dei: id est in virtute præcepti diuini in cuius vera obedientia consistit vita nostra, & omniū. Et si illud verbum, id est mandatum seruauerimus, viuemus sine autem moriemur. Et hoc est quod hic dicit, Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Secundo explicatur sic. In omni verbo. q.d. an nescis quia omnia viuunt in verbo: quia omnia per ipsum facta sunt, & quod factū est in ipso vita erat? Non ergo in solo pane viuit homo, q.d. Erras si putas quod in solo pane, & vsu aliorum ciborum viuit homo: quia dato quod viuit in pane: sed non totus homo, sed tantum corpus animale & illud, & omnia animalia, quae viuunt, minus principaliter viuunt in pane, vel alio cibo: quia tantum per respectum ad causas secundas naturæ corporalis, sed magis in virtute primæ causæ, id est, Dei. Et sic Deus est verbum, qui est omnia in omnibus, vt dicit Paulus. Vnde non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tertiò exponitur in omniverbo, &c. quasi diceret, Aperi Dæmon oculos tuos, & vide quia hic homo: id est ego ipse, id est iste homo humanatus habitu inuentus, vt homo, & in similitudinem carnis peccati, qui stat nunc coram te, id est ego ipse, non habet suppositum humanum: sed diuinum

Ioan. i. factū est in ipso vita erat? Non ergo in solo pane viuit homo, q.d. Erras si putas quod in solo pane, & vsu aliorum ciborum viuit homo: quia dato quod viuit in pane: sed non totus homo, sed tantum corpus animale & illud, & omnia animalia, quae viuunt, minus principaliter viuunt in pane, vel alio cibo: quia tantum per respectum ad causas secundas naturæ corporalis, sed magis in virtute primæ causæ, id est, Dei. Et sic Deus est verbum, qui est omnia in omnibus, vt dicit Paulus. Vnde non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tertiò exponitur in omniverbo, &c. quasi diceret, Aperi Dæmon oculos tuos, & vide quia hic homo: id est ego ipse, id est iste homo humanatus habitu inuentus, vt homo, & in similitudinem carnis peccati, qui stat nunc coram te, id est ego ipse, non habet suppositum humanum: sed diuinum

Col. 3. factū est in ipso vita erat? Non ergo in solo pane viuit homo, q.d. Erras si putas quod in solo pane, & vsu aliorum ciborum viuit homo: quia dato quod viuit in pane: sed non totus homo, sed tantum corpus animale & illud, & omnia animalia, quae viuunt, minus principaliter viuunt in pane, vel alio cibo: quia tantum per respectum ad causas secundas naturæ corporalis, sed magis in virtute primæ causæ, id est, Dei. Et sic Deus est verbum, qui est omnia in omnibus, vt dicit Paulus. Vnde non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tertiò exponitur in omniverbo, &c. quasi diceret, Aperi Dæmon oculos tuos, & vide quia hic homo: id est ego ipse, id est iste homo humanatus habitu inuentus, vt homo, & in similitudinem carnis peccati, qui stat nunc coram te, id est ego ipse, non habet suppositum humanum: sed diuinum

num. Qm̄ et si alijs hominibus vnicuique dāt illi suppositum sua humanitas contracta in supposito singulari & particula-
ri; sed hic homo, id est nostra humanitas nō subsistit in sup-
posito humano, sed diuino, quia verbum Dei est illud, quod
dat illi suppositum, id est quo suppositatur, & dat illi depen-
dētiā non humanam. Et hoc est quod dicit non in solo pa-
ne viuit homo, sed in omni verbo: quasi diceret, verbū enim
est quod dat suppositum huic personæ diuinæ Christi, non
panis, id est humanitas, vt in alijs hominibus.

¶ Alio modo, Vnde si vis ad vitam ingredi serua mādata. Nō Mat. 19.
dicit, operare mandata: sed serua mandata: quia vita æterna
potius consistit in vera obedientia mandati diuini, quam in
adimptione operis: ideo non in solo pane viuit, &c. Itē qua-
si diceret, sicut in alijs hominibus anima substentat corpus &
mouet illud, & dat illi suppositum & esse, & vitam, sicut cibus Col. 3.
panis, sed in isto homine, id est me ipso omne verbum, id est,
Deus qui est omnia in omnibus viuit in verbo.

Aliter in omni verbo, Ch̄r̄us docuit excellentē doctrinā: sed
ipse Dæmon rūdis imò obstinatus non intellexit, quasi dicat,
nescis quia omnia viunt in verbo, id est omni verbo, id est in
Deo qui est omnia in omnibus. Fiat di. logus inter Christum
& Dæmonem. Dæmon dicit video tefamelicum dic ergo, vt
lapides iste panes fiant. Respond. Christus. Non in solo pane
viuit homo, &c. Profunda sapientia: si non tibi proficiet, pro-
ficiet hominibus, & si non omnibus saltem bonis.

Exponitur ergo in omni verbo, id est in Deo in quo sunt
omnia, vt in prototypo, quod factum est, in ipso vita erat.

¶ Secundò, in omni verbo, id est obedientia præcepti diuini.

¶ Tertiò in omni verbo, id est ego Deus, & homo, & hic ho- Ioan. 1.
mo viuit in Deo. i. suppositaliter à verbo, sicut caro in anima.

¶ Quartò, non in solo pane moraliter, id est, sicut panis re-
staurat desperatum vitæ: ita verbum Dei restaurat vitam
spiritualem: sicut lotio pedum non est de iure naturali
nec diuino: sed iussit Christus Petrum lauari, & pecca- Ioā. 13.
set mortaliter, nisi acquieueriset lotioni, non ex sua natu-
ra: sed quia iussa. Non enim dixisset non habebis par-
tem mecum, nisi esset mortale peccatum. Non ergo pec-
catum fuit in non lauando pedes: sed non acquiescendo

To.I.Sermo.III.de Domi.I.

præcepto, & verbo Christi, sicut primis parentibus vetitum fuit gustare fructum, non propter fructum: sed propter præceptum. Idem est dicendum si vxor non obedit verbo mariti. Vnde quia omne peccatum mortale, nō propter opus est maxime mortale: sed propter transgressionē. Figura de Salomonē precipente semen, ut habitaret in Hierusalem, nec transiret torrentē Cedron: & quia trāfit torrentē Cedron mortuus est.

3.Reg.2. Videamus ergo secundā temptationem. Tunc assūpsit eū Diabolus, & statuit eum supra pinaculum templi: dicens. Si filius dei es, mitte te deorsum. Cuius generis est hæc tentatio?

11. Cor.1. Respon. Iudaica, Certè Paulus dicit quod Iudei signa petunt Græci autem sapientiam. Ex hoc sapientia diuina prouidit Petrum doctorem Iudeorum, quia maximè polluit virtute mīraculorum. Paul. in gentibus: quia maximè polluit sapientia. Certè quasi naturalis conditio est Iudeorū petere signum. Vnde de Psal. Tentauerunt deum in cordibus suis, & male loquuti sunt de Deo. Nunquid poterit nobis parare mensam in deserto? Ex Iudeis ergo cepit lāceā Dæmon ad expugnandum & prosternendum Christum, sed non percussit eum. Resp. Non tentabis dominum Deum tuum, id est non petes signa fidei

Psa.77. Esa.7. tue ad credendum. In Esa. legitur. Pete tibi signum à domino Deo tuo, & dixit Achaz, Non petam, non tentabo dominum. Qui enim credit sub signo & miraculo est, sicut commodat sub pignore, qui maiorem fidem adhibet pignori, quam debitorum: tum sicut Claudus, qui ambulat super baculum, o muletas vnde bene illi tres pueri fidelissimi Sirach, Misach, & Abdēnago dixerunt. Scito rex quia est rex in Israël, q̄ potest nos liberare de manu tua, quia si noluerit, scito quod deos tuos non colimus. Ecce quomodo fides illorum nō nitebatur signo: sed in seipsa: quia est substantia rerum sperandarum, argumentū non apparentium.

Dañ.3. Dañ.3. Tertia tentatio fuit, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. Mirandum est primo, quomodo ausus est Dæmon hoc dicere, scilicet hęc omnia tibi dabo, quia ex hoc videtur se manifestare Deum, & non hominē: quia nullus homo habuit omnia regna mundi, nisi forte dicas, quia proprietas & dominium omniū regum mundi sit Dei: quia per merces regnāt Prou.8. Et tamē vsum suū & possessionē, quasi feudatari⁹ acensiudo habet

habet dæmonium, quasi non recognoscens superiorem: quia
 omne, quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut 1. Ioā. 2.
 concupiscentia oculorum, aut superbia vite. Vel forte ideo
 dicit, Hęc omnia tibi dabo, quasi diceret, dabo tibi fortunam
 o dicha en iugur in quo ego magis me ostendam dominiūm,
 & habeo plures ministros & seruitores. In quo ludo acquiri-
 tur vel perditur totūn: vi homines amplius cadunt & am-
 plius me adorant, & hoc est, quod dicit, si cadens adoraueris
 me. Credo ego quod 1cum dæmonium dixisset, hęc omnia
 tibi dabo Subridens dixit Christus dæmoni. Ex quo tantum
 promittis, scilicet, dare mihi omnia regna mundi, & gloriam
 eius magnus diues es: quomodo ergo venis solus, y tam
 desancopañado, & vilibus vestibus indutus? Et iterum miror
 valde de te. Si enim omnia hęc quę dicis, das mihi, quid re-
 manebit tibi? Certe valde ostendis liberalitatem tuam mihi:
 ego ago tibi gratias: vel credo, quòd ista temporalia habes in
 reputatione, quam merentur: quia ex quo vilia sunt vana, &
 stulta, stultis & vilibus das regna, & diuitias. Quare domine
 impij viuunt, & sublimati sunt, confortatique diuitis? Vide-
 mus ergo genus tentationis huius, Hęc omnia tibi dab. &c. 1o. 21.
 Iste ictus o encuentro gentilitius est, id est, gentilium non ha-
 bentium legem, nec regem nec Deum: adeo, quia gentiles Psa. 134.
 coluerunt diuitias, quod ex eis idōla fecerunt: & similes illis
 fiant, qui faciunt ea, & qui confidunt in eis. Vnde bene Pau-
 lis loquēs de auaritia dicit, quod est idolorum seruitus, &c.
 Quia faciunt hominem idolatrare, colere & honorare pecu-
 niām, sicut reliquias diuinās, id est, vt Deum, cum vere tractā-
 dā, sint vt vrticā, scilicet, aspere non blandē: quia tunc am-
 plius pungunt: sed maledictio antiqua est: quia post lapsum
 in pœnam sui maleficij, dixit Deus ad serpentem, super pe-
 tratum gradiēris, & terram comedes cunctis diebus vita Gene. 3.
 tuā. Certe hoc maximum malū habet auarus: quia amplius
 innititur sensui suo: & est vitium nullo medicamento sanabile.
 Propter quod tradidit illos Deus in reprobum sensum,
 maximē in senibus, qui amplius sunt auari: & maior stultitia
 est, quia quo minus restat viā, eo magis crescit annona Adeo
 pessimum est hoc vitium: quia cum aliis vitiis. s. gula, super-
 bia habuit aliquam apparentiam ad tentandum Christum:
 -noldson

Tomi. I. Ser. IIII. De Dom. I.

sed hic nullā habuit: sed Christus valde mitis ait, vade Sathanā, quasi dicat melius regnum meum à deo creatum, quam regna mundi, quæ non sunt, sino iuro de por vita: sed portio mea in terra viuentium. ¶ Vides ergo qualiter Christus est impugnatus omni differentia tētatiōis, scilicet patrū primorū in gula Iudæorum in signis. Gentilium in promissione temporalium: sed omnia vicit. Adhuc cōsidera hoc verbū, omnia tibi dabo. Quomodo in tam breui spatio temporis potuit dæmon ostendere omnia regna mundi? Varia est responsio. Quidam dicunt, quod ostendit in Cosmographia, quasi dicat ad orientem Asiam: ad Meridiem Aphricam: ad Occidētem Europam: sed nō videtur valere: quia dicitur, quod ostendit ei omnia regna mundi, sicut in mappa mundi solet fieri. Vnde alij dicūt, quod hæc vidit Christus in verbo, id est, in se ipso, quasi in deo, in quo relucet omnia sicut in speculo, cuius virtus attingit à fine usque ad finem. Sed nec hoc potest stare, quia dicitur quod dæmon ostendit ei omnia regna. Vnde miles videtur dicendum, quod ex quo Paulus dicit, tentatum bræ. 4. per omnia pro similitudine carnis peccati. Vnde sicut in nobis experimur quod dæmonium in breui tempore potest representare omne, quod est in mundo. s. concupiscentiā carnis, & oculorum, & superbiam vitæ: ita fecit cum Christo hic est tentatus per omnia, vt in omnibus assimiletur fratribus, id est, membris. Hæc Rupertus hic. Nota quod Christus, vt rex regum, & dominus dominantium, sicut magnus voluit nos docere pugnare cum dæmons. Et magis fuit hoc certamē escaramuça, quam prælium. Nam prælium campale o batalla aplaçada fuit in cruce, ybi vere Christus pugnauit & vicit, & lucratus est, & acquisiuit honorem: de quo dicit beatus Phil. 2. Paulus, Propter quod Deus exaltauit illum in gloria &c.

Sermo Quartus dominice Primæ in Quadragesima.

Thema. Ductus est, &c. Matth. 4.

i. Cor. 2. Prima pars exponet dubium: secunda erit moralis. ¶ Querunt hic sancti, an dæmonium cognoverit Christum esse filium Dei. Respondent quidam quod nō, propter illud Pauli. Loquimur Dei sapientiam. Christum dicit Glos. in misterio absconde-

rio absconditam, quam nemo principum huius seculi cognovit. Principem autem seculi constat esse dæmonium, principem ante Christi aduentum: de quo Christus dixit. Iam princeps Ioan. 12. huius mudi eiicitur foras. Secundò propter illud quod Paulus dicit ibi. Quem nemo principum huius mundi cognovit: si enim regem gloriae agnouissent, nunquam crucifixissent. Hæc ibi. Sed hoc non videtur concludere: quia de membris dæmonis loquitur, id est, de Iudeis, id est, de principibus sacerdotum, non de ipso dæmonio, ut Rupertus hic.

CVnde alij dicunt, & fortè melius, quod dæmonium verè cognovit Christum esse filium Dei: sed impeditus & prohibitus a Deo, non poterat hæc publicare, seu publice manifestare. Hoc patet Luc. 4. Exibant dæmonia à multis clamantia, & dicentia. Quia tu es Christus filius dei viui, Iesus autem non sinebat ea loqui, quia sciebant eum esse Christum. Item Marci. 1. Exi ab homine spiritus immunde, & tace, & obmutesce. Ex quo etiam assumitur hæc doctrina Christiana coniurādi dæmonia, ut exorzista his tantū verbis vtatur, Exi ab homine spiritus, immude tace & obmutesce. Vnde inquirere ab eis res perditas, vel quæterere, quo nomine evocantur, vel petere ab eis signum, sunt prohibita: immò vniuersale colloquium dæmonis est prohibitum. **E**t quod dæmonium verè cognovit Christum esse filium dei patet ex ipsis verbis, Dic vt lapides isti panes siant, bene dicit dic, & non fac, quia operari in homine est facere: sed operari in deo est dicere, & non facere: quia suum dicere est facere: quia ipse dixit & facta sunt, & virtus, quæ Psa. 148 est potentia affectiua, & effectiua eadem est, quia in solo deo dicere & facere, idem est: & in eodem instanti. Moyses nō dixit, quando Deus creauit cœlum & terram & lucem, Fecit Gene. 1. Deus lucem, sed dixit Deus, fiat lux, & facta est lux. Vnde ergo dæmon cognovit quod Christus erat, qui à principio mudi solo verbo fecit omnia, ut Deus: sic à Deo quærit si pro quia, filius es. i. Quia filius dei es, dic vt lapides isti panes fiat quasi dicat, sicut olim tu dixisti & facta sunt. Præsupposito ergo, quod dæmonium cognovit Christum esse Deum, quæro, quid ergo intendit in hac tentatione, & aliis duabus? Respondet secundum Rupertum hic, intendit corrumpere, id est, in virtutem corruptentis conuertere. Hæc est enim tota

Tomi. I. Se. I. I II. De Domi. I.

intentio tentantis, ut tentatum in similitudinem tentantis cō-
uertat, ut contingit in fermēto modico, quod totam massam
corruptit: & contingit quotidie in tentatis ad peccatum car-
nis, & iniquitatis. Voluit hic dæmon tentare Christum, id est
in similitudinem sui conuertere Deum, tentando & dicendo,
Dic vt lapides isti panes fiant. ¶ Alij aliter respondent. Non
enim dubitauit an posset filius dei naturalis, cūm scriptum

Psal. 109 sit. Ex vtero ante luciferum genuite. Et filius dei naturalis esu-
rire non potest in quantum Deus. Nec dubitauit an esset fi-
lius dei adoptiuus per gratiam: quoniā ex multis signis eui-
dentibus potuit agnoscere: sed dubitauit an esset filius dei hu-
manatus vel incarnatus. Hoc misterium nunquam potuit co-
gnoscere. Nam si dæmon potuisset cognoscere, quod deitas
poterat vniri humanitati, & Deus posset esse homo, magnam
ansam habuisse ad indu cendam idolatriam. Nam Iuppiter
vel Mars non erant dij naturales nec vt puri homines potuiss-
ent adorari, nec debuissent. Erat medium conueniens ad ido-
lolatriam introducendam, scilicet, quod erant homines ma-
nifesti, & dij absconditi: sicut Christus est homo manifestus,
& Deus absconditus. Hoc ergo misterium voluit inuestigare,
& explorare, & assumit pro medio. Dic vt lapides isti panes
fiant. Et in hoc est dubitatio, quare conuersio lapidum in pa-
nes sit sufficiens testimonium ad probandum Christum esse
filium dei, cūm multi sancti fecerunt miracula, & nullus, illo-
rum fuit filius dei? Nota quod in qualibet scientia sunt prin-
cipia, quæ communiter non probantur: sed proposita intel-
lectui celeriter approbantur, sine alio discursu, aut probatio-
ne vt in Mathematica, si ab æqualibus æqualia demas, quæ
remanent, sunt æqualia, & in sacra scriptura articuli fidei sunt
sicut principia supernaturalia, quibus firmiter credendum
est. Ex articulis inferuntur conclusiones in sacra scriptura: vt
intulit Paulus, quod si Christus non resurrexit inanis est præ-
dicatio nostra duo principia sunt, ex quibus probatur deum
esse primum, est miraculum: quoniam fundatur super omni-
potentia, & summa veritate, quæ sunt duæ perfectiones soli
deo conuenientes. Ideo solus Deus potest facere miracula, &
nullus alias. Hac de causa si Christus conuertisset lapides in
panes, evidenti testimonio probatum esset esse Deum. Secū-
dum

dum testimonium ad probandum deitatem est remittere peccata. Ideo cum Christus dixit paralytico, Remittuntur tibi peccata tua, Pharisæi dixerunt, Blasphemat: quia solus Deus Mat. 9. potest remittere peccata: & solus Deus creat gratiam supernaturalem, & eam animæ infundit. Sicut enim videns chartā regis seu prouisionem regalem signatā sigillo regis, propter sigillum credit illi, & eam reueretur: sic miraculum est quasi signum seu sigillum omnipotentiaz diuinaz: Ideo videns miraculum factum ad aliquod afferendum, certitudinaliter debet adhibere fidem, propter signum seu sigillum, manifestas Deum fecisse illud opus mirabile: & licet sancti fecerūt miracula, non fecerūt auctoritate propria: sed deprecando metaliter, vel vocaliter ipsum Deum: sed Christus fecit miracula precipiendo, vt patet in resurrectione Lazari, & in aliis multis. Ideo dæmon. Dicit dic &c. Quasi dicat. Iube, vt solo verbo fiat, sicut olim in creatione Deus dixit, & facta sunt.

CSecunda pars est moralis, dæmonium ostēdit se modestum
y bien criado, quia omnes lapides viæ nostræ tollit, ne offendamus lapide pedē. i. ne tropemus, & cadamos in eis: quia ex quo lata est via, quæ ducit ad perditionem, quando videt impedimentum, vel passum strictum, nihil aliud facit nisi æquare seu allanarlo. Quare ieunias? ipse non comedis carnes in Quadragesima? Certè iam habetur honoris, & nobilitatis loco comedere carnes in Quadragesima. Quare non vindicas iniuriam? quia etiā est honorificum vindicare. His modis tollit dæmoniū lapides via nostræ, & colligit eos tanquam en la halda, leuiter & blanditiis nobis dicens, Dic vt lapides isti panes fiant, sed non legistis. Non sunt viæ vestræ, vt viæ meæ dicit dñs: quātū distat cœlum à terra & ortus ab Esa. 55. occidente dicit dñs Christiano delicate viuenti seu regalado. Et sic Psal. dicit. Q uoniam placuerunt sernis tuis lapides eius Psa. 101 id est, via aspera pœnitentiæ: quia serui dei, & sancti, per hanc viam asperam & petrosam ambulauerunt. Dic ergo dæmonio dicenti, vt lapides isti panes fiant: non in solo pane viuit homo. **C**Figura de Absalō qui volens priuare patrem regno suo, primò stebat ad ostiū domus patris sui. Secundo sollicitabat corda virorū Israël dicens, ô quis me cōstituat iudicem super omnē terrā: vt veniant ad me omnes, qui habent negotiū. **F**igura 2. Re. 15.

Tomi. I. Ser. IIII. De Dom. I.

tia, & iuste iudicem? Tertio loquebatur subditis blandè dicens, de qua ciuitate es tu? Respondebant ex vna tribu filiorum Israël, Ego sum seruus tuus: at ille evidenter mihi sermones tui boni & iusti, & doleo: quia non est qui faciat iustitiam, & te audiat. Quarto extendebat manus super collum & osculabatur eos. Alter hoc agit dæmonium ad lucrandum à nobis regnum patris sui, id est, dei, quando regnat in nobis per gratiam. Primo stat iuxta portam animæ, id est, voluntatem, quia insidiatur ut leo in spelunca sua. Secundum namq; magis communem opinionem sanctorū dæmones nec sunt in coelo, nec in profundo, vsq; in diem iudicii: sed in isto aëre caliginoso supra nos iuxta nos, inter nos spissiores atomis solis. Secundo sollicitat corda per motus humorum naturalium & complexionem persuadendo confortando secundum beat. Tho. & Gabriel. in. 2. di. 8. quæst. 2. Et sic monet de facto in irato cholera: ut irascatur: in carnali sanguinem, ut luxurietur: in Phlegmatico Phlegma, ut tristetur. Tentat omnes partes hominis, ut per debiliorē impugnet hominē: sicut hostis circuit Castellum, ut à parte debiliori impugnet illud. Tertio loquitur blandè, & hoc est repræsentare cogitationes malas sicut idola depicta in parieti bus memoriæ tuæ, omnium quæcūq; voluerit, vt tu adores illa & honorem eis adhibeas, & colas tanquam Deum tuum & facias omnes suggestiones, & eius motus, & instinctus sequaris. Vnde nota secundū Gabrielem ubi supra, quod dæmonium non potest cogere voluntatem ad malam cogitationem, vel prauum desiderium. Nam si anima est occupata in sancta cogitatione, quod quidem in sua potestate est, pro illo tūc non potest dæmon aliam cogitationē statuere in anima eius. Ratio est: quia anima non potest simul diuersas cogitationes habere. Hinc est quod potest voluntas præcipere intellectui, vt occupet se in bona cogitatione, & apud se retineat, toto tempore, quo ipsa voluntas voluerit. In quo tempore dæmon non potest ibi ponere aliam malam cogitationem: & in tantum potest homo ex consuetudine frequenti occupari in aliqua cogitatione bona, vt nullus locus relinquatur dæmoni immittendi prauam cogitationem sicut hospes, qui inuenit domum occupatam nobilis societate. i. cogitatione bona: sed si inuenit domum mentis
ociosam

ociosam & vagam statim immittit cogitationes immundas: quin si anima est occupata in cognitionibus turpibus & im-
mūdis, vix aut nūquā admittet bonā cognitionem: vnde vir
iustus, non tantum malas: sed vagas etiam cogitationes nun-
quā admittit, in quantū potest: & hēc prima cogitatio est dif-
ficilior ianua ad custodiā in homine, & vbi debet adhibere
maiorē cautelam & custodiā iuxta illud Prover. filii mi omni
custodia custodi cor tuū. ¶ Quarto dicitur: quia extendebat
manū & obsculabatur hoc est quando voluntas consentit
suggestioni dæmonis dat opportunitatē & conuenientiā ad
sequendum opus culpabile: disponit enim tempus & negoti-
tia taliter y tan a punto, quod vere apparet, quod alias dispo-
nit oīa & præparat secūdum suā voluntatē prout ipse vult &
melius, & sine multo labore, vt opere adimpleat peccatū. ista
sunt quatuor opera Absalōis. i. dæmonis. Ponamus ergo nūc
q̄ sis in bello tētationis, & in magna occasione, vt consentias
tentationi dæmonis: Dic anima mea dicit Ber. non esset bo-
num obedire rationi: Nam dæmō licet te impugnet fortiter,
non tamē potest inferre violentiam nec vincere nolentē: quia
dæmon persuadet, & non constringit: inuitat & non compel-
lit. Rogat & non infert violentiam: non vincit nisi qui vult es-
se vietus. Ergo non est imputandum fortitudini eius sed po-
tius fragilitati tuæ: quia non vincit nisi victum neq; compre-
hendit nisi ligatos: neq; proslernit nisi prostratos.
¶ Volo te ponere amplius in ratiōe dicit Anselmus: pone, q̄
stas in puncto belli, & occasione peccati. Quārō à te si in
poenā istius culpx scires, quod statim est scindēdus pes, aut
mānus commilisses? certē non. Quomodo ergo facis sciens,
quod statim proferetur sententia contra te ad mortē aternā
Hæc ille. Vnde psal. Homo cū in honore esset nō intellexit: Psa. 48:
comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est
illis. Amplius te volo ponere in ratione. Nunquid experta es
culpas maximē carnis? sic Ergo nō vidisti tristes esse volupta-
ptum exitus: quisquis voluerit reminisci libidinū suarum, in-
telliget. Nōne aduertisti, qualiter gaudium in puncto transit,
& pena manet in aternum? & tamen cognosco, quod vt iu-
mentum factus suum apud te: sed in hoc gāudeo, quod ego
semper tecum: quia fides manet, & liberum arbitrium, ad

Pro. 4.

Tomi. I. Sermo. V. de Dom. I.

surgendum, & standum mediante gratia tua. Amplius tibi di
co anima mea: nō recordaris filij prodigi, qui con sumpsit om
Luc. 15. nem substantiam suam viuendo luxuriose? Et tam vili p̄t̄o
existimas deum, vt commutes illum prosiliquis porcorum,
Gen. 25. & vendas h̄ereditatem gloriae, pro lenticula, vt alter Esau, &
assumas in ore tuo quod millies emisti, & comedas cœpe &
allia Aegiptiorum, quæ sine lachrimis, id est morsu conscienc
tiæ comedì non possunt?

¶ Amplius non respicis quia si cōsentis peccato perdis omnes
labores & obsequia Christo exhibita? vbi sunt vota, quæ ob
tulisti? vbi est fructus passionis Christi? vbi est fides & promis
sum, quod patrini fecerunt in baptismo renuntiantes Satha
næ, pompis eius? vbi obseruantia mandatorum Dei? vbi re
missio tantorum peccatorum quæ toties tibi remisit deus?
Quien te ha en echizado anima mea? Accipe cor carneum &
excluē lapideum. Rercordare: quia creatus es ad fruendum
de gloria, & vt esses h̄eres coeli & filius dei: coh̄eres Christi
1. Co. 1. 4. Aduerte quod spectaculum factus es Deo angelis & homini
bus. Memorię manda quinque sententias quinque sanctorū
qui in heremo erant congregati, vñus dixit, quia non pecca
bat propter cōtinuam memoriam mortis. Nam dum me po
no (inquit) in lecto, recordor quod sic sepeliar in sepulchro, &
in sepulchro sum rodēdus à putredine & vermis. Cūm sur
go electo cogito, qđ s̄c surgā in iudicio, redditur rōnē iudici,
quē nō poterodecipere. Alius dixit: nō pecco, qđ habeo p̄ pū
donore diuino, à dæmone nō vinci, quia nō vincit, nisi volētē.
Alius dixit: non pecco, quia semper in memoria habeo pœ
nam inferni. Alius dixit, non pecco, quia exitus peccatorum
sunt tristes & amari. Alius dixit, non pecco: quia perdo omne
bonum, & inuenio omne malum. Alius dixit, non pecco pro
pter memoriam mortis: iuxta illud Salomonis. Memorare
Eccl. 7. nouissima tua, & in æternum non peccatis.

Sermo quintus Do. primæ in Quadragesima. The
ma. Ductus est Iesus, &c. Mat. 4.

C

Oncio hæc tractabit pulchram figuram de Christo, quo
modo dux est noster, & illū sequi debemus. ¶ De vtroq;
exponi-

exponitur figura. Apoc. 6. Et vidi, & ecce equus albus & qui sedebat super eum habebat arcū, & data est illi corona, & exiuit vincens, vt vinceret. Hæc visio & reuelatio communiter à sanctis exponitur de Christo, & bene: quoniam Christus semper fuit adeo bonus miles, magnusque dux, quod ab instanti conceptionis, quo ascendit equum humanitatis nostræ formatæ ex purissimis sanguinibus virginis Mariæ, nunquam cecidit per peccatum, nec perdidit stapedes, id est stribos fidei & spei: quia nec fidem nec spem habuit: sed habuit charitatem perfectissimam, propter unionem ad verbum. Et bene dicit quod vidit militem nostrum Christum super equum album: quia diuinitatem vidit super humanitatem: & dicitur albus propter innocentiam, & puritatem: quoniam peccatum non fecit nec inuētus est dolus in ore eius. Etiā bene dicitur quod habebat arcum in manu sua. Et hic arcus est iustitia & misericordia. In ligno designatur iustitia: in corda misericordia. Unde sicut corda flebit lignum in arcu, sic misericordiam in deo Sed nota quod sicut corda facit arcum flectere, y blandear, vt sagittam fortius emitat, sic misericordia pro hac vita facit flettere, o blādēr iustitiam in forte, vt in morte fortius nos percutiat. Vnde Paulus inquit. Nescis, quoniam misericordia dei Rom. 1. te ad poenitentiam adducit, Congregans enim iram in die futura. Psal. Confige timore carnes meas, à iudicij enim tuis ti Psa. 118. mui. Et in chamo & freno constringe maxillas eorum, qui nō Psa. 31. approximant ad te. Hic est noster dux Christus sedens super equum album, & qui sedebat super eum habebat arcum in manu sua, cum quo vt miles bonus sagittarius emitet sagittas, & percutiet: & nō deuiat à signo sed cōfigit nostrum cor, & cor auari, luxuriosi, & cuiuscunq; peccatoris. Sagitte tuæ acutæ, populi sub te cadent: in corda inimicorum regis. Bene ergo dicitur confige timore tuo carnes meas. Huic soli Christo data est corona: quia solus fecit victoriam nostram, & exiuit vincens: quando mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. Bene ergo dicit Ioan. quia vidit equum album & qui sedebat super eum habebat arcū, Et nota quod sine sacramento vidit tantum equum album: & non pulchra dicit, quia vidit militem: cùm primò & principaliter deberet conside dicere vidi militem & deinde equum: quia principalior ratio, est

Tomi.L. Sermo.V. De Domi.I.

est miles, quam equus: sed quia illa humanitas in Christo tantum fuit unita verbo, quod non fecit in Christo duas personas: sed duæ substatiæ sunt in una persona, Propter hoc tantum facit mentionem de equo, dicens: quia vidi equum album, Nam sicut equum & militem, o al cauallo, y al cauallo, non vocamus nisi unum militem: sic Christum Deum & hominem, sicut militem & equum. Sed magis unus sunt Deus & homo: quam equus & miles: quia quando miles sedet in equo suo dicitur tantum miles ipse & equus eius. Tamen quando descendit ab equo, iam non est unus, sed duo ipse & equus eius: Tamen Christus miles noster quando ascendit equum: ita ascendit, quod nunquam descendit: ideo magis unus Deus & homo, quam miles & equus eius licet, in triduo anima separata est à carne per modum vivificantis: quoniam pro illo triduo, anima unita deitati non dedit vitam carni. Et tamen diuinitas quasi secessor totius humanitatis, scilicet carnis & animæ nunquam separata est ab ipsa carne & anima, & sic semper sedet, & nunquam descendit ab equo Christus miles, & dux noster. Sicut corda bene ligata, o annullata, potius frangitur in parte integrâ, quam in nodo. Sic humanitas fracta est propter separationem animæ à corpore, sed non per nodum, id est unionem ad verbum.

¶ Ultra bene dicitur equus albus: quia virtute spiritus sancti sine macula conceptus: quia solus non in iniuritatibus conceptus est: nec in peccatis concepit eum mater sua: quoniam langores nostros ipse tulit & dolores nostros ipse portauit.

¶ Item bene dicit, quod habebat arcum, quoniam hic est vir sagittarius de quo dicitur Gene.21. & creuit iuuenis & factus est sagittarius, quia proficiebat Iesus sapientia & ætate. Luc.2. de quo etiam Job. Loquens de potentia dæmonis. Reputabitur quasi foenum paleas, & quasi lignum putridum æs, & subdit. Vir sagittarius fugabit eum, & in stipulam versi sunt lapides fundæ. Quasi diceret nullus alias fugabit dæmonium à cordibus hominum præter Christum, cui soli pater dedit potentia iudicium facere. Vnde sicut arcus iustitiae trahitur corda misericordiæ ut longius, & amplius feriatur: sic deus noster Chri-

Nº Colligit misericordia sua iustitia, ut in iudicio & hora mortis fortius feriat, ut dixi. Et sicut qui magis leuat manum maiorem alapam dat, sic Christus qui nunc amplius continet in ira sua misericordias suas in iudicio fortius puniet.

CEt data est illi corona, id est ecclesia primitiva quasi ecclesia ornata duodecim apostolis. q. duodecim lapidibus pretiosis. de qua corona in Psal. Posuisti in capite eius coronam de lapi de pretioso. Ipsi sunt lapides pretiosi & viui de quibus Ioan. Serua eos, quos dedisti mihi, & exiuit vincēs, ut vinceret. Hoc Apo. 17 fuit factum, quando in aetate tringinta annorum ductus est in desertum, ut tentaretur a diabolo: & in illis tribus tentationibus. q. tribus ictibus, o rencuentros, quos habuit cum dæmonio, vicit illum, ut vinceret tentationes nostras, vel saltim diminueret vires dæmonis contra nos: ut non vincat, nisi volentem.

Cor hominis difficulter expugnatur, nisi tantum a Deo, & ipse Deus adhuc maxima difficultate & labore: quo i. m. cor hominis prauū & inscrutabile est, & quis cognoscet illud? Jer. 17.

Vnde Dæmon persuadet & non cogit, solus deus percutit il-

lud, y le enclaua sicut Sagittarius, ut supra dictum est. Morali

Exponitur figura de membris. Equus albus, &c. Caro no-

stra seu corpus nostrum in sacra scriptura significatur per e-

quū. Esa. Equi eorū caro eorū: & albus virtute abstinentiæ.

Et sicut in via stricta equus eget calcaribus, ut non declinet

ad dextram aut sinistram: sic arcta est via quæ ducit nos ad

regnum cœlorum. Amor, & timor sunt quasi duo calcaria

quibus affligendum & percutiendum est corpus. Amore Esa. 31.

ut non declinet per impatientiam oppressus laboribus: est

instigandum timore, ut non declinet ad dextram per elati-

onem in prosperis successibus. Ponenda est sedes obe-

dientiæ & humilitatis: nam super humilem & compun-

ctum corde requiescit spiritus sanctus. Habere debet fræ-

nnum temperantiæ, quo faciliter regatur in omni loco. Et

habebat arcum in manu sua. Pœnitens habeat arcum. id est

confessionem de peccatis. Nam secundum s. Anto. de Padua,

arcus significat confessionem. Duo brachia arcus sunt peccata

tortuosa & deviantia a vera rectitudine. Peccatum enim est

priuatio

Tomi. I. Ser. V. De Domi. I.

L. Sen. priuatio restitutinis debitæ secundum Scotum. Corda est regula iustitiae, quam confitens amplecti debet: quando cor-dam habet propinquorem, distantiora & magis elongata sunt brachia arcus: quanto magis afficitur poenitens iustitię, magis odit peccata: precipue si arcum stringit fortiter manu, id est, si habet propositum firmum non committendi pecca-tum. Non sufficit habere non velle negatiuum peccandi: sed oportet, ut habeat nolle positiuum non offendendi Deum. Et nota, quod confitens tria debet facere, sicut sagittarius.

Eccl. 5. Primò vt emittat sagittam velociter, antequam passer sur-gat è terra: sic confessio debet esse velox, Salomon. Ne diffe-
ras de die in diem conuerti ad dominum. Infirmitus celeriter
vocat medicum, & minutorem sanguinis. Secundò debet
emittere sagittam magno impetu, vt occidat animal percu-sum: sic confessio magno conatu contritionis, & amaritudi-

Iob. 10. nis est facienda. Vnde Iob. Loquar in amaritudine animæ
meæ, dimittam aduersum me eloquium meum. Tertiò sagit-ta est emitenda directè, vt no hierre el tyro: sic confitenda
sunt peccata, & circumstantiæ graues deuiant à signo, qui in
confessione sacramentali confitentur laudes, imitantur Pha-
risæum, qui proprias virtutes narrabat. Alij deuiant y hier-
ran el tyro: quia confitentur peccata minora & leuia dimit-tentes maiora & grauiora: qui emitunt farinam & dimittunt
furfures. Alij deuiant excusando se ipsis, & accusando alios,
sicut Adam accusauit Euam vxorem suam, vxor serpētem

Gene. 3. vxor accusat maritum, maritus vxorem: socius socium, vi-cinus vicinum. Alij accusant complexionem. Alij inclinatio-nem: alij dæmonem: sed omnes isti deuiant à signo: quia ne-mo læditur, nisi à se ipso, vt dicit Christostomus.

CSed attende, quod arcum impedit raritas & dissuetudo
trahendi, & flectendi illum. Arcus enim qui multo tempore,
stetit, lassatus & distentus: aliquando habet lignum ita
durum, quod aliquando citius frangitur quam flectitur
sic aliqui sunt tam male assueti ad confitendum, & mul-tis annis non confitentur, potius franguntur in morte:
quia peccatum est adeo rigidum, & obfirmatum per dis-sue-tudinem confitendi illud, quod moritur homo sine confes-sione. Et data est ei corona, corona gloriæ in futuro, & corona
virtutis

virtutis in præsenti. Vnde, Dabo tibi coronam pro cinere, hoc est Adam dedit cinerem pro corona, ego dabo coronam pro Esa. 9^a cinere. Si rex vocaret ad coronam omnes festinarēt, nec claudus, nec cæcus remaneret. Deus autem promittit per se & per suos prædicatores, non pecuniam, sed coronam regni verè pœnitentibus. Et homo hoc facere pigritatur? Coronam quidem dabit in futuro. In præsenti enim quodammodo coronam & victoriam promittit poenitenti. Nam pro despectu, & humiliatione, gloriam conscientiæ promittit. Eccle. 4. Est confusio adducens gloriam; ut sicut debetur opprobrium abundantibus & superbis: ita humilibus debetur gloria. Vnde Sauli à Samuele dictum est. Cùm parvulus esses in oculis tuis caput: in tribus Israël constitui te. Secundo pro fccitate animæ dat humorem gratia. Psal. Posuit terrâ sine aqua in exitus aquarum. Esa. 41. Ponam terram in uiam in exitus aquarum, pro instabilitate: quia peccatum peccauit Hierusalem, ideo instabilis facta est dabit fortitudinem, & virtutem. Quartò pro diuisione cordis: quia partem accepit dæmon & partem mundus, & partem caro dispersiones Israélis congregabit. Ultimò dabit charitatem, quæ operiat multitudinem peccatorum, sicut cupiditas operiebat peccata. Et exiuit vincens in poenitentia, ut vinceret in egressu vitæ dæmones, & gloriam acquireret, quam nobis Christus. &c.

*Sermo primus feria quartæ post primā dominicam
in Quadragesima. Thema. Volumus à te
signum videre. Mat. 12.*

ACcessierunt ad Iesum scribæ & Pharisei. Scribis incubebat scientia legis, & doctrina. Phariseis religio, Scribæ erant ex tribu Leui: Pharisei ex tribu Simeon. Volumus à te signum videre: quia Iudei signa petunt Græci sapientiam. i. Cor. i. Sed vide mirabilem cætitatem Iudeorum circa miracula Christi. Primò quidem fecit miracula magna Ioan. 12. Et cùm tanta, id est tam magna signa fecisset in eis, non crediderunt in eum. Secundò fecit multa miracula, Ioan. ii. Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Tertiò, fecit miracula utilia, Ioan. 7. Totum

Psa. 122.

1. Re. 15.

Psa. 46.

1. Pe. 4.

Tomi.I. Sermo.I.De

Totum hominē sanum feci in sabbato, id est in corpore & anima. Quartō fecit miracula non in vno tantū: sed in multis sine acceptione personarum: quotquot eum tangebant, saniebant. Quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Quintō

Mar. 6. miracula non occulta: sed euidentia. Ioan. 6. Sequebatur eum multitud o magna: quia videbant signa super his, qui infirmitabuntur. Sextō, fecit miracula sufficientia mōstrare ipsum esse

Ioan. 3. Deum. Rabiscimus, quia à deo venisti: nemo potest hēc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit deus cum illo. Mirāda ergo fuit cœcitas iudæorum.

Sed nota quod in hoc vno maximē habuerūt excellentiam miraculcula Christi: quia si alij sancti fecerunt miracula, hoc fuit deprēcando & orando, in virtute aliena, non propria, sed Christus fecit miracula virtute, p̄pria. Magi pharaonis, & alij benefici fecerunt miracula, per applicationem rerum naturalium. Alij in aqua, vel terra, vel aère, vel igne, vel cadaueribus mortuorum. Vnde quædam ars magica dicitur ydromantia, quia in aqua diuinant: alia piromantia: quia in igne: alia necromantia, quia in cadaueribus mortuorum νεκρῶν Græcè, Latinè mortuus dicitur. Vnde bene dicit Picus mirandula quod cabala & magia naturalis maximē conferunt ad probationem fidei catholicæ. Sed Christus mādando sine aliqua applicatione, & non tantū Christus: sed etiam apostoli nomine Christi fecerunt miracula.

Nota, quod in miraculis Moses habuit figuram Christi: qā Moses tribus signis se moustrauit missum à deo. Primiō, quia

Exo. 4. proiecit virgam in terram, & subito cōuersa est in serpentem, ita vt fugeret ipse Moses. Quod anagogicè, id est in rēllectu spirituali significat quod Christus cum esset splendor & figura substantiæ eius habens virgam imperialis potestatis simul cū patre ab æterno. Subito proiecta in ventrem virginis Mariæ cōuersa est in serpentem, id est in hominem, in similitudinem carnis peccati: quasi serpens venenosus. Vnde Christus. Sicut exaltauit Moses serpentem in ligno: sic oportet exaltari filiū hominis. Et serpens ille Moysi deuorauit serpentes Magorū quia Christus mortem nostram moriendo destruxit. Vnde

Ioā. 3. Osee. Ero mors tua, o mors: & videns Moses serpentem terribilis est, & fugit ab eo, & omnes Iudæi circumstantes: Sic iudei

dæ fugiūt à fide Christi: & bene Moses tenuit caudam serpentis, & sic tenens conuersa est in virgam, quia iudæi custodiētes corpus Christi mortuum in sepulchro subito absque eo, quod custodes sentirent surrexit, & sic quasi iterum virga conuersa est in virgam propter resurrectionem: & sicut an guila tenta per caudā elabitur sic Christus elapsus est ab oculis eorum propter infidelitatem. Secundum signum fuit, quia misit manum sanam in sinum & retraxit leprosam, & cum iterum reclusisset in sinum sancta est similis carni reliqua. Hoc figurat, quod Iudei mittentes manum tantum in lege Dei in sensu literali deduxerunt manum, id est intellectum, & animos leprosos: quia litera occidit. Sed in fine mundi quando reliquiae Israël saluē fient & quando fiet vnum ouile, & unus pastor, tunc iterum mittet manū Iudaicus populus in sensu spirituali & deducet sanam: sicut iam factum est in nostris temporibus in tanta conuersione Iudeorum ad nostrū Christianismum credentes illam legem in spiritu, & non in litera tantum. Similiter centurio, quasi tene ns serpētem istum per caudam, id est per mortem conuersus est in virgam: quia vi dens, quod sic clamans expirasset ait. Verè filius dei erat, & Thomas videns serpentem in virgam post resurrectionem dixit. Dominus meus & deus meus. Tertium signum fuit conuersio aquæ in sanguinem: quia accipiebat Moyses aquā de flumine, & effundens super terram conuertebatur in sanguinem: & deinde quotquot sic faciebant, contingebat simili ter. Hoc signum figurat Christum in prædicacione Apostolorum, Euntes in mundū vniuersum docete oēs gentes baptizantes eos In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, ubi spirituali ter aqua conuertitur in sanguinem, quando accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Sacramentum dico habens virtutem in morte, & sanguine Christi, Vnde baptisinus & omnia sacramenta habent vim suam: & sic omnis aqua spiritus sancti sic effusa super terram conuertitur in sanguinem sacramenti efficaciter ad salutem æternam.

Et signum non dabitur, nisi Ionæ Prophetæ: sed contra: quia postea fecit miraculum de cæco illuminato & Lazaro resuscitato, & ecclipsi post mortem. Respondetur non fuerunt illa signa data Iudeis ad credendum sed

Mat. 27
Luc. 23.
Io. 20.

Mat. 18.

in

Tomi I. Sermo I. De Feria. III.

in signum potentie diuinæ. Sed signum resurrectionis & mortis fuit signum Ione. Vnde Isa. 7. Pete tibi signum à domino Deo tuo, siue in profundum inferni, quod contigit in morte Christi, quando anima eius adduxit vinculos del limbo siue in excelsum supra, qñ resurrexit, & ascendit supra oēs coelos.

Io. i. & 2. Et nota, quod bene Ionas significat Christum: quia sicut Ionas missus est prædicare iniurias: sic Christus mundo & sicut Ionas tempestatem maris passus est: sic Christus tempestates mundi, ille mittitur en mare, vt cesseret tempesta: Christus in mortem, illum non potuit mors deglutiire: sic nec Christum: quia multa corpora sanctorum surrexerunt cum eo: sicut contrariam potionem lumenti contingit, quia cum illa euomit etiam alia: sic morti contigit cum Christo, quia licet: deuorauit eum: tamen viuum euomuit: quia absorpta est mors in victoria tua. Nec mirum est cete grande, non posse digerere, quia Christus erat petra, & quasi gladii petrinus: quia volens ipsum deuorare deuoratus est ab ipso: quia absorpta est mors in victoria.

¶ Generatio mala & adultera, &c. Loquitur scribis, & Phariseis, per quos sapientes significantur, nulla hominum generatio ita difficile corrigitur sicut illi qui videntur esse sapientes, & iustos se reputant. Quoniam doctus non vult doceri, & iustus non vult reprehendi. Vnde bene dicuntur: quia tales adulterium committunt verbo Dei, & diuinæ sapientiæ, quia prauis actibus suis miscent eloquia casta, & iustificata in semetipsa. Sed quare Christus reprehendit istos Iudeos, quia petunt miraculum à Christo? Petere ab officiali rem sui officij nō est illi facere iniuriam: à sutori, vt faciat calceum, à sartore, vt faciat pallium. Homo enim prudens deue honrrar se, de suo officio: quia officium est illi beneficium. Respondetur propter malitiam petebant cordis nostri claudamus fortiter ostium. i. voluntate ambulat, dēmon per loca arida, querens requiem

Luc. ii. & cūm non inuenit dicit. Reuertar in domum meā, vnde exiui. Claude ergo ostium voluntatis tuæ, quia volūtas est sicut ostium: quia ostium faciliter mouetur, & volūtas celeriter mouetur à bono in malum: & è contrario amat, & odit faciliter. Vult, & statim non vult. Oportet custodire istud ostium. Ad Pro. 4. hoc hortatur Sapiens dicens, Fili mi omni custodia, custodia cor

cor tuum. Sunt adhibendi custodes, scilicet, virtutes: ut resistent inimicis, humilitas contra superbiam: temperantia contra gulam: iustitia contra crudelitatem: spes contra diffidemtiam, charitas seu gratia contra omnes. Vnde bonum est gratia stabilire cor. Secundus custos, niger cum clava ferrea, un negro con porra de hierro, scilicet, timor mortis seu iudicij, seu inferni. Confige timore tuo carnes meas, & memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Tertius custos claudatur ianua forti pessulo vel repugulo o tranca. Istud est propositum firmum non peccandi. Aliqui ponunt pessulum debile, scilicet, propositum priuatuum, seu negatiuum, scilicet non velle peccare, id est, nunc non habeo voluntatem peccandi debiliter clauditur voluntas, adhibe pessulum fortem, scilicet, nolo peccare, id est, habeo propositum firmum nonquam peccandi, & securum est firmare pessulum iuramento, saltem pro uno die, ut faciebat David. Iuraui, & statui custodire Psa. 118. iudicia iustitiae tuæ, quod non intelligitur per longum tempus, sed qualibet die iurare: una die propter honorem dei: alia die, iura cauere à peccato propter honorem matris dei: alia die propter honorem angeli custodis, qui te semper & ubique aspicit: & sic forte plures dies abstinebis à peccato. Qui debilis pessulum adhibet faciliter impugnatur ab inimicis irruentibus in tentatione. Prius tentat dæmon pessulum si est firmus, id est, propositum non peccandi si est firmum. Variis temptationibus tentat propositum, & cum inuenit debile, irruit fortiter, & aperit portam consensus, & ingreditur in domum cordis per consensum: sicut introiuit in cor Iudeus. Io. 13.

Quarta preparatio est, ut sequamur signum: quod notatur in euangelio, dum dicitur viri Niniuitæ surgent contra generationem istam: quia ad vocem Ione egerunt poenitentiam, & ecce plus quam Io. hic. Secundum Vegetum triplici signo utuntur armigeri in bello, scilicet, signo mortuo, signo viuendo, & signo mixto ex viuendo, & mortuo. Signum mortuum est vexillum, in quo est aquila picta, vel leo. Signum mortuum est crux Christi hoc est signum filii hominis in quo Christus est pictus, id est, crucifixus.

Signum viuum est viua vox. Secundum diuersas patrias variantur ista signa. In Hispania inuocatur S. Iacobus. Signa

Tomi. I. Ser. II. Fer. VI. post. I. Do.

viua sunt creaturæ habentes vitam vegetatiuam , sensitiuam
vel rationalem vnde beat. Augusti.dicit.Creaturæ tux nutus
Rom. i. tuidomine sunt. Et beat. Paul. Inuisibilia dei per ea, quæ facta
sunt intellecta conspi ciuntur, & bene creaturæ dicuntur si-
gna. Quoniam ducunt in notitiam dei propter id quod in eis
videmus. Tertium signum viuum, & mortuum, tuba est, quæ
partim est carentia vita propria, tamen ut sonet recipit flatum
Esa. 58. viuum. Et tuba significat prædicatorem. Esaias. Quasi tuba
exalta vocem tuam. Prædicator comparatur tubæ, quia fru-
stratoria & vana est lingua prædicatoris (vt dicit beatus
Grego.) nisi moueat flatu spiritus sancti. Tuba tenetur ma-
nu, & sonat recipiendo flatum: sic prædicator lingua &
opere prædicare debet. Tuba causat diuersos sonos, scilicet,
sono altiori, qui appellatur tiple: sono medio , qui dicitur
tenor, sono alto, qui dicitur contra alta: sono depresso ri, qui
dicitur contra baxa. Has intonationes debet facere prædicato-
tor. Primò emittat sonum profundum , scilicet , prædicando
poenas inferni : tenore cantet, prædicans virtutes morales, &
theologicas : contra alta prædicans vitia & redarguat pec-
cata publica publicè: vt beatus Ioan. extulit contra alta con-
tra Herodem.i.eleuet altissimè, scilicet tiple, concionando de
gloria beatorum , quæ ascendat tantùm , vt nec auris possit
audire , nec oculus videre, neque cor cogitare gloriæ magni-
tudinem , quam re promisit Deus diligentibus se, quam no-
bis concedat Iesus.

*Secundus sermo Ferie Sextæ post primam Dominicam
in Quadragesima. Thema. Hominem non
habeo. Ioan. 5.*

In prima parte tanguntur aliqua ad expositionem litera-
lem pertinentia. In secunda , piscina exponetur multipliciter. **¶** Quærit beat. August. hic super Ioan. quomodo Christus
cum tam multi essent infirmi, vnum tantum curauit: nō enim
videtur hoc pertinere ad suam omnipotentiam, & misericor-
diam, vnum tantum sanare ex multis Respond. de salute cor-
porum parum curauit Christus in hac vita, & nunc parum
curat Deus, cum vera salus corporum non acquiratur, vsque
in diem

in diem ultimæ resurrectionis, quando mortui resurgent incorrupti, & non esurient neque sifient amplius: & quia de salute animæ maximè curat curandis omnibus venit, sic nul- Apo. 7.
lum àreatu immunem inuenit, venit saluum facere, quod perierat: alij dicunt quod curauit tantum vnum, ad signan-
dam vnitatem, quam multum diligit. Hæc diuus Augustinus
hic. Secundum tempus descendebat angelus domini, & mo-
uebatur aqua, secundum tempus determinatum non incer-
tum. Nam ut dicit Alexander papa in epistola missa ad Sol-
danum & habetur in Epistola petri Blisensis Epistola. 99.
Et refert Patauinus hic in primo sermone hic descensus an-
geli non fuit semper: sed incepit in prima hora nativitatis
domini, eadem hora, qua Christus natus est ex virgine. Et
dein de eadem hora, & nocte siebat persingulos annos fo-
rit motio aquæ illius stagni non euentu vel fortuna, &
quicunque prior intrabat sanabatur. Et sic dicas: quomo-
do ergo dicitur in euangelio: quia in porticibus stabant
toto tempore anni multi infirmi si tantu vna die & hora
certa habebat aqua vim sanandi, & nō amplius per totu annum?
Respondetur ille quinq; porticus erant, quasi quinque
infirmitat, vel hospitalia infirmorum pauperum, ubi semper
stabant causa eleemosynæ petenda ab intratibus in templu.
Hæc Guillelmus Arichate hic. ¶ Super illud hominem non

habeo, quasi dicat tibi derelictus est pauper, & orphanotu
cris adiutor. Adiuua me ergo domine, quia hominem nō ha-
beo, quod tripliciter exponitur moraliter sic: quia peccator
existens in peccato mortali, iam non est homo: sed potius be-
stia: quia nō intellexit, vel quia peccatum est nihil. Et ego ad
nihil redactus sum, & nesciui, sicut olim Nabuchodonosor

mutatus est in bestiam. ¶ Vel secundu hominem nō habeo. i. in-
teriorē hominē, qui secundū deū creatus est, secundū illud Apo-
stoli. Spoliates veterē hōiem, induite nouū, qui secundū deum
creatus est. Vel tertio hōiem nō habeo. i. Christū: quia pecca-
tor nō habet Christum, iuxta illud quæ cōuentio Christi ad
Belial? Possidetur à dæmonio, & nō à Christo & propter hoc
dicit, hominē non habeo. Iā noli peccare. i. ex nūc nō pecces:
sufficit tempus preteritū peccatis. Modicum ergo tempus, q
superest vite, sit tempus ad poenitētiā, quæ est noli peccare

Psal. 9.

Psa. 72.

Da. 2.

Eph. 4.

2. Co. 6.

Tomi. I. Ser. I I. Fer. VI. post. Do. I.

& nolle peccasse ad emēdationem vitæ. ¶ Et quoniam salus animæ consistit in motu liberi arbitrij in Deum, quoniā non potest Deus saluare te sine te, & isti sunt pauci & in tantam paucitatem, quod in comparationem malorum, ad vnius tā-
tum numerum reducuntur. Ideo dixit huic vni, vis sanus fie-

Eph. 4. ri, vel Christianus non saluatur, nisi sit vnuis, id est, credere debet vnum Deum, vnam fidem & vnum baptismum. Vel me-
lius: quia Christianum oportet esse vnum in vnitione vnius

Luc. 10. intentionis, vnius finis vnius necessarij, id est, vnius dei. De quo vno in euangelio Christus dixit. Porro vnum est necessa-
riū. Sequitur secunda pars de multiplici expositione piscinæ.

Chrisostomus dicit, Miracula Christi habent idioma di-
uinum, id est, loquūtur diuinitatem dei secreto: quia Christus
est verbum patris. Vnde opera Christi maxime miraculosa
sunt omnia. q. loquētia, & manifestatia diuinitatem, & omni-
potētia patris. Vnde sicut in scriptura bñ scripta alias laudat
scriptorē, & literas, quasi bene pariles, & distinctas sed alias
misteriū & sacramētū absconditū in literis: sic in operibus Chri-
sti alias laudat factū, id est, miraculū: alias sacramētū in mi-
sterio absconditū. In hoc miraculo multa mysteria sunt abscon-
dita primū diuina essentia est. q. piscinæ, stagnum & pelagus
sui suelo & mare oceanum, quia est infinita: de qua Job quis
clausit ostiis mare, quando erūpebat quasi de vulua procedēs
quū ponerē nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi

Iob. 38. pannis infantia obuolerem? Exponitur de deo facto homi-
ne. Vide Sermo. de domi. infra. octa. Nati. Christi. In isto ma-
ri sunt cōgregatae omnes aquæ creaturarum quoniam quod
factum est in ipso vita erat, scilicet, vt inde exeat per prodi-
ctionem in esse reali. Et iterum quasi flumina ad mare redeat
ad ipsum per esse gratiae & glorificationis: saltē in creaturis
rationalibus, hæc ergo est piscina nostra.

Et nota, quod hæc piscina licet habeat virtutem sanandi,
non tamen nisi quando turbata esset aqua, & ad aduentum
angeli, quia post lapsum culpæ licet diuina potentia posset
nos sanare: noluit tamen nisi ad descensum magni cōsiliij an-
geli. i. Christi secundum tempus: at vbi venit plenitudo tem-
poris, misit deus filium suum natum ex muliere factum sub
lege. Tunc enim missus est angelus Gabriel, & tūc quasi cepit
turbari

turbari aqua, quando Maria audita salutatione angelica turbata est in sermone eius. Et quod subdidit, Quod cogitabat, virtus prudentia, & mansuetudinis notatur, ut tempore irae taceamus. Nunc Bernard. alloquitur Christum. Cur domine non sufficit ad nostram salutem tanta turbatio aquæ, ut ex deo fias homo : & quasi turbata y enturbiada aqua limo humanitatis nostræ nō videaris deus? Iam nulla claritas diuina apparet: sed tota turbata, cooperta aforrada in homine. Nunc ergo volo intrare, ut me sanes. Respondetur adhuc nō est tempus: quia nihil nasci profuit, nisi redimi profuisset. Expectate motū, aquæ & eius turbationem tempore passio-
 nis: & tunc erit proprium tempus intrandi, balneandi, sanā-
 nandi. Quando? quando vidimus dominū Iesum Christum,
 quia incepit tristari, & mestus esse, tūc incipiet turbari aqua
 quando videritis quod factus in agonia, factus est sudor eius,
 quasi sanguinis recurrentis super terram. Itaq; succurrat ei
 angelus domini de celo confortans eum, à tomalle la sangre
 como a hombre desmayado, turbata facie, & colore pallido. Tunc vadit enturbiando se aqua & accipiens virtutē sa-
 nandi, quando videtis tempore quo capitur, alius ligat, alius
 trahit, alius euellit capillos seu mesa, alius expuit, alius per-
 cutit, alius vociferatur, quando coram anna videtis torto-
 rem al Sayon, quia dedit alapam Iesu Dicens, sic respon-
 des pontifici? Tunc turbatur aqua: imò tunc non turbatur:
 quia sine turbatione respondit, si male loquutus sum testi-
 monium perhibe de malo: si bene cur me cædis: sed magis
 cum videbis turbatum coram Pilato, flagellis cæsum, ita ut Io. 19.
 Pilatus educat eum foras dicens. Ecce homo, non videtur tibi
 homo, sed elgarrochado. Vidimus eum & non erat ei aspe Esa. 53.
 Et us, neque decor, reputauimus eum quasi leprosum, & no-
 uissimum virorum. Denique quando positum in cruce non
 cognovit eum mater sua, quæ peperit eum, quem ut me-
 lius agnoscat dicit. Mulier ecce filius tuus, quando iam afila-
 do el rostro positus in agonia dicit Heloy: & clamans vo-
 ce magna emisit spiritum: Tunc verò turbata est aqua, id est, Mat. 27
 Iesus & tunc videbis intrare unum hominem infirmum, fœ-
 tidum, latronem, dicentem, Memento mei, dum veneris in
 regnum tuum: & tunc videbis, quam citè sanatur, Amendico
 Luc. 23.

tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Benedic ergo infirmus paralyticus, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam.

¶ Secunda expositio euangelij est anagogica, quā ponit quidam doctor hic, qui exponit de angelo magni consilij, id est, Christo, qui nō de terra. i. ex virgine Maria tantum venit secundum quosdam hæreticos: sed etiam de coelo lumen de lumine: Deus verus de deo vero. Hic venit in piscinam, & stagnum legis Mosaicæ, ubi erant sacrificia ceremoniæ Iudeorum, quasi in stagno, quasi estancados: quia nullum ad perfectum adduxit lex: sed omne istud stagnum & aquæ erant expectantes aduentum angeli. i. Christi ad motum & turbationem illarum aquarum. i. ceremoniarum & sacrificiorum, ut sanaretur unus, id est, una sancta, & una ecclesia, in qua est unius tantum Deus, una fides & unum baptisma, & Hec piscina bene dicitur, quia habebat quinq; porticus: quia quinq; ætates transierunt ante aduentū Christi, & ex una aquaq; erat homines iusti & sancti expectantes aduentum Christi, ad motum aquæ ad salutem suam. Et bene erat ibi homo tringita & octo annos habens in infirmitate sua, per quem designatur cunctus populus gentilis, ex antiquo infirmus sine lege sine deo, sine rege. In hunc ergo deus misericordia motus maximè posuit oculos suos. Ex quo pro maiori parte suscepereunt fidem. Et quia propter liberum arbitriū non potuerunt salui fieri, nisi volentes, dicit vis sanus fieri? Respondet hominem non habeo. i. prædicatorem & doctorem fidei, in cuius figuram ille Eunuchus in actibus Apostolorum, cum legisset, tanquam eius ad occasionem duximus est, qui erat genere gentilis dicit Philippus, & nūquid intelligis q̄ legis? Respōdit, & quomodo possim intelligere, nisi me aliquis docuerit? Et propter hoc dicit hic hominem nō habeo, id est, doctorem. Et subdit dū ego venio aliis descendit ante me: quia Iudaicus populus prius erat vocatione, nobilitate, & honore: & multi ex illa lege descendebant, prius quodammodo iustificati, antequā populus gentilis descendisset: sed adhuc post aduentum Christi, mortem, resurrectionem, & ascensionem, erat ista discussio inter Iudeos, & gētiles act. 15. quia nisi circuncidamini Christus nihil proderit vobis: sed sublato illo impedimentou

est spi-

A&t.8.

est spiritui sancto , & nobis &c. Dixerūt Apostoli, vt ingrediantur simul omnes : imò & qui solebat esse prior, fit posterior , & qui posterior primus, donec plenitudo gētium introeat , & tunc reliquiae Israēl saluæ fient. Hominem nō habeo, id est, Christum vel eius vicarium, qui applicatione sacramentorum mihi remittat peccata : vel Petru vel Paulum, secundum quod exponit hic ille doctor.

Rom. 9.

Moraliter exponitur piscina de pœnitentia : quia sicut vir tus istius piscinæ proueniebat à tribus vel quatuor simul, vel à quolibet corum, scilicet, vel à carnibus sacrificij, quæ ibi la uabantur, vel à ligno crucis ibi abscondito, vel ab angelo mo uete aquam vela baptismo in hac piscina figurato: sic virtus pœnitentia nostraræ vel prouenit ex meritis totius ecclesiaræ, quasi ex sacrificiis carnium aliorum, vt conuertamus expeditantes donec impleatur numerus fratrum nostrorum, id est omnium electorum. Sciunt nanque iusti se detineri ex charitate in hac lachrimarum valle, donec accedant peccatores per pœnitentiam in cuius figurâ dlim exercitus se detinuit aliquāto tempore in deserto propter speradā salutē Mariæ sororis Moysi leprosæ. Vel hęc virtus pœnitentia prouenit à ligno crucis, qā si crucem dñi mittas in pœnitentia tua fiet dulcis, & sup plebat totum defectū fragilitatis nostrę. Vnde Iob, vtinā ap penderetur peccata mea quibus iram merui, in statera. Et beatus Paulus Christus factus est nobis iustitia, sapiētia, sanctificatio, & redēptio. Bernard. Semper sonat in auribus diuinis vox illa Christi in cruce. Pater ignosce illis, non sciunt, quid faciunt. Vel prouenit virtus pœnitentia Ab angelis vel angelo custodiæ, qui secreto mouet animam, turbat & sanat faciendo plorare. Et tunc gaudium est angelis super uno peccatore pœnitentiam agente. Vnde risus angeli dolore peccatoris misetur. Itaq; alter dolet, & alter de dolore gaudet noua contra positione. Vel propter baptismū figuratu in ista piscina: quia ne mirarentur homines sanari in virtute aquæ baptismi. Primò contulit huic aquæ virtutē sanādi corpora, & sicut aqua istius piscinæ, ex se nō sanabat: sed mota vel turbata: sic in baptismo, quādo verbū accedit ad elementum, & fit sacramentum. Vel sicut nō sanabat nisi adiuta virtute angeli mouentis aquā & conturbantis illam: sic nec aqua baptismi nisi virtute

Luc. 23.

Luc. 15.

spiritus sancti. ¶ Quartò principaliter hæc piscina de conscientia. Psalm. 59. Olla spei meæ Moab. Hiere. 48. Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fecibus suis, & non est trans fusus de vase in vas. Bene conscientia dicitur, vt olla: quia sicut ollæ non feruenti, sed frigidæ adhærent muscæ & vermes sic conscientia frigidæ. i. sine amore diuino & charitate cogitationis pessimæ mala desyderia adhærent. Et bene conqueritur, quia non est trassegada, o meneada de vase en vas, id est de mala in bonâ, sed relictâ in fecibus suis. Est namq; triplex conscientia quædam valde bona, quieta, quæ non sentit mortale peccatum quæ non indiget moueri, qualis erat Pauli. Hæc est gloria nostra testimonium conscientiæ nostræ. Alia est conscientia mala, & quia valde mala est, est quieta, & paccata, sicut in fecibus suis, vel in matre sua. Tertia est media inter bonam & malam, vnde oportet illam trasferre de vase impuro culpe in vas purum gratiæ iuxta illud Psalm. Commouisti, & turbasti eam, sana contritiones eius: quia commota est, quasi dicat videsne paralyticum iacentem in grabato mortis suæ, omnibus membris, id est potentissimæ animæ suæ ad ambulandum in via virtutis. Commouisti me, quando prænouisti me gratia tua, quasi querens a me vi sanus fieri? Et certe nihil aliud volebam: sed tenebat me catena ferrea, & quidem nō ferrea, sed mea ferrea voluntas, vt dicit. b. August. Iam ergo quia diripiisti vincula mea, & ceciderunt catenæ de manibus meis percussio latere Petri, &c. Vnde iam cōmouisti aquam, id est, conscientiam meam cum mecedero contritionis, id est sana ergo contritiones eius, id est omnia vulnera eius: quia habet plures puñaladas, estocadas, & vulnera quæ transfigunt illam.

¶ Quintò hæc piscina significat, diuinam misericordiam, ratio est, quia hæc aqua congregabatur ex aquis pluuiialibus. Et aqua pluuiialis differt ab aqua putei, vel cisternæ, quia est generalis, & vniuersaliter rigat omnes terras sine acceptione perso-

Mat. 5. narum, pluit super iustos & iniustos. Hortulanus extrahit aquam à puteo, & rigat herbas, quas ipse vult. Gratiæ mundi vt diuitiæ, honores, fauor sunt quasi aquæ putei, quibus mundus rigat quo svult. Nō æqualiter dat fauorem: quidam nascuntur cum gloria, & fauore ab utero matris: alios contemnit: alijs dat diuitias: alij usque ad mortem in miseria & pauperate

tate vivunt: alij dominantur, alij cum opprobrio, & despectio-
ne totam vitam degunt. Est mundus acceptor personarum
quosdam archaduze: alios vacuos dimittit. Nihil aliud facit
mundus, nisi implere quosdam honore, diuitijs, delitijs, fama
dominio, & alios spoliat, & euacuat omnibus prædictis. Sed
misericordia Dei est quasi aqua pluialis generalis omnibus.
Pluit super iustos & iniustos, id est magna misericordia pec-
catores vocat ad poenitentiā, & iustos cōseruat in gratia. Psal.
Misericordia domini plena est terra. Secunda ratio propter Psal. 52.
quam misericordia diuina significatur per istam piscinam est
quod accipiebat virtutem à tribus. Primo, quia ibi lauabun-
tur sacrificia, scilicet animalia, quæ offerebantur. Et misericor-
dia diuina maximè viget in sacramētis ecclesiæ, quæ omnia fa-
cramenta nouæ legis conferunt gratiam ex pacto diuino, ex
magna dei misericordia: & præcipue manifestat deus suā mi-
sericordiam in conuersione peccatorū. Vnde Psalm. Mirifica
misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te. Pondera mi Psal. 16.
rifica, id est ostende miras, sicut p̄ictor superponit oleum ima-
gini, vt resplendeat: sic oleū misericordiæ superponitur & emi-
net super omnia opera dei, quam mirificat in saluando pecca-
tores. Non mirificat misericordias in creando. Nō dicit, quod
mirificat in conseruando, in gubernando neq; in alijs operi-
bus dei: sed quia saluat poenitentes sperantes remissionē pec-
catorum. Vnde psal. Miserere mei deus secundum magnā mi-
sericordiam tuā. Pondera magnā quia collatione beneficij tē-
poralis ostendit deus paruam misericordiā: sed in remissione
culpæ & infusione gratiæ magnam ostendit misericordiam:
quando saluat inimicum & illum acceptat in filium. Confert
illi gratiam, & illi promittit gloriam. Non esset magnum da-
re gloriam amico: vel innocentio: sed magnum est dare inimi-
co, & peccatori: vnde si imperator daret ciuitatem ministro,
qui semper ei seruit non est mirum: sed si daret ciuitatem ini-
mico, & proditori, qui eum voluit occidere & auferre regnum
eius, esset mirabile, peccator offendit dei honorem, & vitam
dei vult occidere, & eius diuitias vult furari. Ideo magnam mi-
sericordiam ostendit peccatori in remissione culpæ, & colla-
tione gratiæ. Secundo à ligno crucis accipiebat virtutem, &
Christi misericordia in Christo viguit. Quia vt dicit beat. Ber-

Tomi.I.Ser. I. De Domi. II.

nardus ibi, in cruce multæ miseriæ domini, similiter etiæ multæ misericordiæ. Eleuabatur iniqtas & crescebat malitia: multiplicabantur vulnera, replebetur anima tristitia, & lingua orabat ignosce illis. Consummata est vita: consummati labores & misericordia incepit vigere, dicēs sitio, scilicet, adhuc magis pati pro vestra salute. Mea misericordia non est consummata: mea cōpaciō pro vobis nō est finita: sed de nouo incipit. Tertio à descensu angeli mouentis aquam, hic angelus significat Christum, qui descendit de cœlo ad mouendum misericor-

Psa. 35. diā erat estancada in cœlo. Psal. Domine misericordia tua in cœlo: sed facit fontem misericordiæ, que viniſſe fluens per arcaduzes membrorū suorum: & sic per quinque vulnera flueret aqua misericordiæ. Esa. Haurietis aquas de fontibus saluatoris, vt intrarent infirmi, non vñus tantum: sed multi, scilicet,

Esa. 12. Magdalene, Chananea, Mathe^o, Zachæus, mulier adultera, Lattro in cruce. Omnes intrarunt piscinam misericordiæ, & salui facti sunt: immo omnes ad quos peruenit aqua ista saluifaciunt in gloria.

Sermo primus de Dominica secunda, in quadragesima. Thema. Leuantes oculos neminem viderunt, nisi solum Iesum.

Matth, 17.

INTRODUCTIO.

Ecclēsia repræsentat nobis comediam, id est farsam diuinā & spectaculum mirabile, in qua pater est repræsentator & auctor, filius repræsentatus & demonstratus. Introducti in spectaculo seu commedia Moyses & Elias, aspiciētes, o miradores, Petrus, Iacobus, Ioannes.

Euangelium habet plura sacramenta, & sic ecclēsia in oratione transfigurationis dicit, Deus qui fidei sacramenta in unigeniti gloriola transfiguratione patrum testimonio roboraſti, & adoptionē perfectā voce de nube elapsa præsignasti.

Mat. 16. CPrimum secretum, cur assumpſit Petrum, Iacobum, & Ioan nem? Respondetur, quia Petrus maximus in fide & dux fidei, qui

qui dixit. Tu es Christus fili? Dei viui, id est illius vita eternæ, secundum quam Deus est vera veritas, & vita. Et quia fidei sue cedit visio: sicut spe intentio, & charitati fructus, ideo assumpsit Petrum, Iacobum assumpsit: quia primus in martyrio: sicut olim Aminadab de tribu iuda primus intravit cum curribus suis, y fardaje in mare Rubrum. Vnde alibi dicitur, in quadrigis Aminadab. Ioannes primus fuit in secretis diuinis, & nisi Cant. 6. hic vidisset gloriam Christi, nō dixisset. Quod vidimus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vita.

Sed alij dicunt & melius, quod quia prouidētia diuina præ-1. Ioā. 1.
uidit istos tres futuros testes humanitatis suæ & fragilitatis
in passione, propter secretum iudicium Dei (nam assumptis
Petro, Iacobo, & Ioanne iuit in hortum,) conuenienter acce-
pit eosdem testes suæ omnipotentiaz, & diuitatis, vt saltim Mat. 16.
isti videntes eum mori vt hominem, non deficerent in fide &
crederent, eum Deum, vt iam viderant. Assignatur ratio mo-
ralis, vt ponat Deus conditiones saluandorum, & videntium
gloriam, scilicet, Petrum in fide, Ioannem in gratia Iacobum
in fortitudine. Secundò quæritur cur non potius ostendit
infernum, quam gloriam, vt saltē mali desisterent peccare
formidine poenæ? Psalm. Descendent peccatores in infernum Psa. 54.
viventes. Respondent quidam quod sicut pater ostendit filio
suo poma & ientaculum, & blandè tractat eum, vt vadat ad
scholam: sic Deus gloriam ostendit in transfiguratione, vt
nos duceret ad gloriam. Non ostendit infernum: quia omnes
obsequium factum Deo timore, vel spe commodi nō valet ad
meritum, nisi postea conuertatur in pium amorem, sicut con-
tingit in satore, qui acuta acu coniungit petiam introducen-
do dulcem filium: sicut dicitur in Esaia. A timore tuo concepi-Esa. 26.
mus & parturiuimus spiritum salutis. Aliter dic, quod Deus
non vult timeri: sed amari. Vnde dicitur, transite ad me om-
nes, qui concupiscitis me, id est, non permaneatis in timore
poenæ, aut concupiscentia gloriæ. Vnde iustus nunquam ad-
uertit ad sua bona opera, aut ad fructum illorum. Vnde spō-Can. 14.
sa in Cant. Læua eius sub capite meo, id timor inferni sub ca-
pite meo, & dextera illius, id est, amor Dei amplectabitur Cant. 2.
me. Et Psalm. Si dormiatis inter me lios clerros, id est duas
fortes amoris & timoris poenæ. Columba de argentata id est Psa. 67.
opera

Tomi. I. Ser. I. I. Fer. VI. post. Do. I.

opera amore filiali fiant. Et posteriora vitæ. i. perseveratia bonæ vitæ in pallore auri in qua fruetur beatitudine. ¶ Et transfiguratus est ante eos: sed qualis fuit transfiguratio? Respondeatur, vsus eius claritatis, quā habebunt sancti in gloria: quia saluatorem expectamus dominū nostrū Iesum Christū, qui reformabit corpus humilitatis nře cōfiguratum corpori claritatis suæ. ¶ Nota quod maius miraculum fuit faciem Christi non resplendere semper sicut solem, quam resplendescere tantū in trāfiguratione: quia cum Christus fuerit beatus ab instanti suæ conceptionis, statim ex gloria animæ redundare debebat claritas corporis, sicut agilitas, impassibilitas, & subtilitas: sed clementia diuina miraculose fecit: vt Christus ageret opera redemptionis: vt pro tempore vitæ usque ad resurrectionem non redundaret gloria animæ in dotes corporis claritates, sicut in laterna papyri non luceret cādela, vel sicut qui vult vt molendinum suum non molat in diebus festis, detinet aquam, vt non fluat ad canalem, & faciat illud moueri. Diuinitas non redundauit in humanitate dote claritatis. Ideo dicebat, Deus de⁹ meus: vt quid dereliquisti me? quia diuinitas non dabat fauorem, & impassibilitatē humanitati.

Psa. 21. Mat. 27
Et resplenduit facies eius sicut sol, non mutando primam formam humanitatis passibilem, turbidam & mortalem: sed superponendo formā diuinā claram lucidam & impassibilem: sicut mulier fucata superponit fucum vultui suo: Et bene dicit sicut sol: quia sicut sol habet quatuor excellentias. s. subtilitatis, agilitatis, claritatis & impassibilitatis: sic tunc corpus Christi in trāfiguratione. Secundo quia sicut sol offuscat vi- sum nisi tegatur nube, sic diuinitas in Christo obfuscasset vi- sum humanū propter nimiā claritatem, nisi fuisset cooper- tū carne. Ulta sicut sol diuersa in diuersis operatur iuxta mate- riæ dispositionem: quia sol indurat & ceram liquefacit, vul- tum facit nigrum, & lignū album: sic Christus aliis odor mor- tis in mortem, aliis odor vita in vitam, vt dicit beatus Paulus

2. Co. 2. Nota figuram transfigurationis. Hester tertia die, id est, in lege gratiæ humanitas per Hester significata, interpreta- tur hester abscondita vel eleuata. Virumque Christo con-uenit, absconditus: quia, vere tu es Deus absconditus, Hu- manitas est eleuata in terra, in mari in coelo, voce patris.

Esa. 45. Miris

Miris miraculis est eleuata, circundata est gloria sua. Quia anima Christi erat gloriofa: sed gloriam corpori non communicauit: sicut pannos reuolutos ponunt Altures super caput, ut redeentes in patriam ex eo faciat vestes. Hoc paēto anima Christi portauit gloriam inuolutam o arrollada, in transfiguratione, descogiola, & in resurrectione illa vestiuit corpus suū. Comitabatur diabulus ancillis lege & prophetia. Dicitur in figura micantibus oculis, quia resplenduit facies eius sicut sol. Sequitur. Sed intus tristem cœlatabat animum. Hanc tristitiam ostenderunt Moyses & Elias, cùm loquebantur de excessu, Luc. 19. quem completerunt erat in Hierusalem, Rex tēdit virgam. Hester. i. Pater coelestis autoritatem dedit filio: quia vox de nube audita est, Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui. Et ecce apparuerunt Moyses & Helias loquentes cum Iesu. Loquutio ista Moysi & Elię cum Christo figura est legis & prophetiarum, testimonium perhibentium euāgeliō. Ratio autem quare isti duo apparuerunt potissima est, quia Moyses fuit mitiflissimus homo, & Helias fuit fortis zelator legis. In primo notatur misericordia, in secundo iustitia, ut notetur, quod Christus venit in primo aduentu pius & māsuētus: in secundo autem veniet rigidus incutiens terrorem. In primo apparuit, tanquam Moyses: in secundo tanquā Helias apparebit: Sequitur. Hic est filius meus dilect⁹ in quo mihi complacui. Non nothus o bastardo, non adoptiu⁹ aut legitimado: sed legitimus, naturalis, vnicus, æternus, coæternus, consubstantialis, deus de deo, lumen de lumine, deus verus de deo vero, per originē non per adoptionem. Dilectus quia secundum, quod est verbum & deus, tantum diligo ipsum: super excellenti, & infinito amore sicut diligo me ipsū, & ipsam diuinam essentiam, in qua ego & ipse vnum sumus. Secundum vero humanitatem assumptam, id est secundū quod homo diligo ipsum plus quā totum vniuersum: quia in quo omnia, & per quem omnia & propter quem omnia dicit Paulus, quasi dicat, tantus est valor personæ Christi, quod licet nō mouisset deum creare vniuersum sua bonitate, tamen valor, & meritum personæ Christi, secundum quod homo mouisset ad creandū omnia. Non solum secundum quod est verbum dei, per ipsum omnia facta sunt, i. in quo omnia: sed secundum quod

Tomi. I. Sermo. I. de Dom. II.

quod homo id est causa ipsius per quē omnia, & propter cuius meritum omnia sunt facta. Et ratio huius dilectionis est: quia contulit illi maius bonum, quam alicui creature, scilicet personalem vniōnem, & cōtactum ad verbum inseparabilem & gratiam sine mensura: quod est illud maximum bonum & maius bonum de quo Ioā. dicit, pater quod tradidit mihi maius omnibus est. In quo mihi complacui, id est in quo complacentiam habeo ab æterno, eo quod genui talem filiū, tam perfectum, quod vñus est, & secundum non habet. Si enim dilectus est deus in operibus suis: quanto amplius in filio suo. Ipsum audite. Hic est de quo loquutus est Moyses in lege dicens. Prophetam suscitabit dominus de medio fratrum vestrorum illum sicut me audietis, omnis anima, qua non audierit prophetā exterminabitur de populo suo. Et loquebantur de excessu, quā completurus erat in Hierusalē i.e. de morte, quæ dicunt excessus, eò quod excedit, superat & vincit. Vnde 2. Mach. 10. Loquens de morte Antiochi dicit sic. Antiochi vita excessus ita se habuit. Vnde de mortuo dicimus, quod excessit id est quia de loco cessit, id est alijs locum cessit. Vel melius dicitur mors Christi excessus quia per mortem suam omnia excessit. Nam excessit sapientiam: quia cùm essent multi modi saluandi mundum, qui videbantur hominibus conuenientes iuxta statutum potentiae diuinæ: tamen ipsa diuina prouidētia elegit modum disconuenientius iudicio humano. Vnde

Cor. 1. Pau. Nos prædicamus Christum crucifixū Iudæis quidē scandalum: gentibus autē stultitiā & alibi. Quod stultum est Dei sapientius est hominibus. Nā stultam fecit deus sapientia huius mundi. Vnde Job. Qui comprehendit sapientes in sapientia sua, & prudentes in prudentia sua. Et August, non satiabar considerare magnitudinem diuini consilij, & altitudinem quan-

Psa. 63. do viidi quod accessit homo, id est Christ⁹ ad cor altum, id est, consilium diuinum pervnionē ad verbū, & exaltatus est deus propter quod, & deus exaltauit illum. Secūdus excessus fuit

ph. 2. ph. 2. iustitiae. Vnde latro. Nos quidē iuste patimur: nam digna

Luc. 22. factis recipimus. Hic autem nihil mali gesit. Vnde quasi vere cognoscens, quod non pro se: sed pro iustificatione aliorum pateretur, quasi redemptor & saluator, quod est solius Dei cognoscens diuinitatem, fecit prout potuit reuerentiam, vel diuino acato

no acato corporis gestu, & inclinatione, mête & corde, & ver
bis dicens. Domine memento mei dum veneris in reguū tuū
quasi dicat, scio quod non moreris pro iniustitia tua, nec ad iu
stificandum te: sed pro iniustitia totius mundi, & ad iustifican
dum me. Vnde tanquam Deū te oro, vt memineris mei dum
veneris in regnum tuū. Secundus excessus fuit charitatis: quia
maiorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam pe
nat quis pro amicis suis. Excessus fit, quādo non tantum pro
amicis: sed pro inimicis quis moritur. Pro tuis inimicis, o Chri
ste existis in cruce in maiori tormento in ipsa mortis agonia,
quādo magis exaltata est iniq[ue]itas inimicorū: tunc exaltata
est magis misericordia, & charitas diuina dices. Pater ignosce Luc. 23.
illis: quia nesciunt quid faciunt. ¶ Quartus excessus fuit cru
delitatis: quia crudelitas vniuersaliter in omnibus membris. Psa. 21.
intimior quia dinumerauerūt oīa ossa mea: atrocior, qui avsq;
ad mortem, mortem autem crucis. Vnde in canticis, colum
ba mea, in foraminibus patre, in cauerna maceriae. Bernad.
Ecce homo, id est mira tu hombre, & Deum tuum à pedibus
vsque ad caput. & dices, quia nunquam vidisti nec cogitasti
tam crudellem lanienā, id est carneceria factam in bruto quā
to magis homine, Vnde dicit in foraminibus Petræ, in cauer
na maceria, Tormentum crucis tam crudele, conclauatus vi
uus. Itaque quando leuatus in altum corpus inclinabatur ad
cadendum: solis clavis sustentabatur. Quando sustinetur in
pedibus se desmiembran, y descoyuntan, y desgarran, los bra
cos, quando sustinetur in brachijs pedes se desgarran. & con
currit sanguis ad loca clavorum, nec habet vnde exeat liber. Cant. 24

¶ Similiter loquebātur de excessu paupertatis, simul in
vnus diues, & pauper: Quis enim vnquam vidit tantum
extremum? diuinum secundum quod Deus, & extremum
paupertatis secundum quod homo. Dic quis homo est tam
pauper qui in articulo mortis careat lecto. Ex rex gloriae
moritur & habet crucem pro lecto. Et quis est tam pau
per, qui non habeat pannum, quo operiatur corpus mor
tuum, & pannum, quo operiat partes verecundas corpo
ris viui? Et quis tam pauper, vt deficiat vas aquæ petitum
coram multis in ipsa mortis agonia? quod non habuit Mar. 15.
Christus: sed dabant ei vinum mirrhatum cum felle mixtu.

Et quis

Tom. I. Sermo. II. de Domi. II.

Et quis tā pauper cui deficit mortaja? Vnde nisi quia Ioseph mercatus est sindonem mundam, non habuisset. Et quis tam pauper cui deficit sepulchrum? nisi, quia Nichodemus posuit illum in monumento suo nouo, quod exciderat in petra, non habuisset sepulchrum, nec habet, vnde faciat funeralia: sed de elemosynis quasi postulatum. Señor por amor de dios para enterrar un defuncto.

Mat. 27

psal. 126.

Sextus excessus efficacitæ & efficientiæ & virtutis: ipse enim est propitiatio pro peccatis nostris: & non tantum pro peccatis nostris: sed etiam totius mundi. Vnde Psal. Apud dominū misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Habuit enim efficientiam, non tantum in hominibus: sed etiam in angelis, & hoc est quod dicitur Esa. Suspendam secum omnem gloriam domus patris eius, & Psal. Vasis craterarum usque ad omnes vas musicorum, id est angelorum.

i. Pe. 1.

¶ Loquebantur de excessu, sanctus Efren dicit, quod sic dicebant Christo in illo raptu transfigurationis. Gratias ingentes agimus tibi, quia videmus impleta in te, quæ nobis mandasti dicere, & proferre de te. Ex hac parte magnum gaudium ingreditur nobis, ut prophetæ tui fideles inueniantur. Pro alia parte maximè dolemus, quod faciem tuam, quā nunc videmus glorificatam, & in quam desiderant angeli prospicere, tam cito in tua morte & excessu, quem completurus es in Hierusalem videbimus cum alapis cædi, sputam sanguinolentam, & mortuam, quæ tamen est facies plena gratiarū & gloriæ ad quam nos perducat Iesus filius Dei.

Secundus sermo, Dominicæ secundæ, in quadragesima. Thema. Transfiguratus est ante eos. Matth. 17.

Prima pars erit de Christi transfiguratione

Secunda vero de nostra,

Ph. 3.

CHRISTVS in Euangelio ostendit nobis gloriam & nos desideremus procuremus & speremus illam: saluatorem expectemus dominum Iesum Christum, qui reformatum corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ sed

sed quid prodest nobis, quia aperit nobis: vna tienda, & non plures: & dæmonium aperit nobis plures officinas, id est, tiendas superbiae, luxuriae, avaritiae, inuidiae, & rogat ut omnes emant ab illo: & omnia ponit in manifesto, ut insitor. Ideo plures emunt ab eo, & pauci a Christo: quia mulier stulta pro la lista compra la toca. Petrus dixit facimus hic tria tabernacula. Hieronymus dicit erras Petre, quoniam hic in terra non tria: sed unum tabernaculum est ædificandum: quia unus Deus, vna fides, vnum baptismus, & vnam sanctam ecclesiam Catholicam, & apostolicam ecclesiam, & non amplius confitemur.

Assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannem, designant isti Apostoli tres conditiones boni Christiani, propositum emanationis vita, quod designatur in Petro, qui interpretatur cognoscens: sicut in corporalibus infirmitatibus freneticus, vix sanatur: sic in spiritualibus, qui non cognoscit culpam suam. Sacramentum confessionis in Ioanne, qui dicitur gratia: quia Psa. 44 in vere confidente diffusa est gratia in labiis tuis. Virtus satisfactionis in Iacobo, q dicitur luctator fortis: maxima namq; lucta, & fortitudo ostenditur in satisfactione, & restitutione.

Multi enim facile conteruntur de peccatis, & proponunt emanationem vita. Similiter multi facile postponunt verecundiam, & confitentur: sed aperire crumenam, id est, loculos vel marsupium, y hechar mano a la bolsa, & aperire manum, & soluere, pecuniam numeratam y pagar en conta do pauci faciunt. Vnde de primo Iacobo vel Iacob legitur, Gen. 32, quod ponderabat valde coram laban socero suo: vrgebar nomine dieque, & æstu vrgebar & fugiebat somnus ab oculis meis & omne damnum ego reddebam.

Tranfiguratus est ante eos ad confirmandum fidem: quia visus super omnia certificat nos. Resurrectio credita multum confirmat deitatem tamen transfiguratio visa magis confirmat. Qua de causa Philippus dicebat, ostende nobis patrem, Io. 14. quasi diceret Christo: quare multiplicas tot testimonia, sufficit vnum testimonium visus, & licet deitas non est visa: tamen est cognita per testimonium visus. Aliqua non videmus, quæ tamen per visum cognoscimus: vt video ignem per fumum: solem per lumen. Animam tuam cognosco: quia video te vi-
r uere: sic

To.I.Serm. II.Do.

uerē, sic diuinitas cognita per gloriam corporis visam. Vidi-
mus gloriam eius, quasi unigeniti à patre. Per gloriam trans-
Ioā.1. figuratiōnis cōfirmatur fides nostra. Improperat infideles, q.
dux noster est crucifixus : sputus tanquam leprosus, quod no-
Psa.84. tam psal. Cū dicit, q. exprobauerunt inimici tui dñe, quod ex-
probrauerūt in cōmutationē Christi tui. Quibus satisfacimus
per trāfiguratiōnē, nō per resurrectionē tantū. Nam si respi-
cis Christū in monte Caluariæ inter duos latrones, aspice eū
in medio Prophetæ & legis latoris, cūm reddunt testimoniū.
In monte Caluariæ vidisti faciem liuidam: in monte Tabor
prospice faciem ut sol ibi vidisti nudum hic vide vestimenta
eius alba sicut nix. Ibi irridetur, & subsanatur: hic voce patris
laudatur. Ibi cecidit sub cruce eius onere depresso: hic visa
eius maiestate discipuli ceciderunt in faciem suam. Ideo trā-
si à monte Caluariæ in monte Tabor. In monte Caluariæ vi-
debis medium quo ascendere debes: in isto monte Finē ascē-
sus, scilicet, gloriam. In monte Crucifixionis videbis scalā per
quam ascendere debes. In hoc monte videbis dominum ini-
xum scalæ ibi docet theologiam, hic ostendit praxim, id est
fruitionem. Ibi docet pugnare, hic ostendit coronam legitime
pugnantibus. Ibi est sicut ros hermon, qui erat parvus
Gen.28. mons sanguinem considera ut rorem, hic est mons Syon, i. vi
fionis: quia in isto monte videtur gloria ideo Psal. ait Tha-
bor & hermon in nomine tuo exultabunt. Hermon est mōs
parvus circa iordanē per quem significatur mons Caluariæ,
& Thabor mons exultauit de gloria domini. Exulta in her-
mon: quia ibi proponitur vt exemplum vt vexillum, quod
sequamur, vt regula vitæ à qua non discedamus. in hoc mon-
Cant.3. te exultemus, quia ostenditur: vt præmium, & corona. Salo-
mon egredimini filiæ Syon & videte regem.
2. Pars. Sequitur secunda pars de nostra morali transfiguratione
¶ Transfiguratur filius dei non quod mutetur in sua deitate:
sed quia apparet nobis mutari & transfigurari à pietate in iu-
stitiam, & quod de misericorde mutetur in crudelē, & sicut
imago in speculo transfiguratur: & mutatur secundum dispo-
sitione vultus sapientis speculum? si vultus est albus, imago
apparet alba. Si vultus tristis, imago apparet tristis, filius dei
Sap. 7. dicitur imago sapientiæ, speculum sine macula, & imago
bonitatis

bonitatis diuinæ. Conscientia nostra est, quasi facies. Nam sicut homo cognoscitur per vultum: Ita in conscientia à deo cognoscimur. Nam homo videt ea, quæ foris apparent, Deus intuetur cor. Roma. i. Talis Deus ostenditur qualis est nostra conscientia: & eo pacto, quo transfiguratur conscientia nostra transfiguratur Deus. Nam conscientiae pietate & misericordiæ apparet Deus pius, crudeli apparet crudelis & sic Deus apparet sanctus clemens, iustus, homini iusto, pio, virtuoso, & apparet peruersus peruerso, iniusto & crudeli: & sicut dicit Psalm. Cum sancto sanctus est Deus, & cum per- Psal. 17, 5
uerso apparet peruersus. Transfigura te in angelum lucis, & apparet facies tua, ut sol & vestimenta tua, id est, opera seu virtutes tuæ sint albæ, & celeriter Christus transfigu-
rabitur tibi.

Hæc transfiguratio in monte poenitentia fieri debet, & melius quam in arma Noë. Ibi animalia immixta non perdiderunt crudelitatem: sed in monte poenitentia accedit homo crudelis, & egreditur pius. Intrat in hunc montem avarus, & exit liberalis: ingreditur luxuriosus, & egreditur amicus castitatis.

Signa transfigurationis nostræ sunt splendor faciei, & albedo vestimentorum, in splendorе faciei notatur rectitudo intentionis in poenitentia, quia debet fieri propter deū summe offensum. Hæc intentio est lucida, & poenitentia dat splendorē poenitentia facta ex timore seruili non est lucida: sed obscura: & facta propter mercedem temporalem, nihil lucis habet. De hac luce dicitur Mat. 8. si oculus tuus lucidus fuerit, totū tuū corpus lucidū erit. Exponitur de intentione faciente poenitentia lucidam & iustum. Et si oculus tuus habuerit aliquā partem tenebrarū. intentio prava dirigat tuā poenitentiā totū corpus. i. poenitentia tenebrosa erit. **V**estimenta debent esse albæ sicut nix homines aliis vestibus vtūtur nocte, aliis de die. Vestibus vilibus cōcīsis induūtur in nocte: de die melioribus & nouis in nocte nota peccatū: quod deficit lux. labor nocturnus multum fatigat operantē in statu peccati deficit cognitio, & labor nimius abundat Sapientia, & lassati sumus in via iniquitatis. **V**estes veteres concisæ, Ropa via sunt peccata, quæ in die gratiæ sunt relinquenda. Abiiciamus ergo

Tomi.I. Sermo.II. De Domi.I.

ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sic vt in die honeste ambulem⁹, induamini vestes albas, sicut nix. Duplex est albedo: quædam naturalis: vt albedo niuis: alia artificialis, vt albedo parietis seu panni albi. In gloria habebimus albedinem niuis. Albedinem niuis habuerunt Adam & Eua in statu Innocentia. Pro statu isto habeamus vestimenta dealbata artificio pœnitentie, in sanguine Christi sicut intinæ

Sap. 22. dealbemus opera nostra, & virtutes. Vnde Apoc. Isti sunt qui lauerunt stolas suas in sanguine agni. Sed dicit sanguis maculat deturpat, quomodo lauat cum non sit album? sanguis faciliter conuertitur in lac calore naturali: vt patet in mulieribus nutrientibus. Sanguis Christi calore charitatis acceptus statim conuertitur in lac, vt illo mediante possimus dealbare nostravestimenta, & lauare animas nostras, opera & virtutes si peccata vestra fuerint, vt coccinum: sicut nix dealbabatur. Esai. I. Si immitantur in dolio sanguinis Christi. Sed pœnitentia non sit suspecta. Approbanda est testimonio legis significata per Moysem, & testimonio Heliae. I. Zeli. veri. Pœnitentiam agamus approbatam à sacra scriptura: vt est illud facite fructus dignos pœnitentia. Et aliâ legem ponit beat. Paulus Humanum dico propter infirmitatem. Exhibite membra vestra seruire iustitiae: sicut exhibuisti seruire iniquitati:

Io. 2. Zelo dei significato per Heliam debent eiici oues & boues à templo dei, factò flagello ex funiculis peccatorum. Nā peccata in memoria dura flagella sunt hominis, & eorundē peccatorum, secundum illud. Et peccatum meum contra me est semper. De isto Zelo psal. Zelus domus tuæ comedit me.

Pœnitentia nō solum approbatur à lege, & prophetia: sed à deo ipso voce de nube delapsa. Hic est filius meus dilectus: Mar. 5. vt sit filius patris coelestis, Primò sit similis patri coelesti in officio, qui facit solem suum oriri super bonos, & malos, & pluit super iustos & iniustos: sic tuum amore exerce in amicos & inimicos, & gratiam & misericordiam tuam effunde super priuperes iustos, & iniustos non exacte eos examinando. Si filius patris imitando illum in gressibus ambulate in dilectione, sicut Christus dilexit nos diligamus deum fortiter dulciter & sapienter, vt dicit beatus Bernardus sicut Christus dilexit suos usque in fine. Tertio imitemur Christum in voce

Nam

Nam sicut clamās voce magna suscitauit Lazarum dicens ve- Io.ii.
ni foras: sic clamemus spiritui nostro, veni foras dimitte im-
munditiā, luxuriam, inuidiā: imitemur Christū in facie: quia
facies eius plena est gratiæ: sic nřa aīa sit plena bonis defyde- Host.15.
riis, & rectis cogitationibus Cant. Ostē de faciem tuam. ¶ Vlti Cant. 2.
mum testimonī est, quod leuantes oculos solum Iesum vi-
deamus nā sicut in morte oīa pereunt. s. diuitiæ, honores, ami-
ci, & solum Iesum Iudicē videbimus: sic verus pœnitens, solū
Iesum aspicere debet, tanquā exemplar vitæ suæ, tanquam si-
gnū ad q̄ dirigere debet suas intētiones, tanquā vexillū, quod
debet sequi in pugna, huius mundi: tā quam regula, à qua nō
licet deuiare, quāto oculi magis distant à terra, tanto minoris
quantitatis apparet terra, & res multo minores evidentur. Vnde
si oculi nostri in coelo defixi essent, terra tanquā pūctus vide-
retur. Idem cōtingit menti nostræ. Tantum per amorē inor-
dinatum rei appropinquare potest, vt omnino nihil videat,
vt experientia docet. Si digitus transuersus oculo appropin-
quet, impedit visum coeli, & si mundus nimium diligatur, vel
creatura aliqua parua, omnino impedit dei cognitionem, &
amorem, & tantum res potest distare. i. non amari, vt nullius
quantitatis appareat. Vnde Propheta dicit, aspexi terram, & Hier.4.
vacua erat, & gentes coram te, quasi non sint, & quasi momē-
tum stateræ, & quasi fistula aquæ leuemus ergo oculos no-
stros ad deum, & tunc neminē videbimus, nisi solum Iesum
omnia quasi nihil videbuntur in comparatione eius qui est
omnia in omnibus. Nam psal. dicit omnia in sapientia fecisti Sap.ii.
& impleta est terra possessione tua, bonitate tua, sapiētia tua
quam concedere nobis dignetur qui cum patre & filio, & spi-
ritu sancto viuis & regnat &c.

Tertius sermo Secundæ dominica in Quadragesima.

Thema. Transfiguratus est ante eos.

Matthæi. 17.

SI volueris istum sermonē prædicare in festo transfigura-
tionis in principio dic hanc salutationē. Nota quod ma-

Tomi. I. Ser. III. Domi. II.

ternitas virginis Mariæ fuit vna admirabilis transfiguratio in rebus per tempus ortis: nulla maior gratia, quam filium dei vniri naturæ humanae in vnitate suppositi. Et anselmus dicit omne, quod Deus non est infra te est, eo quod mater domini es Transfigurari, & transire creaturam in matrem dei creatoris excellentissima transfiguratio est: in tantum quod videtur excedere Christi transfigurationem in tribus. Primo in spectantibus los miradores transfigurationis, qui fuerunt Petrus Iacobus, & Ioannes, sed transfigurationis Mariæ fuerunt pater & filius, & spiritus sanctus, teste angelo Gabriele, de patre dixit, dominus tecum, & vocabis nomen eius Iesum, ecce Deus filius, spiritus sanctus superueniet in te: ecce Deus spiritus sanctus. Excellentior ergo est propter spectantes. Secundo Christus fecit ascendere Petrum Iacobum & Joannem in montem Thabor, i. puritatis magno labore. Sed domina nostra fecit descendere patrem & filium & spiritum sanctum in montem puritatis in purissimis, & castissimis sanguinibus virginalibus, in quiete qualia sunt omnia

Sap. 8. opera diuina: quia sapientia attingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, id est, sine labore. Tertio quia in transfiguratione Christi resplenduit facies eius sicut sol: sed in maternitate Mariæ, Ioseph non cognovit eam: quia tanta erat maiestas diuina apparentis in facie Mariæ sicut porviril, vel vitrum, quod sanctus Ioseph, quantumcunque sanctus non potuit intendere in faciem eius: sed voluit eam occulte dimittere, sicut Petrus dixit, Exi a me domine, quia homo peccator ego sum, si enim filij Israël non poterant intendere in facie Moysi propter splendoris vultus eius ex colloquio diuino: quanto magis Iosephi ex consortio maternitatis. Magna ergo excellentia ex consortio maternitatis, quæ vt transfiguret nos in deum dicamus aue Maria.

Mat. 2. Audite & dicam vobis, quomodo Deus omnipotens, & clemens ad communicandum se ipsum homini, & ut ab eo cognosceretur quodammodo in hac vita. Primo se figurauit in omnibus creaturis: secundo in sacra scriptura: tertio in humanitate nostra: quarto in fide: quinto in glorificatione nostra. Primo se transfigurat in omni creatura. Vnde Ger-

Lucæ. 5. son in
2. Cor. 3.

son in tractatu de simplificatione cordis alloquitur animam
 suam sic Quæro à te anima mea, quid est, quod amplius desi-
 deras in hac vita? Certe esse beatam, quod consistit in cogno-
 scendo, & diligendo deum: quia bene scio, quod fecit deus ho-
 minem: ut sumimum bonum intelligeret, intelligendo ama-
 ret: quia hæc est vita æterna, ut cognoscant te, & quæ misisti
 Iesum Christum. Sed est dubium quomodo pro hac vita co-
 gnoscere eum? Respondetur per species intelligibiles, & Phan-
 tasmatum: quia Philosophus dicit, oportet intelligentem Phan-
 tasmatum speculari, aliter non potest fieri intellectio humana. Item
 quæro ipsas species intelligibiles, quas formas deo, an sint
 particulares, an vniuersales sine aliqua contractione. Certe
 Respondebis, quod aliquando contingit te intelligere deum
 hominem magnum magnæ statutæ, vestitum indumentis pre-
 tiosis. Certe in ista imaginatione erras: quia non debes consi-
 derare deum, ut contractum ad aliquam creaturam non ma-
 gnum neque paruum, album vel nigrum, frigidum neque
 calidum: sed debes cogitare quod est tantum bonum, quo ni-
 hil melius excogitari potest bonum inquam vniuersale & infi-
 nitum: sed secundum beatum August. bonum hoc & bonum il-
 lud, tolle hoc, & tolle illud & vide ipsum bonum si potes, & vi-
 debis utique bonum ois boni bonum. Nonne legisti theologiam nega-
 tiuam beati Dyonisi? quia deus non est homo, non est leo, non an-
 gelus, non creatura aliqua. Scis quomodo te oportet facere in
 cognitione diuina sicut statuarius educendo. . . .quitando o deba-
 stando educit imaginem: sic tu detrahe a rebus creatis imperfe-
 ctionem creaturarum dimittendo eas in sua perfectio, & inuenies
 imaginem pulcherimam. Vnde quilibet creatura est quasi specu-
 lum dei representans ipsum deum, & in quo inuenire poteris cum:
 quia inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta cōspiciuntur Rom. 1.
 quando intelligis deum intelligere sine creaturis: sicut qui ascen-
 dit in altum transcendens scalam non detinetur in gradibus
 scalæ, nec curat de illis: sed illum terminum, quæ vult attinge-
 re: sic ergo speculator & contemplator debet intelligere
 Deum, & debet ponere manum in latere scalæ, habendo in
 hac vita cognitionem dei, licet imperfectam: sed dices, quo-
 modo possum diligere Deum, cum eum non cognosco
 nec video. Respondeo, facile est, si aduertis. Pone exemplum de

Io. 17.

Ari. lib.

3.de aia

tra.2. &

tex.19.

&.30.

filio, qui antequā nascatur habet patrem in India, à quo sem per accipit, & accipiet multa bona, quem tamen nunquam vidit, quæro à te ille filius habet conceptum patris sui? Responsis sic, qualem? non per species intelligibiles, quas non potest formare eius quem nunquam vidi: sed habet conceptū uniuersalem, & confusum: & certū habet, quia ille est pater: suus dominus, gubernator, curator dilectus, &c. Sicut ama Deum sub istis rationibus. Cōcluditur ergo quia sic Deus se tibi dedit sub conceptu uniuersalis, & infiniti boni. Itaque Deus figurabilis est. Esa. Cui similem fecisti deum, aut cui imaginis assimilasti? Verè tu es Deus absconditus: manifestare ergo coram Ephraim, Beniamin, & Manasse.

Esa. 40. Psal. 79. ¶ Audi etiam clementiam diuinam. Dicit Paulus Inuisibilitas dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspicuntur: itaque se figurauit deus quodammodo in omnibus creaturis vestigiū ponens in eis. Et hæc est prima figura diuina, & creatoris, qua Deus, & creator sapiens, potens, bonus, in omni creatu-

Rom. 1. rafe figurauit. Sed quia homines Philosophi sapientes, putantes se esse sapientes, stulti facti sunt. Errauerunt in prima figura diuina, scilicet creatoris errore magno, scilicet idolatriæ quia mutauerunt gloriam Dei incorruptibilis in gloriam imaginis corruptibilis creaturæ, volucrum, serpentum, quadrupedum. Ideo figurauit se in secunda figura. id est, in sacra scriptura, quæ potissimum correxit illum errorem, dicens. Audi Israël, Dominus Deus tuus, unus est. Non facies deos alienos,

Deut. 6. nec adorabis sculptile: sed similes illis fiant, qui faciunt ea, & Psa. 134. omnes qui confidunt in eis. Et ut amplius appareat diuina clementia. Non contentus Deus cum figura creaturarum, &

Ioan. 1. sacræ scripturæ figuratus est in homine quando verbum caro factum est. Quoniam olim Deus loquens in Prophetis, nouissime nobis loquitus est in filio, quem constituit hæredem

Heb. 1. vniuersorum, sicut imago non appetat distincte, & perfecte in sigillo nisi imprimatur in cera: sic verbum Dei, imago bonitatis diuina, non ostendebat perfectiones diuinæ usque in cera virginali fuit impressus factus homo, ut dum visibiliter eum cognoscimus ad inuisibilem perfectionem eius rapemur. Et sicut sigillum si semel impressum non facit imaginem perfectam bis imprimitur etiam ter: eodem modo verbum Dei

Dei est impressum in homine per creationē dum sancta trinitas dixit, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: sed imago per peccatum est delata. Propterea iterum in incarnatione est impressa. quando verbum caro factum est. ¶ Quarto figuratur Deus in fide: quia fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Benedictus dicit substantia: quia sicut nemo videt substantias rerū: quia dicunt hoc philosophi: sic Christianus credit Deum esse, licet Deum nemo videat: quia dicit fides.

¶ Quinta transfiguratio est & vera, de qua Iohā in canonica dicit, Cū apparuerit, similes ei erimus, & videbim⁹ eum, sicuti 1.cor. 13. est: & loquitur de transfiguratione in Deū per amorem: quia Esa. 31. ignis domini in syon, & caminus eius in Hierusalem: quando Psal. 36. torrente voluptatis potabit eos, & inebriabuntur ab libertate domustuæ, & tunc dicent, domine bonum est nos hic esse, Nec tantum transfigurabitur anima in deum: sed etiam corpus & propter dotes claritatis, subtilitatis, agilitatis, & impensis bilitatis. Vnde Paulus. Saluatorem expectamus, qui reformat corpus humilitatis nostræ. Nam anima & corpus habent ph. 3. se sicut amici inuitantes se. Corpus prius formatur in ventre, antequam anima creetur, & cū peruenit ad perfectam dispositionē, & ad infusionē animæ. q. eam inuitat ut veniat ad ientaculum, & cibi ponuntur secundum conditionem & qualitatem inuitantis: sic anima participat conditions corporis inuitantis, scilicet famem tristitiam, timiditatem, dolorē, & multas alias passiones sibi à corpore communicatas in gloria contrarium contingit: quoniam anima inuitat corpus ad conuiuum secundum illud Apoc. Vidi sub altari Dei animas intersectorum, quæ clamabant, Vsquequo domine non vindicas sanguinem nostrum, & non dimittis corpora nostra venire. ad conuiuum, ex quo inuitantur ad conuiuum gloriæ, ideo conuiuum & cibi erunt secundum qualitatem & dignitatem animæ inuitantis, & cibi erunt quatuor dotes redundantes à gloria animæ in corpus.

In gloria erit vera transfiguratio Christi, qui verè in corpore habet omnes dotes gloriæ quas dum viueret possidebat secundum titulum licet, non vteretur eis. Vestimenta, id est membra Christi, sunt alba sicut nix. Nam in passione fuerunt fit

cut vestes ponderosæ in gloria sunt albe sicut nix . Ibi neminem vident nisi solum Iesum , qui est omnia in omnibus . Ibi vero dicit deus beatis , nolite timere : quia nullus timor erit ibi : sed securitas & certitudo æternitatis gloriæ ad quam perducat nos Iesus ,

Sermo quartus, Dominice secunde in Quadragesima, de Euangelio Chananeæ. Thema. Satanæ est mulier ex illa hora.

Matth. 15.

INTRODVCTIO.

INfirmus proponit visitare. S. Iacobū , vel sanctam Mariam de Guadalupe , & in tempore conueniente egreditur ad conplendum promissum : sic hæc mulier Chananea egreditur ad videndum sancta sanctorum Christum , ut medicinam quærat filiæ suæ : & statim obuiat Christo ratio est : quoniam ipse quærebat Chananeam , & quærebatur ab ea . Qui que-

Gen. 3. rit amicum & non quæritur ab eo difficulter inuenit eum , sed si quæratur ab amico faciliter inuenitur . Christus venit quærere peccatores . Ideo figuratur per Ioseph quem inuenit quidam erratum in agro , interrogavit quid quæreret respondit fratres meos quero : sic filius missus de valle Ebron a patre æterno ut visitaret fratres . Errabat in agro mundi , imò perditus est triduo : & interrogatus à matre sua , quare sic errauerit , & perditus fuerit respondit . Nesciebatis , quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse ac si clarius diceret . Nesciebatis quia fratres meos quero , quia filius hominis venit

Luc. 19. quærere & saluum facere , quod perierat . Hac de causa egreditus à finibus illis secessit in partes Tyri , & Sydonis ad quærendam Chananeam . Et nota , quod in concione exponetur euangelium mystice . Notatur in isto accessu quod portauit nostros labores & poenas , non tamen assumpsit nostras culpas , quoniam homo est poenæ culpæ subiectus . Et Christus

non

non assumpsit totum s. culpam & poenam, sed solum partes, scilicet, nostras poenas, famem sitim, & labores. Propterea dicit quod secessit in partes Tyri & Sydonis. Hoc notabatur in rubo ardenti, qui tamen non comburebatur: quoniam Christus assumpsit nostras poenas, ideo ardet. Non assumpsit culpas vel peccata: ideo non comburitur: quia ignis consumbit contrarium sic nos habemus contrarium peccatum, ideo comburimur. Reliquę ignis, scilicet cinis corruptionis in nobis remanet. Nullum contrarium habuit Christus, quia p̄t̄m nō habuit nec in uetus est dolus in ore eius: ideo caruit cinere. Ignis, id est incineratione: quia non dabis sanctum tuum vide re corruptionem in partes Sydonis, qui interpretatur venatio, quia Christus venit ut venator, vestitus vestibus nostris humanitatis. Apostoli fuerunt: sicut canes venatici, & sub hac forma accepit nostros labores, & secessit in partes Tyri & Sydonis, & ecce mulier Chananea: per quam significatur peccator, qui commutari debet. Sic enim interpretatur Chananea, id est commutata. Peccator mutari debet ut mutatur natura arboris, quae in hyeme est quasi mortua, priuata folijs, floribus, & fructu: & in vere reuirescit: & quasi resurgit: sic peccator est mortuus vita gratiae, folijs verborum bonorum, floribus, id est bonis desideriis, & fructu, id est quia nullum fructum dignum poenitentia habet: reuiuscit per poenitentiam. Mutetur, ut aquila cuius iuuentus renouatur percutiendo lapidem cum pico: sic confessione peccatorum innouandus est homo. Mutatur vxor relinquit ciuitatem & commoratur cum viro suo, verè sic anima nostra sponsa Christi per fidem debet commorari cum Christo quasi cum viro suo. Quia de causa dixit Deus ad Abraham. Egressus de terratua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi. O peccator egressus de terra, id est, conscientia prava, quae est dura sicut terra, & de cognatione tua, scilicet, relinquere occasiones peccatorum, & dimitte dominum patris, scilicet pravam affectionem, & iniquam volitionem quoniam pravus consensus est domus dæmonis, & nidus eius in quo ipse habitat: & veni in terram visionis, id est, gratiae, in qua CHRISTVS videtur, & conognoscitur. Nam ubi est charitas, ibi Deus est. Ecce qualiter CHRISTVS egredi

egreditur, & peccator etiam egreditur cum Abraham, sed tunc est difficultas, quis prius egreditur Christus an peccator. Nam rogant se in egressu. Anima rogat deum, ut prius egrediatur: ideo orat, conuerte nos Deus, & conuertemur

Tre. 5. ad te Christus rogat conuertimini ad me, & conuertar ad vos & alibi, Appropinquate deo, & appropinquare Apoc. 3. bit vobis, ego sto ad ostium, & pulso: si quis aperuerit intrabo, Aperi tu & ingredietur Deus. Respondetur prius in-

Io. 15. greditur Deus auxilio generali & speciali: quia ipse dicit, 2. Cor. 3. sine me nihil potestis facere, & Paul. Non sumus sufficietes aliquid cogitare ex nobis, tanquam ex nobis: sed sufficienia nostra ex deo est. celeriter egredi debet anima consentiendo diuinæ inspirationi. Iesu fili David miserere mihi. Filia mea malè à dæmonio vexatur. Nota quod Chananea. Pō derat valde infirmitatē & tormentum filiæ, dicens malè. Nos enim cum exoramus aliquem negotium facilitamus, ut citius fiat: sed ad negotiandum cū deo y para mejor despachar debemus agrauare negotium, & sic citius expedietur David enim multum ponderauit suam causam cum dixit ad Nathan Prophetam, peccavi, & cito expeditum est suū

2. Reg. 12 negotium. Cūm intulit Nathan, transtulit dominus à te peccatum tuum. Qua de causa Chananea multum aggrauat causam suam cum dixit. Malè à dæmonio vexatur.

Miserere mei: Cur non dicis filiæ meæ: sed mei? Respondebitur, quia sicut foetus naturaliter generatus, quandiu est in ventre matris, pars viscerum eius est: ita quod donec pariatur mulier, & foetus egrediatur in lucem: non sunt duo: sed una caro: sic peccata in anima genita per culpam, qualitates animæ sunt, & quasi leni cum ipsa anima: sicut ingresso cum nigro, donec parturiatur peccata per contritionē, & pariatur in lucem per confessionē. Vnde bonus confessor habet officium obstetricis ad educendum peccatum, ut columbrū tortuosum. Peccata enim sicut genimina viperarū disrūpūt viscera matris, immo peccata occiderūt Christū i cruce, matrē semimortuā reliquerūt. Vnde stabat iuxta crucē Iesu. Nā sicut Christus est pater grā: ita virgo Maria est mater misericordiæ & grā. Et ei nō respondit verbū Christus. Quomodo verbū patris omnipotentis tacet? fons viuus claudit aquam? Thesa.

Thesaurus absconditus & sciētia inuisa. Quae utilitas in vtrisq; Can. 29.
Vbi est ergo verbum si non respondes verbum? Vbi pietas?
Vbi misericordia? Vbi bonitas? Vbi est illud clamauit ad me,
& ego exaudiam eum.

Dimitte eam. Hæc mulier primò meruit intercessionē Apostolorum. Quæritur, quis tenet illam, quia dicunt dimitte eā, suelata. Certe secundum Chrlst. ex quo clamādo non exauditur petens, & repulsa non fugit, adorādo, & non recepta stat certum est, quod aliquis habet eam ligatam. Cant. 3. Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, & non dimittam. Certum est, quod Christus tenet eam ligatam gratia sua, de qua psal. Psa. 138. Et enim illuc deducet me manus tua. Nisi enim deus tenuisset eam fide, ligasset charitate, firmasset spe, quasi soluta recessisset: sed triplex funiculus difficulter rumpitur. Cū ergo discipuli rogant dimitte eam, non rogant, eam dimitte modo, quo dixi: imò nec orandū est dimitti sed potius teneri. Vnde Christus dixit discipulis. Et vos vultis recedere? Respondit Petrus, Quo ibimus domine, quia verba vita habes? Ab alia ergo ligatura rogant discipuli eam dimitti, scilicet, à ligatura culpæ, & catena peccati, de qua August. Terrebat me domine catena ferrea, & quidem non ferrea: sed mea ferrea voluntas. Vnde culpæ sunt ut catenæ: quia peccatum, quod per poenitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit: ita ut ex multis peccatis componatis catenā, qua peccator trahitur ad infernum, ut bos ad victimam.

Dimitte eam. Tribus causis petunt eam dimitti. Primò, ex compassione illius quasi proximæ. Secundò pro redimenda sua vexatione: quia eos vexabat clamore. Tertio, propter cursus hominum ad clamorem eius, erubescabant.

Dimitte culpam, & remitte vel indulge poenam, Quare domine non eam exaudis? quare vexas eam responsionibus duris? vbi est clementia medici? ita durè opprimis vulnus! quod vehementer emungit, & eiicit sanguinem. Respōdetur, ad extrahendam omnem putredinem cordis, & amaritudinem facio, quia sic oportet dimittere illā: quia anima eius in amaritudine est: necesse est premere illam: ut elidatur animæ putredo, venenum & amaritudo. Vnde Esa. Conteram Moab con tritione præualida, quasi languncula, ita ut non possit portari in ea

pro. 30.

4. Re. 4

Esa. 30.

in ea nec ignicul⁹ separata & euulsa amaritudine, statim fluet dulcedo.

Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus, etiam domine, Nam & catelli comedunt, &c. Tu dominus & ego canis tuus. Tu me in honoras, ego te reuereor. Etiam domine consentio in hoc, quod me vocas canem. Fac mecum, sicut facit dominus cū cane suo. Nam & catelli edunt de micis. Non peto panem magnum : quia in uerecundum esset, y mal comedimiento: sed peto micas miraculorum, quæ fecisti inter Iudæos dominos meos, & filios tuos. Circa hoc dicit Chrisosto. Admiremur de resurrectione Lazari, si vidissimus, sed amplius de fide & constantia huius foeminae. Super omnia miraculum huius mulieris stupeo : sanitas filie meæ, vt mica est, in comparatione miraculorum, quæ fecisti inter Iudæos. Vtinam nos essemus boni canes, vtinam ego nocte darem latratus ingrediente latrunculo, id est praua cogitatione, & fodiēte domū cordis mei. O si ego custodirē aiam meā, vt bonus canis custodit dominum suum? O si essem canis muestra, qui odore sequitur prædam. Christus est præda nostra, beneficia nobis exhibita à Deo sunt quasi odor, quem odorantes, y ceuados prædam nostram sequi debemus. Et sicut canis non quiescit donec prædam aripiat: imo laborat, & fatigatur, donec prædā capiat. Sic nos similiter faciamus.

Inquietum est cor nostrum, donec perueniamus ad te dicit beatus August. Sed aduerte quod intrante præda, aquam, statim perdit canis odorem : sic in morte perditur odor : quia vita est sicut fluuius, qui intrar mare, scilicet, morte sicut poëta Castellan⁹ dixit. Nras vidas son los rios, q̄ van a parar enel dō geor mar, que es el morir. in morte perditur fides: quia visio succedit fidei. Peccatores catellis comparantur. Nam catelli ludunt indifferenter cum omnibus: sic peccatores in omni genere peccandi gaudent. Cum diuitijs ludunt auari, cum honore, ambitiosi, cum delitijs luxuriosi. Pondera quia dixit, Catelli comedunt micas non crustulas panis : Quia iusti & boni Christiani accipiunt gratiam sacramentorum. Nam gratia est sicut mica: elementa sunt, quasi crusta panis, o corteza. Caudunt de mensa domini: quia infunditur à Deo gratia. Isti catelli figurantur in pueris Alexandri qui comedebant de cibis mensæ

mensæ regis, id est Christi.

Fiat tibi sicut vis, quasi dicat. Tu es medica filia tuæ, in qua currunt pariter potentia cum voluntate, & voluntas cum potentia, ut illud facias quod petis, & omnino possis, ut omnino facias. Et ut omnino volūtas cōcurrar cum omni potentia. Itaque voluntas tua curet filiam tuam in vltimo de potentia, ex quo ego committio tibi in isto casu meam omnipotentiam fiat ergo tibi sicut vis. Ecce quomodo in iustificatione peccatoris gratia præueniens ambulat simul & cooperatur. Paulus 1. Co. 15. Abundantius omnibus laborauit: non enim ego sed gratia dei mecum: quia deus neminem iustificat, nisi habeat bonum motum liberi arbitrij in Deum. Omulier plusquam muliericisti inuincibilem, mulierem fortem quis inueniet? procul, & de vltimis finibus præmium eius. Vbicunque prædicatum fu erit Euangelium hoc, in toto mundo dicetur, quod hæc fecit in memoriam eius, id est Christi qui ad gloriam nos perducat. pro. 30.

Sermo quintus Dominicæ secundæ, in quadra-

sima, de Chananea. Thema. Et sanata est

mulier ex illa hora.

Matth. 15.

Sermo de fructibus confessionis, & de eius
necessitate tractabit.

NEcessitas confessionis primò probatur ratione Scot. in. 4.
distinc. 17. Quicunque amisit gratiam tenetur illam quæ- ps. 33.
rere iuxta illud, inquire pacem, & persequere eam, id est, Luc. 10.
gratiam. Et fundatur ista ratio in dilectione proximi præ-
ceptum est, diliges proximum sicut te ipsum, id est prius, &
maxime te ipsum, postea proximum. In hoc ergo maximè
consistit dilectio proximi in volendo illi maximè vitam æter-
nam, & gratiam ad illam. Si ergo ex vi præcepti teneor proximo
velle gratiā, amplius, & mihi. Cum ergo ista gratia via or-
dinaria est ligata sacramentis, & peccatori qui amisit gratiā,
nō datur alibi, quā in sacramēto poenitentię & cōfessionis. Se-
quitur cōfessionē esse de iure diuino & de necessitate salutis.

Exem-

Exemplum de domino habente in ciuitate multos infirmos, mittit medicum potentem sanare omnes, quotquot venerint ad ipsum: tunc certum est non omnes sanari, sed quotquot venierint ad medicū: sic Christus sacerdotes habet sicut medicos applica. &c. Figura de serpente æneo eleuato a Moyse, qui

Nu. 21. licet habuerit virtutem sanandi, non tamen sanabat, nisi qui attendebat serpentem. Et sic tu nisi vadas ad sacramentum habens virtutem ex passione Christi, non sanaberis à morbo peccati. ¶ Secundo assignatur pro ratione authoritas Christi dicentis. Accipite spiritum sanctū, & quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis peccata retenta erunt. In his verbis secundum omnes dedit Christus discipulis potentiam cognoscendi, arbitrandi, iudicandi inter peccatores. Iudicium non potest fieri sine causa cognitione. Cognitionio autem in isto casu non potest fieri nisi per confessionem partis, quæ debet esse accusator & reus & exequitor, scilicet,

Ioā. 20. verdugo sui ipsius. De quo iudicio dicit beat. Paul. Si nos ipsoſ iudicaremus non vtique iudicaremur à domino. Apparet benignitas dei: quia sicut magnam misericordiam fecisset cū debitore dando illi numeratorem, o Iuez de cuentas ad libitū como de manga: etſi ille iudex daret literam solutionis carta de pago. Dominus staret, por ella: sic deus se habet nobiscū mediantibus sacerdotibus.

Sed nota, quia prius dixit, Accipite spiritū sanctū, id est, gratiam spiritus sancti. ex quo quidam dixerunt sacerdotem existentem in peccato mortali non posse absoluere: sed non est verum. Quia sicut seruus potest dare libertatem ex mandato domini: quia non ex virtute sua: sed domini operatur: sic & sacerdos potest bene absoluere quamuis existat in peccatis. Sed tamen tunc vae anima sacerdotis: quia contingit ei sicut aquæ baptismali, quia postquam baptizatus vsus est, ad laudum peccatum originale sacerdos mittit in profundum pincinae: sic contingit animæ sacerdotis existentis in peccato absolucionis in peccato. Tertia ratio necessitatis confessionis secundum Adrianum fundatur melius in secundo membro, veritas confessionis, scilicet, & quorum retinueritis peccata, id est non solueritis. Cum ergo ligatus necessario teneatur querere solutionem ex ratione Scoti supra posita de eo qui amisit gratiā.

Et

Et hæc solutio stat in sola potestate sacerdotis ex verbis Christi dicentis hic. Et quorum retinueritis peccata, id est, non solueritis retenta erunt: ergo oportet ire ad sacerdotem in confessione pro solutione vinculorum peccatorum. Si dicas sola contritio sufficiet quantumcumque remissa ad absolutionem culpa, & si magna est contritio absoluit à poena. Respōdet sed non absoluit à præcepto. Adde etiam quod similiter esset preceptum ecclesiæ, contritio ideo remittit peccatum: quia habet confessionem in voto: vel quia est cum proposito confitendi, & alias nō remitteret. Et Christus tantā auctoritatem dat ecclesiæ suæ, quod nec sua sacramenta nec sanguinē eius vult habere efficaciam sine ipius autoritate: sicut sedula regis non habet effectum, nisi sit signata, ore ferenda, i.e. ad a magno cancellario vel à consiliariis, non q[uod] alias non habet virtutem: sed quia ipse rex non vult, quod habeat virtutē & effectum seu efficaciam sine auctoritate ecclesiæ. Figura de filio prodigo potest applicari hic faciliter: vsq[ue] ibi. Cito afferte stolam primam induite illum, & ponite anulum in manibus. Et nota, quod si confessio non esset sacramentalis sed tantum virtus, plura commoda & fructus spirituales animæ sequerentur ex confessione. Primus fructus humilitas, sicut enim superbia iustum facit peccatorē, vt patet in lucifero. Sic humilitas peccatorē facit iustum. Undelicet bonus non habeat aliud malum nisi superbiam, id est, existimationē boni, & cogitare se bonum, iam efficitur malus: Et malus quantumcumque malus, licet non habeat bonum, nisi humilitatem, id est, cogitare, quod est malus, iam est bonus. Hæc est dispositio, & quædam in præparatio, vt conuertat illum deus, & misereatur eius: sic contigit Petro dicenti, Exi à me domine, quia homo peccator sum, & centurioni dicenti domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. Certe in hac humilitate & indignitate, qua se reputauit indignum existenti sub tecto Christo se fecit dignum, vt sub eodem tecto flaret simul cū Christo, id est, in parvo corde suo. Maxima ergo virtus est humilitas. Cum ergo actus & exercitium humilitatis sit confessio, in qua maior humiliatur minori, in qua est perfecta iustitia patet maximam esse virtutē confessionis, maximè quia reuelat secretum alteri, fecit illum dominum suum. Secundus fructus

Luc. 16.

Mat. 8.

f est

- est cognitio propria sui ipsius. Canticorum. i. si ignoras te & pulcherrima mulierum egredere, & abi post greges solidum tuorum. Ex hoc maxime excusantur filiae lot a peccato : quia non iterauerunt peccatum suum cum patre non enim videtur imputari in peccato , quod non reiteratur in facto dicit origenes super genesis , in confessione cognoscit melius vnde claudicat homo quam alibi : & melius videt , quam alibi. Si allidit pedem , si tropieça , & cadit , & innititur , propriis manibus ad surgendum a peccato ibi in confessione melius aspicit homo librum rationum suarum de sus cuentas , & videt beneficia recepta,id est , recipi Psa.142. bo , & expensas factas. Et oret dicens non intres in iudicium cum seruo tuo domine. Vel oret,Pone passionem tuam inter iudicium tuum : & animam meam Tertius fructus confessionis est verecundia , quæ maxima pars est poenitentiae : quia est confusio adducens gloriam de qua Iob. Quare Eccl. 4. non in vulua mortuus sum , & egressus ex utero non statim perij? Cur exceptus genibus , & cur lactatus uberibus? Iob.4. Exponitur de peccato in cogitatione in consensu in opere , in consuetudine. Et bene dicit confusio adducens gloriam , id est , gaudium : sed quam noua cōtra positionē: quia cum fructus spiritus sit gaudium pax acquiritur confusione. Gal.5. Quando gratia spiritus aduenit in anima , in contritione , & confessione adueniunt lachrimæ ? Respon. veniunt forte in signum aduentus gratiæ. Nam sicut ad gerumen fructus venit ros de coelo , & quando venit ros est melius signum fructus sic lachrimæ contritionis in anima sunt optimum signum : nam magna est velut mare contritio tua. Nam sicut mare adducit cadauera ad littus: sic anima tunc educit pec- Tre. 2. Mat. 8. cata sua. In cuius figura Matthæus in conuiuio Christi edi Lucæ.5. dit vitulos & altilia: bene ergo est confusio adducens gloriam.
- Et est confusio adducens infernum, Quero a te cur in confessione verecundaris ? Dic si occidisses plures inimicos in campo , & tamen unus mansisset fragilior aliis non esset verecundia magna non posse occidere illum ? Certe sic. Ergo tu qui iam peccata tua occidisti in confessione , habes unum tantum hostem fragilem , scilicet ipsam verecundiam.

recundiam. Ecce quia dæmonium in exercitu suo semper ponit retro, hoc est, per Retaguarda ipsam verecundiam. Vnde donec illam vincas, non habes Campum secundum. Venerunt filij usque ad partum, & virtus pariendo non fuit, si prægnans parere non potest propter præsentem maleficum: sic verecundiam, quæ est tanquam malifica eiice ab anima tua, nec loquaris cum illa. Quomodo non habuisti verecundiam maculandi, & deturpandi te, & verecundaris te lauare. Quare erubescis cooperire verenda tua? Sed cooperiuntur peccata in confessione potius, quam apparent: iuxta illud, beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum testæ sunt peccata. Et quis unquam erubuit vincere? & quid est contritio, nisi vincere peccata? & quid confessio, nisi manifestatio victoria? Et quare verecundaris emittere vel eicere sordes adorno tua? lingua est quasi scopa quæ emittit foras sordes peccatorum.

Et nota, quod Christus peccata adulteræ dígito scribebat in terra: quia sicut scripta in terra puluerulenta ad primum ventum delentur: sic peccata ad primum motum contritiōis de lentur. Vnde Psalm. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisiisti impietatem peccati mei.

Quartus fructus est, consequutio misericordiæ diuinæ. In curia inferni viget iustitia diuina & ibi exaltatur iustitia punitiua Dei in coeli curia viget misericordia & iustitia, misericordia, quoniam præmiat beatos ultra condignum: iustitia viget: quia redit mercedem laborantibus in vinea ecclesiæ. In curia penitentiæ supereminet misericordia. Vnde Psalm. Psal. 50. Miserere mei Deus secundū magnam misericordiam tuam. Mat. 15. Et chananea, dixit Iesu fili David miserere mei. Crisost. Breue verbum, Miserere mei: & profundam habens sententiam bonitatem securitatē, & rationem veniæ: bonitatem compassionis, securitatem veniæ, bonitatem compassionis, & securitatem misericordiæ.

Magnam misericordiā exercuit deus creādo hominem ex nihilo: sed maiorē mām in redimēdo hominē, redactū in nihilū propter peccatū: quia sicut figulus maiorem amorem ostendit

Tomi. I. Sermo. V. de Do. II.

ad lutum refiendo, quam faciendo: sic deus in redimendo,
quam in creando. Nec enim tam faciliter sum refectus, sicut fa-
ctus: quia quando me fecit, dixit, & facta sunt: sed quando me
refecit, dixit quidem multa, gesit mira, pertulit dura: dura ver-
ba, duriora verbera, & durissima crucis tormenta Bernar. vel
certe secundum magnam misericordiam tuam, scilicet, quia
sicut viator misericordiam ostendit, infixo inlimo profundo
ipsum semel extrahendo sed magnam misericordiam ei ostendit
bis, vel ter eum deluto educendo, o bone Iesu quotiens
(dicit Bernad.) eduxisti medelacu fecis, & luto miseriae? Et
sicut medicus maiorem amorem ostendit, curando infirmum
ex recidiuo ex culpa sua quam de novo egrotantem.

Et nota, quod peccatores quodammodo compellunt deum
exire a sua misericordia in iustitiam & sic exponitur mystice,

Gen. 6. egressus Iesus a misericordia in iustitiam: q[uod] notatur Gen. q[ui]n dixit, p[ro]eni-
tet me fecisse hominem. Quare Augu. de quo p[re]conit? P[re]coniten-
tia non cadit in Deum, nec p[re]esar. (Vnde est blasphemia dicere,

Psal. 18. Pele a Diis) Resp[on]s[u]o. quia cum misericordia dei sit super omnia ope-
ra eius (quia misericordia eius preueniet me. i. cum de conditione dei sit

Eze. 18. facere misericordiam potius quam iustitiam: quia non est voluntatis
meae mors impij, dicit dominus, & alibi, en vlciscar de inimicis meis

Esa. 1. p[re]conit ergo me, quia accidit casus in tota natura humana: vt
quasi saliendo de my natural, percutiā hominem castigando, & non

Gen. 6. miserendo, delebo, inquit, hominem, quem creauit. Elicitur doctrina
pro iudicibus, vt doleant quando exercent iustitiam, si tam-
en indeterminatione dolent & licet in executione ostendat
iram, non peccant.

Patet etiam de isto egressu misericordiae in iustitiam in
Cayn homicida fratris sui, cum dixit illi Deus, ubi est Abel?

Gen. 4. frater tuus, usque ibi, & sanguis eius clamat ad me de terra.

Exponitur de egressu misericordiae in iustitiam, quando delicta
tagunt partem. Vnde caueamus comparere in iudicio dei ubi

est pars laesa & querula: quia sicut bonus iudex non potest
remittere, nisi satisfacta parte: quia tunc sanguis eius clamat

sed vide ne tantum confidas in misericordia dei, vt sit spes stulta
& vana: nec tantum diffidas, vt sit desperatio. Duobus calca-

ribus indiget homo, vt ferafin deum. s. timore & amore. Vnde
in tempore maioris misericordiae. s. in passione semper usus est.

Vnde

misericordia & iustitia. Ecce in principio passionis, vsus est misericordia cū peccatrice: vt quid molestis estis huic mulieris iustitia vsus est cōtra Iudā, dicens bonum erat ei si natus nō fuisset homo ille. Misericordia etiam vsus est cū petro. Quia respexit dominus Petrum & iustitia vsus est cū mulieribus quæ lamentantes sequebantur eum à longe. Quādo ait eis flete super vos, & super filios vestros. Cum bono latrone exercuit Mat. 26 misericordiam. Cum dixit hodie mecum eris in paradiſo cū malo exercuit iustitiam oremus vt in morte vtatur nobiscum misericordia donando gloriam. Luc. 22.

*Sermo primus Feriae quartæ post secundam dominicam
in Quadragesima. Thema. Ecce ascendimus
Hierosolimam. Math. 20.*

In isto sermone sunt tria consideranda primum, quibus gradibus ascendimus, secundū, quibus descendimus, seu præcipitamur à virtute in vicium Tertiū, qualiter iterū resurgere, & ascendere debemus. De primo nota, q̄ Hierusalē interpretatur visio pacis: & peccator quandiu est in peccato est in bello: nā aduersatur diuinæ voluntati nolendo facere quæ deus vult eū facere: & debet procurare pacem cum deo, quia in pace factus est locus eius: & sic ascēdat Hierusalē, sed quia iustitia & pax osculate sunt. Ad acquirandam pacem prius oportet peccatorem de seipso facere iustitiam, & in pœnitētia condemnare peccatum. Nam in peccatore sunt natura & peccatum naturā nō vult deus destruere: quia ipse dicit, nolo mortē peccatoris: sed ut conuertatur, & viuat. De peccato ergo debet facere iudicium, & iustitiam. Gladius ad exequitionem iustitiae, est cōtritio: quæ est gladius bis acutus, quo scinditur auersio à bono incōmutabili, & conuersio ad bonū cōmutabile. Malefactores puniendi sunt. s. cogitationes pessimæ affectiones prauæ peccata exteriora locutiōes inordinate, seu detractiones, cōsuetudines pessimæ significātur ista quinq; per quinq; reges, qui à Iosephus sunt suspēti in ore speluncæ. i. contritione: quæ est os, & principiū pœnitētiae. Iudex est peccator in causa propria: vnde scriptura dicit, iudicate mīem vestrā. i. consciētia. Tribunalum quo iustitia est discutiēda, est rō prouer. 20. Rex q̄ est in folio Isa. 2.

Psa. 57.
Psa. 84.

Eze. 18l.

Tomi. I. Ser. II Fer. 4. post. II. Domi.

iudicabit populū.i. peccata accusator est cogitatio ad Ro. cogitationū accusantiū, & excusantiū: testis est consciētia. Rex secūdū cuius leges iudiciū est agēdū, est deus psal. honor regis iudiciū diligit. Nā cōtemnitur rex cum iustitia nō exequitur. Assēfōres huius iudicij, sunt virtutes. Nā accipitur castitas vt cōdēnet luxuriā abstinentia cōtra gulam charitas cōtra odiū humilitas cōtra superbiam. Nā rectū, est iudex sui obliqui carni fex seu verdugo est timor ps. configē timore tuo carnes meas. Istud iudicium secretum conuenit, & differt cum iudicio publico primo: quia in isto iudicio secreto idē est iudex, reus & testis: in publico autē nō secundo, differunt, quia in iudicio secreto confitens crīmē absolvitur: in publico punitur cōfites. Tertiō: quia in iudicio secreto proceditur per viā notarij. s. per confessionem partis vel: quia peccator cōprehenditur in operibus manū suarū. In iudicio publico per coniecturas, per dicta, & testimonia aliorū inquiritur veritas quarto: quia in iudicio secrete intenditur vita animæ. Et in publico mors hominis, vtrūq; iudicium conuenit in hoc, quod vtrobiq; intēditur bonū publicum & cōmune. s. bonū dei & eius honor. s. vt vindicta sumatur de peccatore secūdū dei voluntatē secundum Sco. in. 4. s. In puniendo cōueniunt in isto iudicio secreto traditū iudicibus, sicut in iudicio manifesto. Iudices sunt conscientia, & ratio vnde beatus Pau. Si nos vtiq; iudicaremus, nō vtiq; iudicabimur à domino vel iudices, sunt cōfōfōres cōstituti adeo vbi dicit, quæcūq; remitteritis remittētur eis, & illuditur peccatū cum discooperitur ignominia, & confusio eius. Flagellatur triplici differentia flagellorum, scilicet, ieunio, oratione, & eleemosyna, vñ in exo. flagellati sunt q; praeerant Eze. 5. operibus. i. peccatores præsidētes operib⁹ malis, spuitur, cum abomina, sicut sentina vitorū, crucifigitur in cruce pniæ, pes crucis vilitas, & cōfusio peccati titulus pœnitētis bonitas dei: & sic pœnitētis consideret vilitatē peccati, & suminā dei bonitatem vt affixus maneat in cruce pniæ toto tēpore vitæ suæ, duo Ad Ro. brachia crucis sunt timor inferni, & amor dei, & crucifixus 6. ad co. est homo interior. Pau. crucifigentes veterem hominem cum cōcupiscentiis suis. Ecce iustitia q; agenda est de peccato, & gradus quibus acquiritur pax cum deo, & ascendimus Hierusalem, quæ est dicta pacis visis.

Secundum

Secundū quod estvidendū. s. qualiter descēdit homo vel cādit, vel præcipitatur, pro quo nota, q̄ quārūt sancti, qualis sta-tus est melior ad salutem æternā, status diuitis, an pauperis? Respō. sic, status diuitis est magis periculofus, status pauperis magis securus, status diuitis magis ad gratiā, paratus sed pauperis magis securus: status diuitis magis meritorius status pauperis certior. Hæc conclusio est omnium sanctorum hic.

Probatur primum. s. quod status diuitum est magis periculofus: & sufficeret nobis hæc auctoritas Christi dicentis duobus fratribus, nescitis, quid petatis. Sed probatur ex nomine ipso præpositiōis, dignitatis, grāmaticus qui scit melius proprietates nominum, dicat, præpositioni quot accidūt? Reſpōdet, vñ tātū, quid casus quot casus accusatiuus, & ablatiuus. Certe bene posuit præpositioni diuitum & honoratorū ca-fus: quia hoc accidit illis cōmuniter Cayda per accusationem inuidorum, vel per mortem.

Isti duo casus accidunt diuitibus: quia sicut in via in qua est præfflura, & multitudo ambulantium, ibi est depresso, & compresio, lites & contentiones sobre haz te aca, mas hazte alla: Itaque iter non capit eos: sic contingit in statu honorum & diuitiarum: quia ibi vñus impellit alium, & fortior calcat debilē hinc est, quod Rebecca gerebat duos in utero. s. Iacob Gen. 25. & Esau: Vñus volebat præcedere alium in honore & maiori-catu: in nascendo prius collidebantur in utero tanquā in an-gustavia viscera matris rumpebātur: vt quis prius exiret de-niq; præcessit vilior. s. Esau. Et denique in vita timens Iacob, Esau, dixit illi, præcedat dominus meus, & sequetur seruus tuus paruulos habeo teneros. Vnde Christus dicit, in mundo præfloram habebitis.

Vnde nota, quod melioratio filij in Tertio, & quinto, non fit cum bona conscientia, nisi duo concurrant. s. feruitum filij ad patrem, secundo meliores mores in filio, quā in aliis, ali-ter non debet fieri, quod si filius & hæres per Deum nec ob-stat de prædio quod dedit Iacob filio suo Ioseph, quia ibi nō apparet, quod esset extra legitimam Ioseph: item, q̄a non erat in tanto valore sicut tertium: & quintum, quod est di-midium hæreditatis.

Io. 4.

Licet alij dicūt iuste fieri palacio ruios in repe. quia quod
f 4 lege

Tomi. I. Ser. I. Fer. 4. post. 2. Do.

lege permitte fit, iuste fit: & quilibet potest uti iure suo, & quia leges iustae transeunt in foro conscientiae, in c. imperatoris, quasi dicat, quicunque legibus imperatoris obtemperare non vult, grande sibi periculum incurrit, id est mortale peccatum.

Ezec. i. Qualiter cadit homo ambiendo honorem. Figura Ezech. Facies leonis, & facies aquila, facies hominis, & facies vituli: ad acquirendum diutias, & honorem in principio incipit tanquam leo, rapit vi opprimendo, dat ad usuram decipiendo. Nam diues aut est raptor, aut haeres raptoris. In progressu est sicut aquila: non cognoscit inferiores cum quibus ante dignitatem solitus erat conuersari, & non est mirum, quia honores mutant mores.

¶ Tertio, cum accidit ambitiosis aliquod infortunium conueruntur, ut homines, signa familiaritatis ostendentes eis a quibus fauorem, vel auxilium spectant recepturi. In morte sunt, sicut vitulus in macello qui scinditur, comeditur: sic ambitiosorum fama post mortem laceratur, & eius fama deuoratur a multis: maledicitur, expuitur, & abominabilis est memoria eius: nulla, eius memoria post mortem manet, quia periret cum

Psa. 9. sonitu, & hac de causa dixit Christus istis fratribus, nescitis quid petatis, prima ratio quia vel querunt sedere in regno vietate presentis, vel futuri, & eterni, si appetunt regnum praesens; nesciunt quid petunt multis de causis. Primo, quia in hac vita est labor: est regnum positum in confinio duorum regnum contrariorum, scilicet regni coelestis, & inferni: & celum & infernum semper sunt in continua pugna, contraria sunt ideo mundus in confinio illorum positus semper patitur ab utroque, & est in continuo motu. Ideo ignoranter petunt sedere in illo. Amplius, Christus non habuit regnum in hoc mundo, nec illud possedit, si vero intelligunt de regno gloriae, ibi nulla erit sinistra quia oves ponentur a dextris in gloria beatificandæ, & hedi a sinistris in inferno pugniendi. Amplius, ministri coram rege stant, & non sedent, Amplius, si per sinistram intelligitur gloria de humanitate Christi, & per dexteram gloria de deitate: etiam nesciunt quid petunt: quia beatorum gloria consistit in visione, & fruitione: & non in visione humanitatis. Amplius, gloria non confertur ratione sanguinis, aut aliquo respectu temporali: sed quia regnum celorum vim patitur, & violen-

& violenti rapiunt illud. Amplius, quia in hac petitione sequuntur ducem stultum, scilicet luciferum qui dixit, sedebo in monte testamenti. Amplius, quia gloria est petenda in tempore debito, scilicet post pugnam & victoriam: quia non coro natur, nisi qui legitime certauerit. Amplius, quia gratia dei vita æterna, id est, est donum Dei: & datur illis, qui nouissime venerunt in vineam domini, & multoties primi excluduntur, Matt. 8. ad.R. 6.
 & multi venient ab oriente, & occidente, aquilone & meridie: filii autem regni ejicentur foras: ergo non ex meritis propriis est petenda, sed ex summa Dei liberalitate. Amplius, quia beatitudo non propter se est appetenda, sed propter ipsum Deum in quo ultimata est quiescendum. Vnde nō oportet sedere in appetendo beatitudinem: sed transite ad me, qui concupiscitis me, id est nō pareatis, nec sedeatatis in re creata, nec in beatitudine: sed transite ad me, diligendo me affectione iustitia. Amplius, quia non est meum dare vobis, nūquid Christo, non est data omnis potestas in celo & in terra? non ne istis duobus discipulis paratum erat regnum gloriae sicut alijs electis? quomodo ergo dicit, nō est meum dare vobis? Respondeatur quod Christo secundum quod homo, nō pertinet dare re gnum, sed tantum Deo: quia gratiam & gloriam dabit Dominus. Tum quia istis Apostolis sicut & alijs electis non cōpetit gloria propter opera, sed ex dono Dei: & principaliter propter gratiam & æternam prædestinationem: quæ nō fundatur in aliquo creato, sed tantum in voluntate diuina. Hinc est quod quia isti petebant gloriam à Christo secundum quod homo, & propter opera sua, bene respondit: sedere autem ad dextram & sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. Amplius, non est meum dare vobis, id est non pertinet ad me dare vobis gloriam superbis, ouales nunc estis: sed humilibus, qualis ego sum, & volo electos meos esse: quia superbis resisto, humilibus autē do gratiam & gloriam, vel non est meum dare vobis: quia regnum cœlorum non est Iacob. 4. dantis, sed accipientis, dicit hic gloriordinaria: quasi dicat, quia Deus non est acceptor personarum: nec est distinctio Iudei, ad.R. 10 & græci: sed idem dominus diues in omnes qui inuocant illum: & dabitur quibus paratum est à patre meo, scilicet illis, quibus Mat. 25. dicetur, Venite benedicti patris mei, &c.

Ex

Tomi.I.Ser.I.Fer.4.post.2.Do:

Ex quo colligitur, quando à iudice petitur iniustitia, id est quod iustitiam vnius partis det alteri, bene potest dicere, quia non est meum dare vobis, quia non petit meum, sed aliorum, dicat iudex, vel rector, si petis rem meam de domo mea forsitan dedissem: sed quia alienam petis nō est meū dare vobis.

Tertio, exponitur, sed quibus paratum est à patre meo, pro quo nota, quod illi quibus paratum est regnum coeleste, notantur. Matth. 25. Venite benedicti patris mei: possidete regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. In qua auctoritate notantur quatuor conditiones, quas habere debent quibus gloria est conferenda. Prima, quia datur benedictis, & iustificatis in corde: ideo dicitur, benedicti. Nam maledicti & excōmunicati maiori vinculo excommunicationis sunt ligati, & ei ciuntur extra ecclesiam: sic existentes in peccato mortali sunt ligati vinculis peccatorum: & sunt electi extra gremium ecclesie: & non gaudent thesauro meritorum: & secundum præsentem iustitiam sunt electi ab ecclesia triumphantи.

¶ Secunda conditio, datur gloria pueris ablactatis: ideo dicitur, patris mei. Nam in lege veteri parvuli non recipiebantur ad conuiuiū patris, nisi prius essent ablactati, ut patet in Abraham Gen. 21. qui fecit grande conuiuum in die ablactationis Iysaac: sic ad mensam patris æterni non admittuntur, nisi ablactari ab amore rerum temporalium, lac enim facit obdormire: & voluntas carnalis facit hominem dormire in peccato.

¶ Tertia cōditio, q[uod]a possidetur sortib[us] diuinis, & datur prædestinatis à deo: quia gloria de iure diuino nō solum debetur angelis, sed hominibus electis à deo in huius figura dicit. Iustum rem postulant filiae sapientia, dari sibi possessionem inter cognatos fratres suos, per filios intelliguntur angeli: per filias animæ creatæ à deo.

¶ Quarta conditio, quia datur cum suis honoribus, & dignitatibus: & tantum datur de gloria, quantum potest aliquis acquirere. Non enim limitauit Deus certum gradum, ut non vltior acquiriri possit: sed exposuit eam ad libitum merentium & pugnantium pro illa, quod vulgo solet dici, sacra mano, quia quanto quis magis laborauerit, & maiori conatu Deo servierit, maiorem gloriam merebitur, quia non señalo Deus sueldo limitado, sed secundum maiorem conatum pugnantibus eius

Ius præmium conseret quod nobis concedat.

Sermo secundus, quarta Feria, post secundam Do-

minicam. Thema. Ecce ascendimus Hier-

rosolymam, & filius hominis.

Matth. 20.

In concione dicam septem gradus quibus

ascendimus Hierusalem.

Hierusalem interpretatur pacis visio. non autem possessio
ratio est: quia in vita presenti videtur pax à longe non tam
men possidetur, in hac vita sumus in bello, in morte, iusti inci Psa. 147
piunt habere pacem, ideo dicit Psal. Posuit fines tuos pacem,
quia in morte præciosa iustorum incipit acquiri pax. Et est
mirum. quia medium, & principium, & finis non conueniunt. Psal. 50.
In principio nativitatis nostræ incipit bellum, qui in iniquita-
tibus cõcepti sumus. In progressu vitæ viuimus in bello quod
in morte terminatur, Vnde in figura dicitur, quòd Dæmon Mar. 1.
discerpens hominem exiuit ab eo, quia in morte per quam ho-
mo deuastatur: exiuit Dæmon, & tunc anima pacifica rema- Nee. 4.
net. Vnde edificatores templivna manu edificabant templū
& altera manu tenebant arma. In quo notatur quòd in con-
struzione virtutum, semper aduerfatur nobis Dæmon ten-
tans nos. Et nititur destruere edificium virtutis quod con-
struere conamur, ideo sumus in continuo bello, donec ascen- Psa. 23.
damus Hierusalem, id est, possideamus cælestem pacem.
Sed David interrogauit. Quis ascendet in montem domini,
aut quis stabit in tabernaculo tuo? Iustus habitat in ecclesia
tanquam ciuis & domesticus, vnde beatus Paulus ait, iam ad ep. 2.
nō estis hospites & adueniē: sed estis ciues sacerdotū & domestici 2.cor. 5.
dei. Sed quādiu sumus in hac vita peregrinamur a dño qd nō
habemus hic ciuitatem manentem. Vnde dedit Deus à prin-
cipio locum omnibus rebus quas creauit. Nam dedit aerem
auibusterram animalibus, aquam piscibus, sed hominibus
non assignauit locum, vt ipse eligeret locum: & si vellet
habe-

habere cœlum. Et si vellet habere infernum possideret il-
lum. Sed cœlum ascendere non possumus nisi mediante sca-
la, ideo interrogat Psalmus. Quis ascender in montem domi

Psa. 14. ni id est, beatitudinem quæ significatur per montem, quoniā
gloria sicut mons illuminatur à deo, & eminet cæteris par-
tibus terræ, qua de causa ipse Dauid statuit gradus quibus
ad gloriam ascendere possumus.

¶ Primus gradus scala est, ingredi sine macula, id est, non ha-
bere peccatum mortale, quoniam peccator: vt dicit scotus

post actum transeuntē peccati: habet maculam, id est, quæ-

Sco. 5. 4 dam disconuenientiam in anima ad gloriam acquirendam,
dist. 14. quæ etiā vocatur obligatio ad pœnā vocat̄ eternam, & offend̄

dei. Et ab his accidentibus derelictis post peccatum, dicitur
peccator. Sed quomodo tolletur hæc macula peccati: vt ani-

ma remaneat munda ab omni macula? Respond. tribus me-
diis, primo tollitur sicut macula existēs in tabula Alba. 5. me-
diante saliuia: & confriicatione manus per saliuam signifi-
ca tur cōtritio. Et per confriicationem manus satisfaētio, secūdo

modo tollitur sicut macula pani rudis. s. per lixiuum, q̄ fit si
aqua coletur p̄ cineres, sic cōsiderādo peccata quæ sunt quasi

cineres effecti ab igne nr̄æ cōcupiscētię, si coletur aqua lachri-
marū per illā delebitur oīs macula aiā: licet fuerit tenax. Ter-
tio tollef sicut macula existēs in facie. s. p balsamū sic sanguis

Christi. q. balsamum emūdabit cōsciētias nr̄as. ¶ Secūdus gra-
dus scale est: operari iustitiā. Vnde dicitur, qui operatur iu-
stitiam ad hanc iustitiam hortabaur beatis Ioā. dicens facite

Luc. 3. dignos fructus poenitentia: nam sicut fructus vt sit pulcher:
debet esse magnus maturus dulcis, sic poenitentia debet cō-
mensurari peccato debet esse matura. i. discreta dulcis, id est,
debet fieri in gratia, poenitentia est species iustitie punitiue
qua homo vindictam de seipso accipit animam suspendit in

oratione: vt dicit Iob. suspendium elegit anima mea corpus
attenuet Ieiunio in firmata sunt genua mea à ieiunio. Psalm.

de diuitiis faciat eleemosynam.

Tertius gradus scale est loqui veritatē in corde suo cū pxi-
mo suo veritas est cōformitas rei ad intellectum, si aliquo in-
terrogāte an sint latrones in via seu itinerer respōdeat alius nō
sunt, quoniā erāt sed recesserunt: dicit beatus Aug. q̄ mētitur

in corde

in corde suo, ex eo quod intelligit quod non fuerunt ibilatrones, & hoc pacto omnis homo est mendax, quoniam aliud sentit intus, aliud ostendit foras. Et nota quod farsa est retrato mendacij, nam rusticus fingit se regem, & simplex sacerdos episcopum ignorans doctorem subditus praelatum, sic in hoc mundo, rex portat coronam in qua se ostendit vietorem, sed miserabiliter a suis passionibus vincitur. Iudex portat ensim ad vindictam malefactorum, sed nullam vindictam capit de proprijs maleficijs. Episcopus portat mitram habentem duas puntas in quibus significatur duo testamenta quae scire debet, & tamen est ignorans, portat Almaticam in qua significatur crux Christi quam super humeros portare debet, & tamen in delitijs totus versatur. Insignia militis, sunt nobilitas, scilicet diuitiae antiquate, & tamē eius officii est vim alijs inferre. Insignia mercatoris sunt, subuenire pauperibus cum mutuo, vel elemosina, & tamen per usuram augent diuitias & statū suum. Insignia sacerdotis sunt alba vestis amictus, cingulum stolla, In veste alba notatur puritas, in amictu verecūdia in cingulo castitas in stolla obedientia, totum contrarium exercet in operे interiori: ideo recte dicitur, omnis homo mendax, extra christianus, intus paganus, extra humanus interius diabolicus, extra virtuosus intra profanus, extra pulcher intus in compitus, extra apparet miles intus est raptor, extra liberalem se ostendit intus est avarus, extra rectus intus curuus, extra pius intus est leoninus, extra homo: intus brutum. Qua de causa omnis homo mendax, loquere ergo veritatem in corde tuo, vt ostendas te talem foris qualis es intus, vt non habeas duplicitem iniquitatem, quia æquitas simulata duplex est iniquitas.

Quartus gradus, qui nō eget dolum in lingua sua. Triplex est dolus, quidam officiosus & utilis, quidam pernitosus, & quidam qui dat causam contractui. Primò, vsus est beatus Paul. cum dixit, Dolo cepi vos, isto dolo vsus est dauid quādo simulauit se esse stultum coram rege achis desfluebant saliu*l. CO. 12.*
l. Re. 21.

per barbam eius collabebatur inter manus eorum impigebat ad ostia portæ hoc dolo quilibet christianus vti debet, coram achis, id est mundo interpretatur achis quomodo es, id est quo modo mundus existit. Cum omnis creatura vanitati subiecta sit, & perit mundus & concupiscentia eius fluant ergo saliu*Adro. 8*
per

per barbā,id est in bonis operibus & magnificis quę per barbam significantur humilitatem ostēde , & vilem in oculis tuis vt faciebat rex Dauid coram arca domini , collabere inter manus hominum,vt Iob faciebat.Exaltabat se cum redargueretur ab amicis ne in tribulatione deficeret deprimebat se corā Deo,vt non exaltaretur super se in superbia cordis.Impingere ad ostia ciuitatis per quæ figurantur sacramenta ecclesiæ , vt dicit beatus Augustinus,id est deuotum & pium te ostende in receptione sacramentorum , hoc dolo capies mundum , & non capieris ab eō , imò euades manus eius , vt Dauid euasit liber ab Achis.

Dolus pernitosus in multis negocijs reperitur in mercatoribus decipientibus in substantia quantitate & qualitate mer ciūm decipiunt etiam in pondere . Vnde pondus & pondus mensura . & mensura vtrumque abominabile est domino , reci pro. 20. piunt vno pondere & vna mensura , & conferunt cū alio pondere , & calia mensura . In aduocatis reperitur promittunt victoriā clientulis , vt maius stipendium lucentur.

Tertius dolus est , qui dat causam contractui propter quem rescinditur contractus de quo super sedeo , ne mittam falcam in messem alienam ad iurisperitos spectat differere de hac specie doli .

Quintus gradus est , non facere proximo suo malum , multis modis nocere possumus proximo , scilicet , in bonis diuitiarum , in bonis corporis , in bonis famæ , in bonis animæ , de quibus multi sermones possent conflari .

Sextus gradus est , & obprobriū non accepit aduersus proximos suos , id est non audit eius obprobria , vt faciūt detractores qui peccata proximorū libenter audiunt : & verenda fratru suoru discooperiunt , vt Chiā discooperuit verēda p̄s sui ,

Septimus gradus est , ad nihilum deductus est in cōspectu eius malignus , quia dæmonem eiicit à domo cordis , & confregit eius arma arcum scutum gladium , & bellum de quibus vide in tertia dominica quadragesimæ .

Hij sunt quibus paratum est regnum ab origine mundi quibus redemptor noster dicet . Venite benedicti patris mei Mat. 25. possidete regnum , & pondera ab origine mundi , quia ascendentēs Hierusalem debent habere sex gradus signifi-
cato

catos & figuratos moraliter in operibus sex dierum , & in requie diei septimæ: hoc ponderat quidam doctor , & exponuntur per Hugonem. c.2. de cōuerſione peccatoris sic, coelum spiritus est, & terra corpus: quia sicut coelum est sublimius terra, & solidius sic excellentior est spiritus , q̄ corpus mundus in sua primeua confusione significat hominem in sua iniquitate , & peccato, sicut enim mundus in sua confusione erat sine Luce, quia terra erat inanis & vacua, & tenebre erant super faciem abyssi, sic in homine subiecto peccatis : non est lux cognitionis diuina, nec suipius sed quasi sopitus iacet confusus & obscurus sine meritis proprijs ad leuandum se aut ad surgendum à peccato, quia postquam peccato nos obligauimus propria virtute surgere non valemus . Vnde ad iustificationem animæ sic confuse. Et vt sit conueniens ad suscipiendum regnum sibi paratum ab origine mundi , id est secundum originem operum in sex diebus.

Dicit Deus, primo fiat lux, scilicet quando peccatorem diversis malis confusum & obscurum: lucis intime suæ gratiæ radijs illustrat , vt seipsum , & Deum cognoscat, iuxta illud beati Augustini. O domine Deus meus hoc tantum fac in me, vt cognoscam te & me. Itaque lux primaria significat priam sui cognitionem, deinde quasi in secunda die, id est secundo gradu iustificationis impij: fit firmamentum diuidens a-
quas ab aquis, id est virtutes à virtutis. Nam virtutes quasi aquæ hæc i. e. superiores sunt, & virtus inferiores , firmamentum vero est c. Gene. discretionis virtus, quæ facit istam diuisionem inter virtutis & virtutes in tertia die fit congregatio aquarum quæ sunt sub firmamento, id est, cohibitio & repressio viciorum , in locum unum ne effluant in opera viciosa iuxta illud, sint lumbi vestri præcincti lumbos præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus , vel alia vicia. In quarta die fit luminare maius , id est cognitio Dei, & minus, id est cognitio sui ipsius, in quinta die sint , pisces, id est considerationes , & exercitia vitæ actiue , aliqui pisces nutriuntur in aquis dulcibus, & aliqui in amaris sic diuersa sunt exercitia vitæ actiue quædam dulcia , vt opera misericordiæ, quædam amara, vt opera pœnitentiaæ. Fecit aues, id est opera vitæ contemplatiæ, & sicut aues volat sursum

Tomi.I. Sermo.I. de Feria. VI.

sursum,deorsum,in ante & retro,& dextris,& sinistris . Et aliquando manent suspensæ absque volatu,sic sunt diuersæ species contemplationis de quibus vide Ricard.lib.de Beniamin Denique sexta die formarur homo spiritualis qui secundum Deum creatus est, inspirato in eo spiraculo vitæ, iuxta illud, Cor mūdum crea in me Deus,& spiritum, rectum in noua in

Psal.50. visceribus meis.Et sic emittit Deus spiritum suum & recreatur Psa.103. homo.Et renouatur facies auiæ, septima die dat requiem,

Quia dicit spiritus ut requiescant à laboribus suis.Et accipiant regnum paratum ab origine mundi quod nobis concedat Iesus filius Dei.

Sermo primus. Feria sexta. post secundam dominicam. Thema. Dabitur regnum Dei genti facienti fructus. Matth. 21.

INTRODVCTIO.

Quartitur, an Iudæi cognoverūt Christum esse filium dei, id est, esse deum.Respō. Videtur quod sic.Primo ista auctoritate irrefragabili Christi dicentis,hic est hæres venite occidamus eum.super quæ verba dicit bea.Hiero.Manifeste probat dñs his verbis Iudeos non per ignorantiam : sed ex certa scientia occidisse dominum.Idem dicunt Christo.& Amb.hic.

Respondet Nicolaus de Lyra,hic inquit,dicens , Quod docti,& Sapientes vere cognorunt Christum esse filium Dei,simplices vero nō cognorunt Christū esse filiū dei . Vide ibi probationem . Sed ista responsio clare deficit in hoc,quia dicitur quod simplices nō cognoverūt Christum esse filium Dei. Ex quo patet,quod in die palmarum populus simplex acclamabat,Osanna filio dauid,benedictus qui venit in nomine domini.

Mat. 21. ni. Et Sapientes Iudæi increpabant illos,& Christum , dicentes nō audis,quid isti dicunt. & Christus respondit nūquit nunquam legit̄s. Quia ex ore infantium, & Lætantium perfecisti laudem propter inimicos tuos ? Vnde meo iudicio melius respondet Dionisius hic dicens,Quod hec quæstio habet duo puncta.Primum an iudei crediderunt Christum esse messiam primo

primo. 5. Christum esse deum , nunquam Iudæi cognouerūt nec crediderunt nec credunt neque credent, qui de suo falso messia quem expectant hoc nō credunt. Sed credunt purum hominem & tēporaliter regnaturum in qua opinione erant filij Zebedei, submittentes matrem: vt peteret dexteram & si nistram : auctoritates vero sacræ scripturæ prædictas & alias probantes Christum esse deum retorquent ad alium sensum. Vnde concluditur, quod istum articulum docti, & simplices pariter ignorauerunt: nec crediderunt: sed neq; credūt usque in hodiernum diem. Sed de alio articulo, scilicet, quod esset Christus, & messias in lege promissus dicendū est, quia multi docti, & sapientes Iudæorum cognouerunt & etiam multi simplices aliquo tempore notitia quadā conjecturali, & probabili: non euidenti stabili, & adhesua bene cognouerunt de Iesu, quod esset suus messias in lege promissus, sed post modum tēpus prædicante Christo contra vicia Phariseorum sapientium maximē contra auaritiam & ambitionem ipsorum quia aduentus messiæ tollebat redditus illorū decimas oblationes sacrificia iuxta illud. Cū venerit sanct. Sæctorum cessit. Dar. 5.
bit vñctio vestra propter hoc malitia eorum obcecauit eos:
ita ut cognoscentes deum: non sicut deum glorificauerūt, sed Ad Ro.
euauerūt in cogitationibus suis & putatēs se esse sapientes 1.
stulti facti sunt. Dicit beatus Pau. de quibusdam sapientibus
gentilium Ro. 1. Hæc autem malitia Phariseorum non tatum
creavit in sapientes Iudæos, sed in simplices: quia dicebant &
prædicabant Christum non esse Christum, sed stultum Iu-
dæis quidem (andalum gentibus autem stultitiam, sic per-
uerterunt populum, qui licet ab initio habuerit fidem &
cognitionem de Christo, quod esset Christus post pro maiori-
ri parte amiserunt fidem. Et sic manserunt in sua infidelitate
in qua usq; in hodiernum diem manent multi tam docti quam
in docti. Et sic quando Christum crucifigebant nesciebant
quid faciebat. Et sic Christus verum dixit pater ignosce illis:
quia nesciunt quid faciunt. Et beatus Petrus scio fratres, quod
per ignorantiam fecisti sicut & patres vestri. Et beatus Pau.
si regem gloriæ cognouissent nunquam crucifixissent. Hæc
Dionysius à ricarte hic. In concione dicemus quo precio emi-
tur regnum coelorum. Euāgelium hodiernum aperit nobis
t officium

Luc. 23.

1. Co. 20

officium vel tienda cœli dicens: quia vendit deus gloriam pro commutatione fructus dicens dabitur regnum genti facienti fructus dum modo fructus sit bonus non putridus prava intentione deguarda per perseuerantiam, quoniam qui perseuerauerit usque in finem hic saluus erit. Vnde loquitur beatus Bernardi. Regnum coelorum proponitur vendendum. En venta, id est, ad vendendum nobis ut emamus illud & sic exponit illud euangelij simile est regnum coelorum homini negociatori querenti bonas Margaritas inuentavna preiosa Margarita vendit vniuersa quæ habet & emit agrum illum.

Mat. 13. Bene gloria comparatur Margaritæ, o perla quia sicut illa quodam excellentissimo, & naturali secreto creatur in concha clausa existenti in profundo maris. Itaque secretum illud nemo scit: nec illud attingit sic gloria cœli quomodo creatur & consistit in visione & fruitione diuinæ essentiae est, quasi secretum in comprehensibile: quod nec oculus vidit: nec au-

1.Cor.2. ris audivit: neque in cor hominis ascendit quæ preparauit deus diligentibus se.

Bene gloria Margaritæ comparatur pro ista debet homo vendere vniuersa quæ habet, id est, omne suum proprium:

Ioã.1. quod vere est peccatum in quo vere deus non habet partem. Ex quo sine ipso factum est nihil, id est, peccatum quod si de tam vili merce non habemus mercatorem. Eamus ad Christum & rogemus eum ut emat à nobis: quia ad nihil aliud venit ad nundinas huius mundi nisi ad emendum culpas nostras, & onerandum se peccatis nostris teste Ysa. Vere langores nostros ipse tulit & dolores nostros ipse portauit, & disciplina pacis nostræ super eum cuius liuore sanati sumus.

Esa.53. Bene ergo cœcluditur, quod deus proponit nobis regnum gloriæ vendendū. Extendens cœlum sicut pellem, sicut mercator diues qui extedit pellem rasam & pauperem in ingressu domus suę, & intus habet merces valde pretiosas, nos autem como booneros omnes merces virtutum portamus ante peccatum, ut ab omnibus videatur quod valde cauēdum est ne appetitus laudis surrepat & quod foris ostēditur, intus à mercede euacuetur, sed omnis gloria filie regis ab intus debet esse: infimbriis aureis circumacta varietatibus. iterum alloquitur beatus

tur beatus Bernardus, deum. Ex quo habes venalem gloriam Psa. 44
 tuam in mercato huius mundi dic premium eius quomodo
 vendis illam, & pro quanto? Respondetur ad premium In- Psal. 23.
 nocentiae, iuxta illud. Quis ascendit in montem domini aut
 quis stabit in loco sancto eius. Innocens manibus, & mun-
 do corde si sic est pauciment regnum tuum habebis mer-
 ces tuas absque eo, quod vendantur sicut habuisti in quinq;
 millia annorum ante aduentum Christi: quia toto illo tem-
 pore nullus intravit nec emit regnum coelorum.

Vide ergo dñe si vis ut vendantur merces tuę da eas pro
 minori precio? Respondet placet quia ad nihil aliud veni ad
 nundinas huius seculi nisi ad vendendum gloriam in precio
 tam conuenientiū nullus sit qui non possit eam emere dic
 ergo premium eius commutabitur pro paupertate beati pau-
 peres spiritu qm̄ ipsorum est regnum coelorum. q.d. illi qui
 implant opera misericordie cum eleemosynis, & diuinitę si af-
 fluant nolite cor apponere. Et in tertio gradu sunt pauperes
 spiritu, id est, affectione: prorsus non emam dicas ut dem que
 possideo ante mortem meam dignus essem, ut percutiar la-
 pidès in fronte, melius est post mortem relinquere res meas
 inimico quam in vita mendicare ab amico, ideo adhuc dico
 quod care vendis merces tuas viliori precio vende: quia vix
 inuenies emptorem. Ethoc prouenit ex defectu caloris su-
 per naturalis, id est, charitatis nostre, sicut homo senex tem-
 pore hyemis accipit vnam vestem & aliam contra frigus nec
 sufficiunt vestes proprie nisi sumat alienas: sic facit avarus,
 imo à maximo usque ad minimum omnes student avaritiae Iere. 68.
 da minori precio commuta eam pro alia re.

Placet dabo pro cōmutatione humilitatis bonū mihi: quia
 humiliasti me. Vnde beati mites, qm̄ ipsi possidebūt terram Psal. 118.
 terram vtq; promissionis: in qua petēs a de ser situado por- Mat. 5.
 tio mea in terra viuentium. Vnde bene dicit possibebūt ter-
 ram: quia triplex est terra. Vna quam terimus. s. mundus. alia Psa. 146.
 quam gerimus. s. cor nostrum alia quem optamus. s. gloriam
 & omnes tres terras possidebunt mites primam terram, id
 est, mundum possidebunt per contemptum temporaliū iuxta Deu. 11.
 illud oīs locus que calauerit pes tuus, tu⁹ erit: sicut dominus

magis dominatur seruo suo en quanto menos le tiene. Et magis cum possidet quanto illum contemnit. terram cordis, vero possidebunt: quia humiles & mites dominantur passionibus, scilicet, iræ inuidiæ gulæ & luxuriæ etiam possidebunt gloriæ quam querinus, scilicet, gloriæ de qua Psalm. portio mea in terra viuentium. bene dicitur terra viuentium, quoniam ista potius morientum est appellanda. Vnde sicut tūc cognoscitur, quod rex diligit seruum suum quando salariū suum seruet in loco tuto soluendum illi. Et iure perpetuo: nō iuro de por vita. Sed ppetuo optimo loco, & securō: sic deus seruis suis non soluit in hac vita, sed in alia, scilicet, in terra viuentium. Vnde beatus Bernard. dicit, quod si minus obsequium deus soluisset Christiano in hoc mundo dando ei totum mundum non bene soluisset. Vnde beatus Augusti. hic vre hic seca tantū ne in eternum irasceris: ad præmium: ergo humilitatis, & mansuetudinis vendit deus regnum suum. beatimites, quoniam ipsi possidebunt terram. Certe adhuc charo precio vendis tuas merces date vnum verum humilem: nā bene reperietur humilis qui sponte & voluntate sua se humiliauerit tamen humiliatus ab alio, vix humili reperietur. Exemplum dicis tu certe ego sum vilis homo. Sed dicat tibi alius in platea. Videamus humilitatem vestram. Flagellabo ego meipsum & dabo mihi alapam, sed quod alius me flagellet vel, quod det mihi alapam non sustinebo: ices sum ego nobilis y dalgo, & ille debet mecum coequari: domine da pre cito viliori. Da illam per successionē placet, quotquot autē receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri. adhuc est difficile præcium: quia subdit qui non ex sanguinibus: nec ex volūtate carnis neq; ex volūtate viri sed ex deo nati sunt. Et etiam: quia nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit maximè quia viui non est hæreditas: vt testamentum valeat necesse est, vt mors intercedat testatoris aliter non valet quod testatum est placet ego moriar vt habeas hæreditatē, quoniam humiliauit semetipsum dominus Iesus factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis domine adhuc præcium est charum. Bene de minori placet pro vase aquæ frigidæ. Et amē dico vobis nō perdet mercedeū suam amplius pro commutatione fructus: facite fructus dignos poenitentia, fructus di gnos

Ad ph:

3.

gnos poenitētia dicit, quoniā cum peccator cōfitetur bene to-
mando el pecado no atraycion sino cara a cara, pugnādo be-
ne cū illo posternendo in terrā percutiēdo illū & vulnerando
& occidēdo quod fit cōfitēdo oēs circūstātias aggrauātes cul-
pā: nō fit peccator vt fculnea infructuosa, de qua Luc. 13. tres
anni sunt quibus venio ad fculneā istā: & nullū fructū inue-
nio in ea: succide ergo illā vt quid tātū occupa? at cultor vineq
dixit dimittit hoc anno. Ego mittā stercore in illā hoc anno: si
non tulerit fructū: succides illam, sed videamus quid continet
istud regnū vt sciamus merces quas emimus. Et ostende no-
bis signa mercium' quas empturi sumus, deus ostendit no-
bis signa mercium: & contingit nobis sicut viatori quādo vi-
det crucē in via de nocte certā habet spē: quia iuxta est popu-
lus seu venta, & gaudet maximē si venta habet prouisionē ci-
borum. Et ipse portat pecuniam: sic contingit sanctis & iustis
vt habeāt spē, & cōfidentiā magnā, quod propē est regnū dei
ostendit illis crucē deus qui vult venire post me tollat crucē Mat. 16.
suam: & sequatur me, iuxta crucem est la venta abundās pro-
uisionib⁹ dñi nostri Iesu Christi. Nā ibi inuenitur panis: qā
ipse dicit. Ego sum panis viuus qui de celo descēdi: vinū re-
peritur: quia Ego sum vītis vera, & vinū letificat cor hominis, Ioan. 6.
& psal. Calix meus inebrians quā præclarus est, & habet vinū Ioā. 15.
nouū, quod nō mittitur in vtres veteres hominis veteris q se- Psa. 103.
cundū carnē creatus est, sed vtrs nouos noui hominis qui se- Psa. 22.
cūdum deū creatus est, qui potuerunt retinere vinū nouū fer-
uens noua gratia quē in die pēthecostes in oēs nationes effu-
sa est in ista vēta. i. Christo vēdito, & posito in cruce inuenitur
caro: qm̄ caro mea vere est cibus. i. verus cibus: & sicut manna
omnēm saporē, & suauitatē habēs o sacrum cōuiuum in quo
Christus sumitur vbi nos implet gratia gloriæ. nobis pignus
datur. Hæc caro recens est, & frelca corriēdo sanguine rezien
muerta: quia quotidie passio Christi habet efficaciā in sacra-
mentis ecclesiā in quibus semper operatur gratiā iustifica-
tionis secluso obice. Inueniuntur etiam carnes falsæ. i. tasajos
& caro salita. i. salada. i. poenitētia latronis pendentis: vt tasajo
in dos palos. Et si es magnus dñs & volueris comedere cibū
preciosum eme perlices como hōbre perdido inuenies vnam
singularem perdicem pēdentē in cruce. i. Vnā Magdalēnam

muliere perditam: quia erat in ciuitate peccatrix, si volumus
vnfaysam inuenies sanctum Ioan. Si volueris vn aue ramia
inuenies yn am Mariā gratia plenam: quia stabat iuxta crucē
Ioā. 19. Iesu Maria mater. Et sic leuate capita vestra quoniam prope
est regnum dei quod nobis concedat dominus Iesus.

Sermo Secundus in sexta Feria dominice secunde.

*Thema. Homo quidam plantauit vi-
neam. Cap. 2.*

Exponam euangelium in triplici sensu. scilicet literali morali: &
mystico. homo quidam &c. glosa ordinaria exponit literā
de priuilegio electionis Iudeorum quia nō fecit taliter omni
nationi. Vnde & virgo Maria dicit & radicauit in populo ho-
norificato: vnde exponit sic homo quidā. i. deus plantauit vi-
Esa. 5. neā. i. terrā pmissionis terrā fluētē lac & mel de qua dicit ipse
ego teplantauit vinea electa expectauit ut faceret vuas fecit au-
tem spinas, plātata est ex diuersis palmitibus: quia ex duode-
cim tribubus Israēl omnes electi. Vnde dicit regnabit in do-
mo Iacob in eternū. i. in electis, & diligit dñs portas Syon sup
Luc. 1. omnia tabernacula Iacob. sepē circūdedit ei. i. custodiā ange-
Pla. 6. lorū, sup muros tuos Hierusalem cōstitui custodes die ac no-
Eza. 62. cte nō cessabunt custodire te. vel sepe fuerūt custodes, & viri
z. Reg. 1. fortes Machabej, saul & Ionathas viri Syō incliti aquilis velo-
ciōres leonibus fortiores Iethē Iosuē. Sanson omnesq; iudices
Israēl. fudit in ea torcular. i. templum Salomonis. In quo ut in-
torculari fuit expressa sacra scripturavt ex ea extraheretur
Psa. 118. succus diuinus iuxta illud, quā dulcia fantibus meis eloquia
tua super mel ori meo. dimissis fecibus terre & accepto musto
spūs quod erat mittēdum in vtres nouos. i. in apostolos & di-
scipulos Christi. Et locauit agricolis. scilicet illis de quibus dixerat
Mat. 20 supra, exiit primo mane conducere operarios in vineā suā. Et
peregre profectus est nō mutatione loci cū deus vbiq; sit præ-
sens. Sed qā operariis reliquit liberū arbitrium, hæc glosa or-
dinaria hic. sic enim deus cōdidit cunctas res ut suos proprios
motus sinat agere. sequit̄ mystic⁹ sensus. vinea significat pas-
Ioan. 15. sionem Christi, quoniam ipse dicit. Ego sum vitis, & vos palmi-
tes, &

tes, & per mortem Christi cōplantati sumus, & vnit̄ in illo si-
cūt palmites in vite. Nam si exaltatus fuero à terra oīa trahā
ad me ipsum. In hac vinea circūdedit sepē. i. coronā de spinis. Io. n.
Vnde posuerū super caput eius coronā de spinis. Et cōueniē
ter corona despinis figuraꝝ per septū ppter tres rōnes prima Mat. 27
ratio: quia de vinea colligūtur spinę & de eis fit septum ad cu-
stodiā vineā. spinę nostrā moraliter peccata nostra sunt, quæ
redēptor noster collegit vt pro eis satisfaceret, iste fortius pū-
gebāt caput Christi: quā spinæ materiales, peccata nostra fixa
erāt quasi spinę pūgētes aīam Chri qm̄ dolores nō osipse por-
tavit, spinæ materiales in domo pilati sunt infixæ capiti Chri
sed spinæ peccatorū nōrū in ventre virginis sunt infixæ: qm̄
ibi oblatus est morti pro peccatis nostris: qā ipse voluit de his
spinis dicitur, quis colligit de spinis vuas & de tribulis fucus in Mat. 7.
septo vinearū inter spinas pendet racemi & vuę pulchritę sic à
corona spinarum nostri saluatoris pendet corona gloriæ no-
stræ. Nā ipse spinis est coronatus: vt pro eis nos in cœlo coro-
nemur. dulcedo gratia ab his spinis oritur, & fucus nostræ re-
dēptionis ab his tribulis à spinis cāpi egreditur flos campi. Et
à corona dñi oritur flos & pulchritudo animarū, ô felices qui
his rosis coronātur. Secunda ratio quare dñs imposuit capitū
suo coronā de spinis est: qā terra onerata tributis, & cēsuada
trāsit de dño in dominū cū suo onere, & censu, humanitas nřa
post peccatū fuit onerata tributo & censu spinarū. maledicta
terra in opere tuo spinas, & tribulos germinabit tibi, Christus
accipiens hanc terram factus homo. Cum tali onere, & spinis
acepit eam, & sic sensit punctiones spinarum. Cum primam
vocē emisit plorās, toto tempore vitæ suæ a filigebatur his spi-
nis. His pungebatur cum dixit taētus dolore cordis intrinse-
cus pœnitet me fecisse hominem. Iam sentiebat dolorem spi-
narum: quia pœnitētiā erat facturus pro peccatis nostris, &
sic in nativitate semen diuinum. i. verbum dei seminatum est
inter spinas: quia assumpsit nostras poenas, & dolores, quæ
sunt spinæ peccatorum nostrorum. Tertia ratio quare do-
minus posuit coronam de spinis in capite suo: quia est se-
pes ecclesiæ, & animarū nostrarū: quia diuersa coronę confe-
runt secundum diuersa regna. Vnde Ptolomeus in libro i. mach.
Maccha. Cum eslet rex ægypti & asia accepit duo diademata ii.

Gene. 3.

Sap. 7.

Gen. 6.

Christus habet duo regna, vnum ex parte patris. Ideo dicitur
Apo. 10. rex regum & dñs dominatiū, aliud regnū habet ex parte ma-
tris de quo dicitur Lu. 2. Dabit illi deus sedē David patris eius:
Esa. 6. & regnabit in domo Iacob ī æternū. sedes David figurat crucē
nam in hac sedebat Christus. Esa. Vidi dñm sedentē super so-
liū excelsum, & eleuatū, crux Christi fuit soliū super astra coeli
exaltatū. Ecce regnū, vnde dicitur regnauit à ligno deus, quale
regnū fuit talis & corona. regnū fuit crux merito corona spi-
narū debebat esse. sedes David, fuit crux Christi, & corona Da-
uid, corona spinarū, hanc coronā posuit pro sāpe, vt his spinis
tueretur ecclesiā: nō posuit p̄ sāpe ad infigendū spinas nobis,
sed ad custodiendū nos. erat caput redēptoris, nři sicut eritus,
& erat oneratus pomis dulcibus gratię & misericordiā, vt nos
cibaret gratia & gloria.

Sequitur edificauit turrim. i. posuit in passione crucē quæ
dicitur turris, quia in turri del omenage oppugnam⁹ cōtra ad-
uersarios, & ibi defendimur, cū ab aduersario impugnamur.
Iudic. 9. præcipue si habitaculū inferius est captum ab inimicis, ex hac
turra debellavit Christus inimicos eiecit eos in profundū lacū,
Figura lib. Jud. Mulier ex alta turri eiecit fragmen molle & cō-
fregit caput Abymelech. qui ignē apponebat in profundo tur-
ris, sapientia diuina ex alta cruce fragmē mole. i. aīam quæ est
pars humanitatis & totius cōpositi eiecit in limbū, & confrē-
git caput dēmōis est etiā turris refugiū nřm, ad q̄ fugere debe-
mus expugnati à viciis cū sensualitas impugnata cedit se rinde.
Cū mundus nos expugnat, cū & dæmon nos expugnat fu-
giam⁹ ad crucē, & signātes nos dicamus per signum crucis de
inimicis nřis libera nos, imō cum impugnam⁹ à deo, & ab eo
iudicamur dicamus. Pone domine crucē tuam inter iudicium
tuum, & animā meam. Turris proficit ad videndum à longe
sic crux Christi est p̄pinquissima coelo, ex qua & in qua con-
templamur ipsum Deū. est sicut malus ō gauia nauis ex qua
videſ terra firm a, scilicet terra viuētiū, hæc est arbor sicomorū
Luc. 19. quam Zacheus statura pusillus ascendit vt videret Christum:
quia inde erat transiturus, crux Christi. q. sicomorus, higuera
loca, quia Pau. dicit, prædicamus Christum crucifixum, stulti
I. cor. 1. tiam gētibus. ibi videmus qualiter Christus transit ex hoc mū-
do ad patrem ibi enim inclinato capite emisit spiritum.

Torcu-

Torcular fudit in passione, scilicet, compassionem generis
humanī. cōpassio merito dicitur torcular, à torquendo, magis
torquebat Christum compassio nostri, quam passio corporis
sui. Passio torquebat corpus, cōpassio aīam, passio est cōsuma
mata. Cū dixit cōsummatum est, sed compassio nunq̄ est fi-
nita imò semper crescebat cuius augmentū notatur in verbo Ioā. 19.
passio. Passio incepit feria quinta hebdomadæ sanctæ, sed cō ibidem
passio ab utero matris egressa est, & ab infantia crevit secum Iob. 31.
miseratio Iob. Passio infligebatur à paucis puniētibus, scilicet
verdugos, sed cōpassio ab innumeris peccatis nřis infligeba-
tur. In passione duetus est Christus in caluarię locum, vt ibi si-
niret suam passionem, sed compassio duxit illum in infernum:
vt ibi quæreret hominem perditum. hęc compassio est torcu-
lar quod fudit Christus in anima sua, & sicut torcular
habet lignum magnum quod dicitur viga de lagar, quo
reuoluto præmuntur vuæ & effluit vinum, sic pondus à quo
oritur cōpassio Christi circa nos est charitas nimia: ab hac ef-
fluebat compassio, & vinum gratiæ & gloriæ lētificans nos.

Diuinitas habebat vinum purum gloriæ sine mixtione tri-
sticie voluntas humana Christi vinum mixtum, nam portio
superior fruebatur, & etiam summe tristabatur ex compassio-
ne nostrorum peccatorum, & sic erat calix in manu domini, Psa. 74.
vini meri plenus mixto. Psal. Vinum effluens est meritū nřæ
redēptionis, quod est infinitū secundū sufficientiā, ideo dicit,
Psa. Fex eius nō est exinanita, bibēt oēs peccatores terrę, quia
non solū pro electis & prædestinatis mortuus est Christus, sed
præciū fuit infinitū secundū sufficientiam pro mille mundis, Psa. 74.
etiam si quilibet mūd⁹ haberet infinitos homines. & quilibet
homo infinita pētā & quodlibet pētū haberet infinitas circū
stantias. meritū Christi est sufficiens ad remissionē, quia est in Gen. 9.
finitū secundū sufficiētiā, vt tenet Sco. in. 3. s. hęc vinea passionis
Christi fuit figurata in vineā q̄ plātauit Noe, ex cuius vino ine-
briatus est, & iacuit nudus & irrigitus est Acham filio suo, Chri-
stus inebriatus est vino. i. amore patienti pro nobis maiorem Ioa. 15.
enim charitatē nemo habet, q̄ vt animā suā ponat quis p̄ ami-
cis suis, & inebriatus amore iacuit nudus in tabernaculo cru-
cis. In quo Achā. i. à populo hebreo irrigitus est, irridebant eum
dicentes. Vah qui destruis templū Dei: & si rex Israel est desce- Mat. 17.
dat

Tomi.I.Ser.2.Fer.6.post.2. Do.

ad ph. 2 dat nunc de cruce, & credimus ei. Et nota quod ebrius mouetur & cadit sic Christus inebratus amore patiendi cecidit in morte, quia semetipsum exinanivit factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

3.Re. 21. Secundo est figurata, in vinea Nabot, qd Achab expetiuit ut faceret ortum olerum, & industria Ielzabel in surrexerunt duo testes contra Naboth, Naboth interpretatur diuinatio, & significat dnm Iesum Christum quoniam fuit diuinus, immo Deus & homo, possidebat animam nostram iure creatiois, & dominiu habet super illam qd expetiuit Daemon dicens, Da mihi animas ceteras.

Ge. 14. Ia tolle tibi, volebat Daemon possidere animam, & eam facere ortum olerum, olera sunt cibus porcorum, & Dæmones dixerunt

Mat. 8. Christo, mitte nos in porcos. I. in homines pigros accidiosos, qd

Eccl. 22. vt porci iacent in infercore: quia ut dicit scriptura: De stercore boum lapidabitur piger, Christus noluit vendere animas nostras quinimo mortuus est pro anima nostra. Et Ielzabel. i. synagoga quae fuit falsos testes contra Christum, & non erant convenientia testimonia, & insurrexerunt duo falsi testes qui dixerunt, quia dixit possum destruere templum hoc, & in triduo redificare illic, & sic sicut Naboth pro vinea animam nostram mortuus est ut nobis concederet gloriam ad quam, &c.

¶ Sequitur tertia pars moralis, seu sermo tertius eiusdem ferie. Vinea significat poenitentiam, & eam plantauit quidam homo, id est qd secundum non habet, nec in celis, nec in terris, quia est deus & homo Christus Iesus, & pater in diuinis est deus non tamen est homo, & sps sanctus est deus, & non homo, quidam homo plantauit poenitentiam, qd expediebat multis rationibus. primam ponit Alexad. deales oportebat occulta cordis manifestari in confessione quando cor dei est modo manifestatum per verbum suum, Eructavit cor meum verbum bonum, nam sicut eruca manifestat occultam dispositionem stomachi, sic confessio manifestat occultam cordis.

ad ph. 2 ¶ Secunda ratio, quia sicut verbum dei vestitum est signo sensibili vel carne nostra, habitu inuenitus ut homo, sic cogitationes nostre & opera occulta cordis nostri in confessione reuelari oportebat. ¶ Tertia ratio, quia confessio ordinatur ad reconciliationem peccatorum cum deo mediante arbitrio, qd arbiter non erat statuendus a deo, anteque arbiter reperiret qd cōponeret pacem cum deo, non erat qui manum pone-

poneret in ambobus, ut dicit Iob. Medius ergo & arbiter fuit Iob. 9.
 Christ⁹ ergo cū venit plenitudo tēporis dices. Erat vt cōstitue ad ga. 4
 ret arbitros inter deū & hoīes. s. confessores. ¶ Quarta rō, quia
 sicut in bello dux exercitus ppter absentiam relinquit vicariū
 sicut teniente de capitā, sic dux belli, contra hostes nostros
 est gratia diuina illa existente in anima nō timebimus inimi-
 micos nostros, sed illa recedente necesse est relinquere vicariū
 eius quivices suppleat. s. poenitentiam quæ confert gratiam.
 ¶ Quinta ratio, quia cōueniebat hoc sacramētū institui tēpo-
 re gratiæ, hoc enim requirebat tēpus plenitudinis & abundā-
 tiæ in quo deus misit filium suū. Primo vt hac maxima miseri-
 ricordia homines traheret ad se. Juxta illud Cant. Oleum ef-
 fusum neminē tuū. Ideo adolescentule dilexerunt te.

Cant. i.

¶ Secundō, vt exēplo misericordiæ suæ hoīes ad misericordiā
 Deo maxime placētem inuitaret. ¶ Tertio vt hoīes non despe-
 rarent de remedio remissionis tam faciliter in uēto in sacramē-
 to confessionis. Ideo conueniens fuit, vt optimus optima facē-
 ret, & sic confessiō est optima, quia ab optimo ordinata. Ideo
 dicit quidā hō.i. Christus plantauit vineā.i. sacramētū poenitentia.
 ¶ Secundō, poenitētia cōparatur vineę, quia sicut vinea
 ex diuersis palmitib⁹ eōficitur, sic poenitētia diuersas virtutes
 cōficitur. Et ex diuersis virtutibus oritur. aliquando oritur
 à fide qua credimus non latere peccata nřa diuinā sapiētiā.
 quonia omnia nuda & aperta oculis eius & credimus iustum ad he. 4
 iudicem oīa discussurū. qm̄ scrutabitur Hierusalē in lucernis,
 quid erit de Babylone? & credimus potentiam non inclinan-
 dam, nec precio nec prece omnium sanctorum. ex hic confide-
 rationibus oritur timor & ex timore displicētia peccati & cō-
 siderata dei bonitate confidit de dei misericordia in considera-
 tione & confessione peccatorum humilitatē amplectitur. Vi-
 des quot virtutes sicut palmites habeat vinea poenitentia.

ad he. 4
Soph. i.

¶ Tertio vinea plantatur in locis altis & petroſis. sic poeniten-
 tia in intentionibus sublimibus fundari debet. non in bono
 temporali, non in timore seruili, non in iactantia, sed in amo-
 re summi dei. quia sicut Deum summe tenemur diligere ita
 summe eius offensam tenemur odisse. fundatur in timore filia-
 li. vt sicut filius reueretur patrem: & odit eius offensam sic
 nos odierimus Dei offensam.

In hac

In hac vinea pœnitentia edificauit turrim.i.prouidentiam quæ respiciat peccata præterita , & præsentia ad dispiendiū & cōfitendum.Et futura ad fugiendum,& sicut de alta turri videntur loca profunda,& occulta:sic pœnitēs ante cōfessionē debet aspicere:& examinare omnia secreta cordis aspiciat omnes angelos cordis,& omnes motus eius sentiat sicut aranea existens in medio telæ sentit motus in extremitatibus, sic in medio cordis existens considera motus,inclinationes, & affectiones tuas.Vide ex hac turri inimicos qui ingrediuuntur inter s.f.occasions viciorum.Vide qui egrediuntur an sint inimici:vt cogitationes pessime adulteria vel an sint bona cogitationes & recta cōfilia , & affectiones iustæ vide ut ex ista turri prouideas exercitū sufficientem ad resistendū deo tuo,quivenit contra te cum viginti millibus.i.imputans tibi cogitationes pessimas,& opera prava ne occurras ei cum decem millibus,id est,pœnitendo:& discutiendo actus exteriores & dimittas peccata interiora.Et sic occurses cum decem millibus

Esa.55. deo venienti cum vinginti millibus:vt dicit euangelium ideo scriptura dicit.derelinquat impius viam suam,& vir iniquus cogitationes suas:& sic examina interiora & exteriora.

Turris etiā est cōueniens ad expugnandum inimicos:nam peccata oblitera in confessione delentur virtute examinationis & discussionis&diligētię precedingētis cōfessionē.nam confessor nō absolvit ab oblitis:quia nō absolvit nisi peccata illi cōfessa & detecta:quia ab occultis in cōfessione nō absolvit ita tenet medina in tractatu de pœnitentia , & diligentia tanta est adhibēda quāta in negotio arduo.s.f. si aliquis oeconomicus vel dispensator redderet rationem domino suo, discuteret pecunias receptas in magna quātitate & ad minutum ad exonerandum se & descargarse:sic oportet habere in memoria beneficia dei in generali & particulari & necesse est videre quomodo onerarimur peccatis. Discurre per omnia mēbra exteriora incipiēdo à capite discurrēdo per quinq; sensus exteriores,& per potentias interiores:& descarga exonerat accusando te in omnibus,in quibus recordaris offendisse deū tuum.

Sequitur sepem circūdedit ei sepes custodiēs vineā pœnitētie est memoria cōtinua peccatorū ad dolēdū de ipsis. Vnde psal.habebat memorīa peccati pro sepe, & peccatum meum contra

Scotus
1.4. sen.

cōtra me est semper. Figura de filijs Israēl, qui post acceptum manna post mirabilia quae viderunt in deserto. Iterum redierunt ad mare rubrū. In quo notatur, quod post remissionem peccati, iterū ad memoriam reducatur ut caueat ab illo. Agricola euellit spinas in vinea, & de eis facit sepem, qua circundat vineam suam, sic peccator confessione euellit spinas peccatorum suorum. Sed non proijcat peccata tanquam si ea non commisisset. Sed sepem. i. memoriam ad custodiam cordis, ut iterum non committat peccata præterita. Sicut brutū transiens per passum periculosem in quo à tollo, iterū nō vult per illum transire sic nos debemus facere, in quo imprudentiores sumus brutis: quia sāpe eadem peccata committimus.

Sequitur, Torcular fudit in ea. Torcular est contritio peccati, nam sicut intorculari præmūtur vnguis, sic cōtritione præmūtur peccata, & contritione in puluerem rediguntur, & à contritione vera affluit vinum clarum confessionis. Nam confessio debet esse sicut vinum, in qua peccata minuta apparent & circumstantiae aggrauantes. Figura de vitulo conflato ex variis iocalibus filiarum Israēl, quem præcepit dominus communui, & in puluerem redigi, & mitti pulueres in aqua quam biberent filii Israēl, ibi fit méto de aqua, hic de vino, vt robiq; notatur, quod confessio debet esse clara. Vnde Sap. Effunde sicut aquam cor tuum. Vitulus moraliter significat peccatum habens varias circumstantias aggrauantes, quia sicut vitulus est conflatus ex diuersis iocalibus mulierum, sic peccatum coalescit & augmentatur eius grauitas ex variis circumstantiis.

Ex. 32.

Tres. 2.

Mittit Deus nuncios agricolis, ut reddant fructum tempore suo, sum^o debitores Dei, & ex diuitijs soluere tenemur censum eleemosine: ex corpore debitum ieunij, ex anima debitum orationis, quam obrem debemus facere, ut nobiles qui dissipatis diuitijs, secedunt in villam, quam colunt, y grageam ad recuperandum damna, sic nos dissipatis bonis animis corporis, & diuitijs effusis & male consumptis accedamus ad vineam poenitentiarum, quam exercentes & colentes reparabimus nostras iacturas & damna, Mittit ergo Deus nuntios, ut soluimus censum prædictum, ut non cadamus in commissum: ut dicunt iuristæ, & auferatur à nobis villa, primi nuntii sunt. lex naturæ & dictamen conscientiarum seu sinderesis, de quolibet

Tomi. I. Ser. II. Fer. 6. Domi. II.

- Psa. 4. bet istorum dicit Psal. Multi dicunt quis ostendit nobis bona
Signatum est super nos lumen vultus tui dñe, occiduntur nun
cii.i per actus contrarios sopiauntur: & non instigant neq; ex
timulant peccatorē. Nā peccator cum in profundū venit con
temnit, scilicet lumen naturę conscientiam & sinderesim. con
tingit peccatori sicut partuolo timenti, el coco, qui totiens acce
dit vt iam nihil timeat. Idem contingit passeribus qui terren
tur aliquo signo in arbore pendente, totiens peccator agit ini
que contra conscientiam & sinderesim dictantes opposita, vt
omnino contemnat. Et sic impius cum in profundum pecca
torum venit contemnit, secundi nuntii quos mittit Deus sunt
decem mandata, quos etiam percutimus, & cedimus ičibus
fortissimis, dum actus contrarios exercemus, non opere com
plemus, singentes laborem in præcepto, immo sepe reputamus
impossibile præceptum attendentes laborem, & non præmiū
nobis promissum adeo Radimus dimidiam barbam, & scindi
mus dimidiā vestes istorum nuntiorum, scilicet, mandatorū
Dei. Vt fecerunt gabaonitę nuncis Dauid, sic nos in honora
mus Dei mandata attendentes laborem, & difficultatē in exe
cutione præcepti, & non consideramus, quia nec oculus vidit
Esa. 64. nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præpara
2.co.2. uit deus diligentibus sc.

Tertiomittitur hæres, id est Christus qui est hæres vniuer
sorum cum Deus inspirat cordi, vt consideret Christum pro
peccatis nostris crucifixum, & quāta pro nobis passus est, ma
nus Christi sunt cruci affixa, ita quod illas nihil pōt retinere
pro.vlt. vt tu palmas extendas ad pauperem, & manum tuam appe
rias inopi, pedes inclauati, vt pulchri sint gressus tui caput in
clinatum sub spinis, vt tu obedias diuinis mandatis: gustauit
vinum felle mixtum, & non babit, vt tu non consentias pecca
to, nec illud bibas, licet per primos motus illud gustes, latus
lancea apertum est, vt tu lanceola contritionis scindas cor tuū
effluxit sanguis & aqua, vt subuenias proximo pecunia, si ha
bes, si non habes compatere illi, occidimus hæredem, id est ite
rum crncifigentes filium Dei in semetipsis & ostentui ha
bentes, & vilius tractamus Christum, & crudelius occidimus
quam Iudæi. illi pauperem, nos gloriosum occidimus. Iudæi
subsannauerūt illum in medio latronum, nos sedētem in me
dio

dio patris & spiritus sancti, illi in cruce, nos sedente in dextera Dei, ideo Christus conqueritur de nobis in Psal. super dolorē Psa. 68. vulnerum meorum addiderunt: quod est lamentabile, & sine horrore & espanto non potest explicari, sicut qui infligit vuln' super vulnus, yda en los puntos, sic nos iterum Christum vulneramus, iterum inhonoramus. Iterum crucifigimus, ideo super dolorem vulnerum Christi addimus. quid faciet ergo dominus vices istis agricolis? auferet à vobis regnum Dei & dabitur Genti facienti fructus dignos poenitentia, quod nobis concedat Iesus filius Dei.

Sermo primus, Dominica tertia in Quadragesima,

Thema. Erat Iesus eiicens Demonium. Luc. 11.

Sermo moralis de Euangelio, In quo exponitur moraliter euangelium.

Erat Iesus eiicens Dæmonium, loquitur de tempore imperfecto: quia erat, &c. Licet opera creatiōis sint perfecta: quia requieuit Deus ab omni opere quod patraret: & vt alias dictū est in omni miraculo quod fecit Christus mutat substantiam id est addit de nouo: sed nō creat de nihilo, vt in multiplicazione quinq; panum: sed mysteria gratiæ non sunt cōpleta: quia Deus semper iustificat, de hac iustificatione intelligitur qđ dicit Christ⁹ Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Nō Ioan. 5. intelligitur qđ creat de nouo: sed qđ semper operatur, iustificando, & eiicēdo Dæmoniū, vt prouerbialiter dicitur, Hispanice asaca el pie del oyo. In celo eiecit in profundū lac⁹. Vnde dixit Christ⁹. Vidi Sathanā tanq; fulgur, de celo cadente, A paradi so terrestri eiecit: quia maledixit serpenti dicens, Terram commedes cūctis diebus, & super pectus tuū gradieris. Eiecit à deserto, mystice significās, qđ eiecerat à celo significato per deserū: quia fuit desertū ab angelis peccatiibus. Eiecit à muliere in secunda dñica: nam illa in paradiſo, primo consensit Dæmoni. In hac tertia dñica eiecit ab homine. Vnde in figura dicitur in libro Reg. de Dauid. Bethlemites Polymitari⁹ à Deo datus fecit qrtū bellū in Ioth. Hec noīa bñ cōueniūt Christo. Vocat Bethlemites q̄ nat⁹ est in Bethleem, & Bethleem est loc⁹ nativitatis eius. Scđo, vocat Polymitari⁹: priō, q̄a vtebat tunica polymita, qđ fecerat ei m̄ sua. Dicit etiā polymitarius: quia ex diuersis filiis

Gen. 2.

Luc. 18.

Gen. 3.

Mat. 4.

2.Re. 21.

filiis, id est diuersis statibus cōstruxit, & constituit ecclēsiā, & ornauit donis spiritus sancti, & variis gratiis & sacramentis, Dicitur à Deo datus, quia ex mera gratuita voluntate Dei nobis est datus, & non ex meritis, quia incarnatio non cadit sub merito, immo sola incarnatio proprie dicitur donum

Rom. 8. Dei. Cætera dona dedit, quia nobis donauit filium. Quid em̄ negabit nobis, postquam dedit nobis filium? sicut donans arborēm donat fructū arboris. Quatuor bella fecit contra Dæmonem: primum in cœlo, secundum in paradiſo terrestri, tertium in mundo, quando eiecit Dæmonium à deserto, & ab hominibus: nam dicitur in euangelio, Exibant dæmonia clamātia, cur Christe venisti ante tempus torquere nos? Quartum bellum principalius cæteris fecit in Ioth, id est in cruce, ibi em̄ alligauit fortē, & confregit arma Dæmonis & vasa, & accepit spolia, id est patres existentes in limbo.

Sequitur in tex. Et illud erat mutum. Tripliciter exponitur Nam loquaci, seu parlero, quemarle la legua, & nouicium nostrae religionis loquuntur per signa. Dæmon in cœlo fuit loquax,

Esa. 14. omnes tanquam boni religiosi silebant obediendo & audiendo, quidnam loqueretur Deus in omnes. Dæmon fregit silentium. Esa. Dixi ascendam in cœlum: Contra consilium sapientis, dicentis, in medio magnatorum ne rumpas silentium pugnitus fuit Dæmon igne inferni, & prohibuit eum Christus, ne loqueretur, neque ei in aliquo credatur, ut in alio sermone dicem⁹. Secundo, dicitur mutum, quoniam eius idioma non intelligit Deus. Dæmon in omnibus aduersatur diuinæ voluntati: nam semel loquutus est Deus, & bis non repetit ipsum: Demon vero est loquax lenguaraz, omnia confundit: loquitur voluntati idioma barbarū, scilicet, peccata, quæ sunt ita barbara, quæ nec ipse Dæmon vix intelligit, nec nos. Componit idioma Luxuriae & Avaritiae, quod vix est intelligibile: quia non bene conueniunt. Luxuria omnia dissipat, avaritia perfas, & nefas vult acquirere: luxuria spargit, avaritia colligit: luxuria appetit magnificari in cibis, potu, luxu, vestiū, multitudine servientium, & portantium nuntium, & literas dilectorum, avaritia parsimoniam vult contrarium in omnibus desiderat. Sic facit idioma, y language viciorum, ut nullo modo possit intelligi. Videbis alium superbum in animo humilem in apparen-

tia:prophanum in corde:sanctum in loquella , vacuum interius:plenū verbis honestis foris. Ecce idioma in intelligibile Gen. n.
 Figura. erat terra labij vnius,id est,cor vnum,& anima vna, Act. 4.
 vt in Apostolis:sed propter superbiam fuit facta diuisio idiomatum:quia superbia est initium peccati.Tertio dicitur dæmonium mutum ab effectu:quia homines mutos facit ad cōfitendum,& non sinit eos confiteri:facit enim eos trepidare,
 vbi nulla est ratio trepidandi.Primò timet continuationem peccandi,& quod nunquam à peccato cessabunt:quia habet experientiam propriæ fragilitatis,& potentiam dæmonis , &
 soleritatem & fraudem cognoscunt:nam non est potentia,que Iob. 41.
 comparetur ei super terram,& serpens erat callidior cunctis Gen. 13.
 animatibus terræ.Hunc timorem destruit Christus,quia potenter dæmone est:ideo auferit arma eius,spolia & vasa : auferit potentiam , prohibet malitiam dominari , & excludit Luc.ii.
 ignorantiam.Remouet ignorantiam timore recidiui,tanquam canis sepiissimè assumēs cibum , quem euomuit. Excluditur hic timor,quoniam equus cespitans,scilicet,qui tropieça fræno tenendus est ne cadat.Domui,quæ minatur ruinam trabes apponuntur,id est,appodiamenta,o cuentos ad eam sustentandam.Psal. Si dicebam motus est pes meus,misericordia tua adiuabat me.Sicut pueri,qui ascendunt congeriem terræ,& saepe cadunt & toties ascendunt,quod aliquando ibi manent,sic peccator recidiuans proponat non peccaturum saepe & contingit,quod perseverabit in bono proposito.
 Tertio timet non ad impleturum poenitentiam impositam à sacerdote:sed hic timor faciliter excluditur:quoniam non tentetur acceptare poenitentiam:sed in purgatorio potest eam adimplere Esa.Arundinem quassatam & lignum fumigans non extinguet,Dominus,id est,peccatorem debilem ad poenitentiam exequendam.Confessor non derelinquit desolatum.Quartò impeditur à confessione:quia cogetur à sacerdote ad restituendum,& forsitan cogetur mendicare,aut eludere:sed nulla est ratio timendi:quoniam dominus non auferit equo suo cibum.Vltimò non confitetur propter dissideniam,& desperationem venia. Sed Iohannes dicit.Conuertimini ad dominum , qui benignus est & præstabilis super malitia. Exemplum de patre recipiente filium prodigum,qui mise-

Luc. 16. ricordia motus, amplexatus est illuni. Erat Iesus eiiciens dæmonium. Multis modis expellitur dæmonium. Primo aqua

Luc. 8. calida : sicut canis de coquina : sic Magdalena eiecit à se non
Luc. 7. tantum vnum : sed septem dæmonia : quia Lachrimis cepit

rigare pedes Iesu. Mirabilis compositio, quoniam in aduentu spūs sancti, id est, in infusione & gratia expulsione culpe, primo veniunt Lachrimæ quā gaudium. Peccator doleat, & de dolore gaudeat. Sicut guttæ herbarum manū apparētum sunt signum roris noctis, id est, sic Lachrimæ sunt signum aduenientis spiritus, sancti in lachrimis lachrimas Magdale-

nae facit calidas amor dei Remittuntur ei peccata multa: quia dilexit multum. Secundo eiicitur à muliere litigiosa, id est, conscientia querula. Sed nota, quod quidam mali viri ita

sunt assueti querellis vxoris, quod de ea non curant: sic quidam non curant de conscientia quantumcunq; remordeat. Dic quod triplex est conscientia: quædam valde bona &

quieta: quædam valde mala & etiam quieta: alia quæ habet modicum & est rixosa. Tertio expellitur sicut vir de le-

eto suo pluuiā cadente, id est, cum doctrina Christiana & prædicatione. Et gutta cauat lapidem non vi: sed sæpe cadendo.

Vnde vtile est frequentare auditum verbi dei: quoniam auditum plus proficit nisi in conscientiis duris. De quibus di-

Hie. 17. cit Propheta. Peccatum Iudæ scriptum est vngue adamantino: non sic peccatum adulteræ: quoniam scriptum

est in puluere: ut faciliter deleretur primo vento contritionis sed obstinotorum peccata scribuntur vngue adamatino &c.

Quarto extrahitur fumo fellis piscis, id est, deuotione passionis Christi. Figura in libro Thob. vbi dicitur, quod angelus consuluit Thobiæ eungi ad nubendum cum Sara filia Raguelis, quæ occidit septem viros, dicens, Accipe piscem, Exentera eum, & partem pone super carbones: & fumus eius eiicit omne genus dæmoniorum, siue à viro, siue à muliere. Et fel eius valet ad vngendum oculos in quibus fuerit albugo. Exponitur de passione Christi, quam deuotus exenterat, id est, membratim considerat. Et pars eius ex quo totam non possumus ex fragilitate nostra meditari, posita super ignem cordis nostri calidi, omne peccatum, id est, mortem expellit. Quinto eiicitur percutiendo baculis, vel flagellis sicut

ribaldus

ribaldus: vel sicut lupus eiicitur fame, sic dicit Christus, istud genus dæmoniorum non nisi oratione & ieiunio eiicitur. Et illud erat mutum. Hic homo quatuor malis affligebatur, erat dæmoniacus, cæcus mutus, & surdus. Has pœnas patitur peccator: nam postquam est in peccato, statim possideatur à dæmonio quod regnat in eo, per luxuriam aut inuidia, aut per aliud peccatum. efficitur cæcus: quia omnis peccans est ignorans, saltim pro illo tunc cum peccat ignorat gravitatem peccati, secundum omnes circumstantias eius: quia peccatum annexam habet infinitam gravitatem, quia contra deū infinitum. Hec cognitio peccati est tunica Ioseph, qua est nudatus: quia integrum cognitionem peccati nullus habet, nisi solus Christus, qui habuit tunicam talarem, id est, cognitionē integrum peccati: ad cuius satisfactionem plenè agendam de peccato crucifixus est. Mutus est propter erubescientiam, quā habet de confessione peccati. Surdus etiam: quia vocem dei non audit. Cæcus est carnalis sicut Thobias stercore hyrundi: quia hyrundines sunt domesticæ. i. caseras: q̄a peccata luxurie sunt domestica nobis. Mutus est accidiosus y aragā, presbyter: aut religiosus, qui laudes debet deo continuo canere: sed deficit à laudibus dei. Nota q̄a peccator obstinatus peior est dæmone propter tria. Primo q̄a opera dæmonis non sunt demeritoria: nec propter illa augmentatur poena essentialis dæmonis, sed vocatur aëtus dænatorij. Nostri aëtus sunt demeritorij usq; ad mortē. Qua de causa cū per nřos actus malos continuo demereamur & dæmones nō demereātur, peiores dæmonibus sumus, secunda rō: q̄a dæmones necessitantur, seu coguntur operari malū ab habitu vitiioso: & confirmatis sunt in malū, nec possunt elicere actū bonū, sed liberū arbitrium peccatori manet liberū usq; ad mortē. Tertia rō: quia peccator habet multa ad iutoria ad egrediēdū à peccato. s. sacramēta, q̄cō ferūt ḡam, & angelū cultodē: etiā multū adiuuaſ precibus & suffragiis ecclesiæ. Dæmones carēt omni præsidio & adiutorio diuino. His rationibꝫ mūduſ est peior dæmone per idolatriam: quia factisunt ab omnibꝫ abiles, sicut ea quæ dilexerunt. Est cæcus in iudicando de beatitudine. Multipliciter errauerunt statuendo eam in honoribus, diuitiis & delectationibus, & pluribus aliis vanis. Surdus erat Mundus:

Tomi. I. Ser. II. Domi. III.

quia non audiuit voces creaturarū. Vnde Job, Venas susurrij
eius audiuit auris mea. Nec mundus vult audire voces Chri-
Luc. 14. sti in euangelio, scilicet, de obedientia deo reddenda: Qui nō
odit patrem suum & matrem suam, &c. Non potest meus es-
se discipulus: nec vult audire doctrinam pœnitentiarū. Qui vult
Mar. 16 venire post me abneget semet ipsum & tollat crucē suam, &
Ioan. 12. sequatur me. Eiecit Christus dæmonium à mundo, & in
cruce triumphauit de dæmonio. Ideo dicebat. Nunc iudiciū
est mundi, & princeps huius mundi eiicietur foras: quod
exponitur: quia in cruce Christus iudicium fecit de mundo,
& mundus iudicauit Christum, sicut beat. Paulus ad Galata-
tas. 6. Mihi mūdus crucifixus est: & ego mundo: sic Christus
potest dicere, à me mundus iudicatus est, & ego à mundo. Nā
mundus crudelissimo iudicio iudicauit Christum, & magis
riguroso, quām in generali iudicio iudicabitur mundus: quia
condemnauit innocentem deum, & vitam morti adiudica-
uit. Hanc crudelitatem iudicij notat obscuratio solis, & lunæ.
Christus etiam iudicauit mundum: inclinatione capitis con-
demnauit superbiam vitæ: nuditate condemnauit concipi-
scientiam oculorum: crucifixione condemnauit concupis-
ciam carnis: vulnere lateris condemnauit inuidiam: siti gulam
oratione pro inimicis condemnauit iram: sanguinis effusione
Esa. 52. à planta pedis vsque ad verticem capitis condemnauit acci-
diā. Et sic iudicium est mundi capiendo actiū & passiū, &
princeps mundi eiectus est, & loco eius regnat Christus hic
per gratiam & gloriam.

Sermo Secundus Dominice Tertiæ in Quadragesima.

Quomodo stabit Regnum eius &c.

SERMO MORALIS.

Mat. 4. **H**omo dicitur quasi regnum: & si in eo regnat deus dici-
tur regnum dei: & si regnat in eo dæmō, dicitur regnum
dæmonis. Vnde de non ostendit Christo omnia regna mun-
Luc. 10. di, id est, homines prauos in quibus ipse regnat. Vnde beat.
Bernard. super illud, regnabit in domo Iacob in æternū. Dicit
quod homo est regnū Christi in quo vult regnare superbia,
avaritia

auaritia, inuidia, &c. Quæritur ergo quomodo stabit regnum
 hominis per gratiam, vt non cadat: quia dæmon impugnat
 illud violentia volens illud capere, vel industria, velfame.
 Difficiliter permanebit in gratia: habet intra se diuersa re-
 gna, quæ vix possunt concordare: & per discordiam illo-
 rum destruitur spiritualiter homo. Nam quatuor regna sunt
 intra hominem, figurata in lib. Danielis: in statua, quam vi-
 dit Nabuchodonosor, regnum aureum, argenteum, aureum,
 ferreum & fistile. In regno aureo significatur superbia, quæ
 est maximum peccatorum: sicut aurum præcipuum metallo-
 rum. In argento notatur iactantia sonas: vt argentum: in ære
 obstinatio: in ferro crudelitas, in limo notatur fragilitas, &
 debilitas hominis: quoniam formauit deus hominē de limo Gen. 1.
 terra. Cadit istud regnum propter defectum consilij: nā me-
 lior est sapientia: quam arma bellica. Primo oportet eiicere
 inimicos à regno isto: aliter faciliter capietur. Hac de causa di-
 citur in euangelio, Erat Iesus eiicens dæmonium, tanquam
 aduersarium hominis. Non potest homo eiicere hunc inimi-
 cum: quia fortissimus est, & homo valde debilis: ideo in-
 diget potentia Christi ad eum eiiciendum, scilicet, digito dei,
 id est, gratia spiritus sancti. Nam digitus dei est hic: & gratia
 expellit dæmonium: quoniam gratia & peccatum virtuali-
 ter repugnāt: & sicut in digito sunt tres partes: sic gratia par-
 titur in gratiam præuenientem concomitantem, & finalem.
 de qua psal. Gratia eius præueniet me: ecce præueniens, & sub Psal. 58.
 sequetur me: ecce gratia concomitans, omnibus diebus vitæ
 meæ. Ecce gratia finalis. Aliqui bene sunt incipientes, & pro-
 ficientes: non tamen perseverant, & sic deficiunt in tertio si-
 gno: & tamen qui perseverauerit usque ad finem hic saluus
 erit. Aliqui volunt discedere in gratia in hac vita, & tamen Mat. 10.
 volunt malè vivere. Et sicut dicit beat. Bernardus, dicunt cum Nu. 23.
 Balaam anima mea morte iustorum, & siā nouis-
 sima mea horum similia: & media sunt valde dissimilia:
 vnde diues ille positus in inferno orebat Abraham, vt mit-
 teret Lazarum: vt intingeret extrellum digiti ad refrige-
 rádum eius linguam. sic multi malè viuentes petunt gratiam
 finalem ad bene moriendum: sed diues non obtinuit, quo
Lu. 16.

Tomi I. Ser. II. Domi. I.

desiderauit,& qc male viuentes, qui in vita sua obliuiscuntur dei,in morte sua obliuiscuntur sui. Ergo qui vult bene mori viuant cum omni virtute,& moderatione vita. Ars bene moriendi est ars bene viuendi. Gratia ergo dei est necessaria ad

Io.15. expellendum peccata:quia sine me nihil potestis facere.

¶ Secundum medium,vt conseruetur ciuitas in pace est concordia inter ciues regni. Nam si in regno est bellum ciuale, quod inter voluntad se halla y razon , quæ nos accusa quomodo stabit regnum eius? Oportet ergo in homine esse unitatem,& conformitatem ad deum:quoniam de Apostolis di-

Act. 4. citur,quod erat cor vnum,& anima vna. Vnde sicut in natura est monstrum:quādō homo nascitur cum duplice corde:& ex corde iudicantur vnum vel plures:quia si sunt duo corpora,& vnum cor reputatur, vna persona , & vnum baptismus est:si vero duo corda sunt,duo sunt,& non vnum:sic monstrum est in homine,habere duo corda,quod est habere cor intentum ad duo vel plura quot enim fines,& intentiones

Psa. II. ultimas habemus:vt corda habemus. Psalm. in corde & corde,loquitur Canticorum.4. vulnerauit me in uno oculorum suorum , & in uno crine collisui. Concordia crescit homo spiritualiter : & discordia,id est,habendo diuersos finis,& intentiones destruitur vnitatis spiritualis:ideo reprehendit Christus Martham dicens , Quare sollicita es ? Tertium mediū,vt regnū ab inimicis nō capiat sed eiiciatur foras, qui non sunt idonei ad prælium. Omnes debent esse apti ad pugnandum cōtra vitia. Aliqui vellent viuere sine domino,nec vellent deo seruire , nec dæmoni : qui in bellis nolunt fauere nec Pompeio nec Cæsari. Impossibile est nō seruire deo,aut dæmoni. Nemo potest seruire duobus dominis. Et licet in iudiciis publicis reperiantur alij confitentes alij negantes alij neutri parti fauientes , aut nocentes: qui nec negant,neque fatentur veritatem : sed in iudicio secreto confessionis, aut est confitens, aut negans : nam tacens veritatem habetur pro contumaci , & quilibet de lege ordinata , aut est in peccato , aut est in gratia : aut est dignus vita æterna. Hac de cau-

Luc. II. sa optimè Christus dicit , Qui non est mecum contra me est. In mundanis ministris datur medium :vt aliquis nec est amicus

amicus, neque inimicus: sed in ministris Christi non reperitur medius: Nam si non fauet Christo inimicus eius reputatur. Ideo dixi quod huiusmodi homines volunt viuere sine domino, sine rege sine lege. Vocantur hispanicè gens de monstrenco, qui proprium dominum non habent.

Quartum medium est habere milites bene armatos ad defensionem regni, qui sint nobiles genere: quia in nobis est, quid diuinum: quia inspirauit in nobis Deus spiraculum vitæ, & ratione gratiæ habemus facultatem superare: in meritis angelos, & fieri excellentiores illis: aliter non esset exaltata sancta Dei genitrix super choros angelorum.

Primum ergo genus armorum militiæ nostræ spiritualis est thorax, seu iubon stofado super quem ponantur & onerentur arma, ut facilius possit sustinere arma, & non mordeant, & carnem vulnerent. Et haec est fides, quæ est Heb. ii. substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium: super quam virtutem fundantur omnes aliæ virtutes Theologicæ, & morales, quæ sunt spes, charitas, prudenteria, iustitia, fortitudo, temperantia. In cuius figura prima vestis sacerdotis erat tunica de Ephot linea, & Byflo retorta: quia fides sicut linum debet esse, quod albescit pluribus ictibus: sic fides perficitur, retorta debet esse: quia fidelis debet retrorquere suas passiones in se, & non in proximum. Exo.18. Et haec est granum sinapis, quod crescit in arbore magnam, & aues coeli nidificant super illam, Hæc ministrat, & seruit equo nostro: quæ si non amittitur, non perdet nobilitatem. Cum qua fide fortis armatus custodit atrium cordis sui, & possidet omnia, quæ habet in pace: quia portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Secunda armatura est Clypeus o arnes qui cooperiat nostros milites à pedibus usque ad caput. Et haec est virtus charitatis, quæ operit multitudinem peccatorum o quā securi erunt milites armati hac armatura charitatis: quia fortis est ut mors dilectio. Sicut qui tempore hyemis, & in agrorum ventorum stat in camera sua & videt, quomodo ventus fortiter percutit fenestram lineam vel vitream, & stat securus, & gaudet videre Mat.16. 1.Pet.4. illam

illam tempestatem magnam : sic charitate munitus . Hæc est quæ facit remissionem peccatorum . Remittuntur ei peccata multa : qm̄ dilexit multum : quia in charitate stat virtualiter sacramentum pœnitentia . Vnde tam perfectus posset esse amor Dei : quod sine pœnitentia , & confessione remitterentur peccata : qd si tunc pœnitens de contritione nō considerat , & tamen præsumitur , quod si considerasset doleret , & tamen : quia in excellentiori opere occupatus , scilicet , in amore diuino non aduertit ad peccata sua . Et hic amor secundum Gabrielem in . 4. Vocatur displicantia virtualis , quā eriduntur habuisse martyres . secundum Scotum in . 4. senten . Quoniam non est verisimile eos habuisse cognitionem particularem de peccatis . impediti enim erat atrocitate tormentorum . iuxta illud Pau . Excellentiore viam vobis ostendo .

I.cor. 12.

Esa. 4.

Esa. 3.

& hoc est quod in Elsaia dicitur . Spiritu ardoris , si abluerit Deus sordes filiæ Syon in iudicio , id est , pœnitentia , & in spiritu ardoris . id est charitate perfecta : & hæc est ignis in Syon , & caminus in Hierusalem , id est in via imperfecta seu inchoata , in gloria perfecta , & consummata . Et hæc est quæ quodlibet opus suum reputat donum nouum Dei : & in quolibet incepit de nouo obligari Deo : & quolibet dono amplius ipsum donatorem diligit ipso dono sicut bona sponsa & si diligit iocalia sponsi , magis diligit ipsum sponsum .

Thes. 5.

Psa. 59.

Psa. 72.

Tertia armatura est galea seu almete , de qua Paulus : Induite galeam spem salutis . Psalm . Moab olla speci , Moab interpretatur pater : quia sicut paruuli iactant cogitatum suum in patrem : sic nos non solliciti simus , quid manducemus , aut quid bibamus : scit enim pater vester quia his omnibus indigetis . Et bene spes dicitur olla : quia sicut calor ignis facit aquam in olla crescere & fervere : sic amor Dei facit crescere spem nostram in Deum . Mihi autem adhærere Deo bonum est : ponere in Deo spem meam . Et sicut ollæ feruenti non accedunt muscae : sic nec animæ habenti virtutem speci & charitatis . Bene ergo dicitur , Moab olla speci meæ : sicut qui baculo atundineo innititur subito frangit maxillas : sic qui terrenis rebus , & qui in naufragio adhæreret mobilis , faciliter submergitur .

Quarta armatura est armatiuncula colliloricata , quæ vocatur Hispanicę Gorial. Significatur temperantia seu abstinentia , vel iejunium. Hæc tutantur guttur , id est , conservant à principijs tentationum , scilicet , à superbia ab auaritia , & inuidia . Temperatus non est superbus , aut luxuriosus vel inuidus.

Quinta armatura , assumite gladium , quod est verbum Dei viuus namque est sermo domini , & efficax penetrabilior gladio ancipi . Vnde verbum Dei fortius percudit , quam gladius verbum Dei receptum in aure optima non polluta peccatis acutum , o afilado gratia spiritus sancti corda multorum sicut olim Petrus conuertit quinque millia hominum unico verbo prædicationis suæ . Luctabatur Iacob cum Deo , & non recesfit sine benedictione dicens . Viuit dominus , non dimittam te , nisi benedixeris mihi : quia qui meditatur in lege Dei die ac nocte impossibile est non accipere aliquam gratiam , aut benedictionem Dei : & exinde incipit claudicare mundo : & tamen debet ambulare vno pede dextro ad coelestia sicut Iacob : Psalm. Cantabiles erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ .

Sexta , & ultima armatura . imò prima in bono equite sunt calcaria . Psalm. In chamo & fræno maxillas eorum constringe , Psalm. 31. qui non approximat ad te , id est in amore & timore . Nec boni milites ambulent sine duobus calcaribus : quia amor sine timore inducit ociositatem siue araganiam : nec timor sine amore quia inducit desperationem . Vnde in fine vitæ legitur unus poenitens tantum saluatus , scilicet latro bonus in cruce . Unus ut nemo desperet , solus ut nemo confidat . Bene ergo noster fortis armatus cultodit atrium suum & in pace sunt omnia .

¶ Arma dæmonis ponit Psalm. ibi . Confregit potentias domini , arcum , scutum , gladium & bellum . Dæmon habet potentias , dominationes Italizæ , dicuntur potentiaz : sic prauæ consuetudines dicuntur potentiaz Dæmonis : quia per eas infert violentiam . Vnde sicut motus lapidis in fine est velocior : sic consuetudo fortius agit in fine , reddit hominis nouissima peiora prioribus . Habet arcum , scilicet , peccatum actuale , corda arcus delectatio peccati , quam sibi conjungit . Bracchia arcus tortuosa , sunt auerſio a bono incommutabili .

Act. 2.

Gen. 32.

Psa. 118.

Arist. 1.
de celo
tex. 89.

li. & cōmutatio ad bonum commutabile. Sinistra accipit dūrum lignum arcus : quia obstinatione & pertinacia accipi peccatum. Scutum est excusatio peccati qua defenditur & in peccato detinetur. Habet gladium, scilicet linguam detractoris valde acutam : quia vno iectu tres iugulat, scilicet ipsum detrahentem, & audientem & illum cuius famam scindit. Bellum campale constituit exercitus peccatorum mortalium. Prædicta arma confringit Christus: quia fortior est Dæmone & eum assignauit, & nobis vincentibus promittit gloriae coram, quam nobis præstare dignetur.

Sermo tertius, Dominicæ tertiae. in Quadragesima. Thæma. Quomodo ergo statibit regnum eius.

Luc. xii.

Rom.2. **V**Idetur istud argumentum Christi siue syllogismus, natio prolixa & impertinens : quoniam isti Pharisæi non sustentabant statum Dæmonis & regnum eius esse perpetuum. Quomodo ergo toties inculcat, Omne regnum in se divisum, &c. Et si Sathanas: Sathanam enicit, quomodo statibit regnum eius?

CRespondet, O altitudo diuitiarum, sapientiæ, & scientiæ Dei, &c. Nota quod Esaias. 28. Alloquitur istos Pharisæos multo antè tempore in spiritu Prophetiæ, quasi faciens eis vexamen vel libellum famosum, seu conditionibus eorum improperans, dicit sic. Audite verbum domini viri illusores, & qui dominamini super populum meum in Hierusalem. Dixistis enim percussimus fœdus cum morte & fecimus paetum eum inferno posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus.

CPropter hoc dicit dominus Deus. Ego mittam in Syon lapidem angularem, & electum, & preciosum, qui crediderit mendacio non sustinebit illum, scilicet, lapidem, & debilitur

bitur foedus vestrum cum morte, & pactum cum inferno.
 Et eritis in conculationem omnium & sola vexatio dabit
 auditum. Hæc ibi, Sola hæc autoritas Esai. dicit Vnus san-
 etus doct̄or sufficiebat eis ad credendum Christo, nisi ob-
 ceccasset eos malitia eorum: Præmissa hac autoritate profun-
 damento dicit. Hic rupertus abbas. Audeo dicere istos Pha-
 risæos, id est istos canonicos, & beneficiatos synagoge deprava-
 tatis conscientiis, & prauis voluntatibus, eorum virtio auari-
 tæ: quia sciebant, quod veniente Christo debebant cessare, Dañ. 9.
 & deficere oblationes eorum decimas & redditus iuxta il-
 lud, cum venerit sanctus sanctorum cessabit vñctio vestra.
 Ideo audeo dicere quod fenerunt pactum expressum cum
 Dæmonio de non recipiendo Christum suum, tali pacto &
 conditione, vt Dæmon eorum redditus conseruaret
 Et propter hoc arguit, & concludit, Quomodo ergo stabit
 regnum eius?

¶ Ad veritatem huius faciunt verba Esaiæ, Dixistis enim
 percussum foedus cum morte, id est cum Dæmonio inuen-
 tore mortis, & eam causante & domino inferni. Vnde di-
 cit Angelus, quem refert Gabriel. in secunda distinct. octaua.
 Habet Dæmon pætiones suas cum aliquibus hominibus ma-
 lis. Et illi quidem Dæmones seruant promissa, & pæcta sua,
 non quia veraces sunt, sed vt alij illis adhereant, permittit ali-
 quando ista Deus, secundo propter eorum peccata, vel pro-
 pter aliam occultam causam. non tamen iniustum. Hæc Au-
 gustinus. Vnde ergo Esaias dicit de istis Iudæis, Dixistis enim
 percussum foedus cum morte, & fecimus pactum cum infer-
 no, posuimus mendacium spem nostram.

¶ Secundo facit, quod Christus dixit in parabola de Agri-
 colis, Hic est hæres, venite ergo occidimus eum, & habebi-
 mus hæreditatem. Super quæ verba dicit beat. Hieronymus,
 quod Iudæi saltim maiores cognoverant Christum esse mes-
 siam suum, sed malitia ipsorum obcequauit eos.

¶ Tertio facit, quia vt dicit Euangelista. Iesus autem vt vi-
 dit cogitationes eorum. Non sine sacramento & myste-
 rio profundo dicit cogitationes eorum, id est, pactum istud
 secretū cum Dæmonio, quod erat. q. cogitationes deliberatæ.

Vel

Vel melius istæ cogitationes, & proposita deliberata erant pactum expresse factum cum dæmonio. Cùm enim dicebat. In Beelzebut principe dæmoniorum eiicit dæmonia, non erant cogitationes sè cretæ, sed verba manifesta, & publica. Ex quo ergo dicit, vidit cogitationes eorum intelligitur pactum expressum cum dæmone, & voluntates eorum. Colliguntur ex ista autoritate Esaiæ, & veritate documenta plura Christiana. Primo quod iste error & cæcitas Pharisæorum, fuit maior quam cæcitas infidelium, scilicet, magorum Pharaonis. Quia illi deficientes in tertio signo non potuerunt, nec voluerunt negare veritatem, sed dixerunt, Digitus dei est hic, id est, potentia diuina, cui non possumus resistere. Iste autem videntes potentiam diuinam in miraculo dixerunt in Beelzebut &c. At Christus dixit, si in digito dei eiicio dæmonia, cur nō dicitis digitus dei est hic, vt illi magi Pharaonis.

Similiter fuit cæcitas istorum maior, quam Nabuchodonozor regis infidelis Paganus Danielis tertio, Dixit missis tribus pueris in fornacem ignis post stupendum illud miraculum, dicit text. Accessit rex iuxta fornacem quietus iam putans videre pueros conuersos in cinerem, & videns quatuor viuos, & incolumes, ait optimatibus suis: nonne tantum tres missi sunt in fornacem? at illi, verè tres. Quomodo ergo video quatuor, & species quarti similis filio dei? Quis docuit Paganum istum & infidelem quartum esse similem filio Dei? Nunquid aliquando viderat filium Dei & sic maneret in memoria similitudo Dei. Vt nūc videns illum quartum posset dicere in veritate esse similem filio dei certe nō ex alio nisi quia veritas à deo fortis est, quod infidelitas eius non potuit illam genere. Et tamen istos ob cæcauit malitia eorum dicentes in Belzebut eiicit dæmonia. Iesus autem dixit, Quomodo ergo stabit regnum eius.

Secundò colligitur, quod maximum peccatorum est impugnatio agnitæ veritatis, & hoc est peccatum in spiritum sanctum, de quo Christus bene in euāgelio dicit, quod nō remittitur in hoc seculo: nec in futuro. Non quod istud peccatum sit irremis-

irremissibile, nec aliud peccatum mediante misericordia Dei in vero pœnitente: quia maior est misericordia Dei, quam miseria omnium hominum, ut beatus August. dicit contra Chain in Gene. dicentem, Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear: sed dicitur irremissibile: & peccator vix aut nunquam cognoscit veritatem, nec emendatur, propter iudicium Dei iustum licet occultum, Dicit enim Paul. Tradidit illos Deus in reprobum sensum. Et ad Thessalon. Loquens de ministris ante christi, eo quod verbum Dei non receperunt, mittet illis operationem erroris, ut credant mendacia, & indurentur omnes qui non crediderunt veritati, consenserunt autem iniquitati. O bone Iesu illumina oculos meos ne vnuquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus præualui aduersus eum.

Geñ. 4.

CTERTIO, colligitur quod vitium maximè obfuscans intellectum ad impugnationem agnitionis veritatis est auaritia: Qui enim hoc vitio egrotant, maximè habent obfuscatum intellectum: facit ad hoc illud dictum Dei ad serpentem. Maledicta terra in operetu tuo. Et subdit terram comedes cunctis diebus vita tuæ, & super pectus tuum gradieris, hæc est enim conditio. & proprietas hominis auarii, scilicet, inniti sensui proprio, id est, a pechugar con su intentu de auaricia contra legem diuinam & humanam, & contra consilium amicorum.

Geñ. 3.

Nota, hoc est quod in Euangeliō Christus dicit spinæ simul exortæ suffocant triticum, si quid bonis seminis, id est in homine. Istæ spinæ diuitiarum hominem auarum suffocant, ne nascatur, vel natum statim moriatur. Ideo dixi quod principalis causa cæcitatis istorum Pharisæorum fuit cupiditas reddituum Auarus & liberalis differunt sicut calidus homo & frigidus, sicut enim homini seni habenti modicum caloris, maximè tempore hiemis non sufficit una uestis induita super aliam: sic homini auaro non sufficit totus mundus. Ratio est quia deficit charitas, & calor amoris Dei & proximi. Qui habet colorem tempore veris dimittit vestem propriam sicut beatus Martinus, & diuus Franciscus Pater noster. Ideo in Cant. dicitur. Lux eius sub capite meo, scilicet, temporalia despicio: sed dextera illius amplexabitur me, scilicet amor cælestium Vnde Psa. Si dormiatis inter medios clerós: pennæ columbarum deargen

Mar. 12.
Luc. 8.

Cant. 2.

Tomi I. Sermo 4. de Dom.;

de argentata: quia ista duo bona, scilicet contemptus temporalium, & amor coelestium, sunt pennæ columbae deargentatae in presenti vita, per gratiam: & posteriora, scilicet in morte, fundantur in pallore auri: quoniam consequetur vitam æternam: quia beati mortui, qui in domino moriuntur: quia fruenter vita æterna, quam nobis concedat Iesus.

apo.14.

Sermo quartus, Dominicæ tertie in Quadragesima. Thema. Erat Iesus eiiciens Demonium. Luc. 11.

Dubitanti mihi an scriberem istam concessionem, venit de ciuitate Zamorensi in qua tunc habitabam socius meus, qui dixit se audiisse quendam nobilem dimisisse uxorem suam, propterea quod quædam alia mulier intrauerat in illam, & esse mutatam in aliam mulierem, qua de causa diuortiu, petijt ad destruendum hunc errorem scripsi præsentem sermonem in quo videbimus duo. Primum circa lamyas seu stygias, id est bruxas. Secundum circa possessos à dæmonie.

Circa primum ultra illa, quæ ponit reuerendus pater Alphonsus de Castro. lib. i. 16. cap. de iusta hereticorum punitione. Notandum est, quod tribus modis potest intelligi esse Samyas vel styges. ¶ Primò modo, per transmutationem substantiæ, vel assumendo nouam formam realem.

¶ Secundo modo, quod Dæmon potentia sua naturali ducat Lamyas in aliquem locum destinatum, & ducat eas vero motu locali, & non tantum per imaginationem.

¶ Tertio modo, intelligitur esse Lamyas per imaginationem, ita quod manent in lecto, & forti imaginatione existimant, se omnia realiter videre & corporaliter contingere, & non tantum eis spiritu sed in corpore supposita hac distinctione respondet per tria dicta.

Primum dictum, credere quod Dæmon sua virtute potest transmutare substantiam, aut facere aliquam creaturam sine Deo, per quem facta sunt omnia, aut viam mutare in aliam, error est, probatur per cap. episcopi. 26. q. 5. Ex quo sequitur quod credere quod aliqua creatura sit transmutata in aliam aut yadit

vadit huc atque illud siue homo siue muliet, error est. Et si mi
liter credere, quod sic transmutati extra suam naturam suffo-
cant pueros vel fascinant, fabula est, imò error. Huius dicti ve-
ritas cum suis corollarijs patet ex dicto cap. Episcopi.

Secundum dictum, Dæmon sua virtute, & potentia natura-
li potest deducere homines siue mulieres præsertim eos q[uo]d pa-
ctum expressum habent cum Dæmonio. Hoc dictum probat
sufficienter. R.P. Alphonsus de Castro. in dicto libr. & capite
preallegato. Ex quo inferit quod sic ductæ à dæmone possunt
suffocare pueros & eos fascinare, & alia crimina committere,
nec huic dicto repugnat dictum ca. si episcopi, quia loquitur
de lamys, non primo sensu, quia non sunt dabiles, assumendo
alienum corpus vel substantiam alienam & realem.

Tertiū dictum lamye per solam imaginationem, & fanta-
siam vehementem & fortē putant multa fieri realiter, & in
corpo, quæ ipse tantum patiuntur in spiritu. Hoc probatur
ex mente beat. August. dicentis. Quis enim in somniis nō ex-
tra se ipsum dicitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquā
vigilando viderat. Et subdit, dum solus spiritus hoc patitur in-
fidelis homo, non in spiritu: sed in corpore euenire opinatur.
Hæc August.

Sed tunc oritur dubitatio quare cremantur? Respon. multi
plici ratione. Primò quia affirmant se accipere nouas formas Ioan. i.
& realiter trâsmutari in alias creaturas, quod est hæreticum, &
contra illud, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est
nihil. Secunda ratio est: quia tales delinquentes faciūt expres-
sum pactū cum Dæmonie, cōmendantes Dæmoni alias suas,
cui obedientiā vount. Et propter hoc maximū peccatū per-
mittit Deus, vt tradantur in reprobū sensum, & faciat quæ nō
cōueniunt, vt dicit beat. Pau. Vnctiones conficiunt & vnguen-
ta aliquando ex membris mortuorū aliquando ex reptilibus
& aliis vntionibus, quæ inducūt somniū & sic dormientes in
corpore ponunt in anima diuersas fantasias, & imagines ve-
menti imaginatione quod sāpe putant realiter volare per aē-
rem, & facere realiter multa, quæ omnia sunt in spiritu &
mediante imaginatione forti.

Alia causa etiam cremantur: quia facientes excecramenta
negant sacramenta ecclesiæ.

Et licet

Et licet aliquando moueatur corporaliter, & realiter à Dæmone, vt patet per multas experientias, quas vide in malleo maleficarum: tamen frequenter decipiuntur putantes realiter fieri in corpore quod in spiritu contingit.

Ex dictis patet error illius nobilis qui conabatur dimittere vxorem, quia asserebat esse in aliam mulierem transmutatam. Credere talem transmutationem posse fieri est error.

Sequitur secunda pars, in qua quæritur si credendum est dæmoniloquenti in dæmoniaco, scilicet si coniuratus Demō vel non coniuratus dicit. Ego sum talis anima. si credendum est illi?

Respondetur, hanc questionem tangunt multi, quos breuitatis causa omitto: sed maximè aduerte dicta. 26. q. 2. 24. q. 5. Ex quibus resultat veritas, quod non est credendum Dæmoni loquenti in dæmoniaco. Psal. Beatus vir cuius est dñs spes eius, & nō respexit in vanitates, & insanias falsas. Ad cuius intellectum, Nota primò quod quando Dæmon permissione diuina intrat in hominē non intrat in animam: sed tantum corpus. Vnde in Iob. Ecce vniuersa quæ habet in manu tua sunt, tantum animā illius serua, quia solus Deus penetrat animam y cala eius essentiam melius, quam ipsa penetrat seipsam.

Vnde Psal. 32. Qui fingit sigillatim corda eorum, & intelligit omnia opera eorum. Ex quo sequitur, quod cogitationes animæ cum sint de essentia ipsius anime, & de secretiori loco eius cogitationes nondum in esse positas, nec quodam modo demonstratas per signa exteriora Dæmon cognoscere non potest. Vnde beatus Augu. q. de hoc articulo aliquando differuit contrarium correxit se. 26. q. 4. cap. quodam loco sic dicit.

Quodam loco dixi Dæmones cogitationes occultas scire posse fateor, quod rem oculissimam dixi, & audaciori, assertione quam debui. Hæc August. Fidelis seruus & prudens quem nō pudet errores suos corrigere, qui positus est, vt alienos corrigit, Concluditur ergo, quod Dæmon non cognoscit cogitationes omnino occultas licet cogitationes aliquo signo proditas cognoscat propter antiquitatem illorum, & quia sunt puri spiritus, & sciunt prophetias, Dicit idem Augustin. quod aliquando sciunt cogitationes & futura. ergo manifestum est, quod non intravit animam, & tenere oppositū est error. Corpus

pus aliquando intrant promissione diuina: vel ut manifestentur opera dei in dæmoniaco virtute exorzismi: vel propter peccatum infirmi: vel propter dei iudicium occultum, iustū tamen: quia potestas dæmonis semper est iniqua, licet non semper sit iusta. Intran ergo dæmones, & possident corpus sicut febris infirmum, vel sicut vestis indutum.

Secundo sciendum est, quod officium exorizandi est ordo, & officium commune, quod datur in sacramento ordinis, & adhuc non in ordine sacro constitutus: sed in gradibus ordinatus habebit hanc potestatem exorizandi. Vnde nisi aliqua diuina reuelatio vel certa experientia docet nos quod ille clericus habet maiorem gratiam, quam ille: prohibitum est recurrere magis ad unum, quam ad alium ut exerceat exorzismum.

Verba autem catholici exorcismi hæc sunt, spiritus immū- Mat. 10. de in nomine Iesu exi ab homine isto. tace, & obmutescere. Luc. 14.

¶ Ex quo sequitur, quod si dæmon non est actualiter in homine, inuocare illum, vt assistat ibi est terror: quia ita bene potest compelli existens extra corpus, sicut intra corpus: maximè propter vitandam vexationem quam facit in homine ad quem venit quando coactus venit.

Sequitur etiam, quod si dæmon dixerit, quod est anima alicuius defuncti: vel viui, vel aliquid aliud non est verū. Primo. quia dæmon post lapsum, ex natura sua mendax est, & mendacij pater.

Secundò quia cum dæmon sit purus spiritus non potest stare nec intrare cum spiritu hominis simul in eodem loco vnde cum anima nostra sit purus spiritus & anima defuncti sit purus spiritus, sequitur quod non potest intrare in animā. Et hæc est fides catholica. sequitur etiam quod quædere aliquid ab eo: aut habere colloquium cum illo errore est.

Sequitur vltra, quod si aliquando dicant futura & futura ita eueniant, sicut prædixerint non est credendum illis. Deu. 13. Si surrexit in medio tui Propheta, aut Phitonem habens, & quod dixit ita eueniat nō credas ei: quia vt probaret vos deus facit hoc, & vt sciat: vt diligatis eum in toto corde vestro, & in dicto cap. nimirum. sic dicitur quisquis extra unum verum deum aliquod numen putat esse Anathema sit. Hoc etiam

Tomi. I. Ser. I. Fer. 4. post. 3. Do.

probatur de puella ventricola habente Phitonem in ventre,
id est, spiritum familiarem & multum lucrum dabant domino
Ecc. 16. suo. Et dixit de Barnaba & Paulo. Iste sunt servi dei qui annuntiant vobis verba salutis. Et tamen beat. Paulus quasi offensus increpauit eum dicens. Preceptio tibi ut in nomine Iesu recedas ab ista puella. Vnde colligitur, & si verum dicat non est ei adhibenda fides. Et si obiicitur de anima Samuelis. 4. Reg. 28. Respondeo. capitulum neque mirum affirmat, quod non fuit anima Samuelis, Tum quia dicitur ibi. adorauit Samuelem, quoniam si fuisset verus Samuel tam sanctus Propheta non permisisset se adorari: tum quia dixit, cras eris mecum, quod non fuit verum de Saule iam reprobato. Tertio quia hystoria tantum narrat factum, id est, Samuelem in forma Samuelis apparentem: sed non quod esset verus Samuel. Hoc dicit dictum. c. niniæ. Et licet hoc sit probabile de Samuele tamen contraria sententia etiam est probabilis. Nam alibi legitur de Samuele, & post haec dormiuit, & notum fecit regi, & ostendit illi finem vitaæ suæ & exaltauit vocem eius de terra: ideo beat. Augusti. fuit varius in variis locis scripturarum suæ, & in doctoribus aliis aliqui tenent unam partem alij aliam.
Ecc. 46
Psal. 12. Concluditur ergo quod non est credendum demoniaco, nec verbis eius, nec factis eius, licet vera dicat. Illumina ergo oculos meos, ne quando dicat inimicus præualui aduersus eum: sed da mihi victoriam & gloriam.

Quarta Feria post tertiam dominicam Quadragesimæ.

Thema. De corde exequunt cogitationes

Matthæi. 15.

IN concione declarabimus, qualitates cordis. Et secundo cogitationes, primo dicemus conditiones quas cor habere debet multas proprietates debet habere cor, debet esse domus adeo conueniens. Secundo debet esse tanquam dux in exercitu. Tertiò rectum quarto mundum, quinto cibus dei, sexto templem dei de singulis est dicendum.

Primò cor debet esse domus dei domus ordinata debet habere habitaculum in superiori parte, & habitaculum in parte inferiori

inferiori duplēm cognitionem habeat cor nostrum, scilicet cognitionem dei & cognitionem propriam. cognitio diuina est locus altior in quo Deus habitat cognitio propria est locus infimus in quo continuo homo habitare debet. Vnde de corde verificatur moraliter: cœlum sursum terram deorsum, cognitio dei est quasi cœlū, cognitio sui ipsi⁹ quasi terra Eccl. 25. non potest homo ascendere in cognitione supra deum: nec amplius descendere potest, quam ad sui cognitionem, cor est cœlū: quia sicut dixit deus peccatori, terra es & in terram ibis, dicit beatus Hiero. quare nō dicetur iusto. cœlū es, & in cœlū Gene. 3. ibis. Diligens terram terrenus dicitur, imo ipsa terra. Psal. fa- Psal. 52. &ti sunt abominabiles sicut ea, quæ dilexerunt: sic amans deum dicitur diuinus: sicut speculum recipit varias imagines secundum varias dispositiones aspicientium speculum si vultus est albus imago in speculo apparet alba: & si vultus est niger: imago ostenditur nigra, sic contingit cordi. tale efficitur quale obiectū amat. cor amans malū efficitur prauū diligens bonum. bonū est. Tertio vocatur cœlū: quia latum esse debet im amando inimicos, & omnia diligibilia tendens cœlum Psa. 103. sicut pellem, cor dilatādum est amore. Sol lucēs in corde est ratio superior illuminās totum microcosmum. i. te qui es mi- nor mūdus luna est ratio inferior seu portio illuminata à ra- tione superiori: sicut luna illuminat à Sole. Stellæ huius cœli, fides spes misericordia, & patientia quæ in nocte huiusvitæ lucent. Nam cum aspirauerit dies gloriae: & inclinatæ fuerint vmbre, id est, dies vitæ nostræ finiti, & terminati in morte, stel- lae, id est, diætæ virtutes non lucebunt cessabit fides: quia suc- cedet visio, spes euacuabitur per possessionem. patientia non erit necessaria, deficiente omni tribulatione misericordia: non erit deficiente miseria. duæ stellæ fixæ, quæ vocantur poli sunt lex naturalis, & diuina quæ sunt omnino fixæ & immutabiles super quas cor semper rotetur. Hoc cœ- lū est sedes dei, in quo deus habitat & implet illud. Et ni- hil aliud implet cor, sicut enim cera in qua est sigillū Imperatoris impressum nullum aliud recipit, sic anima insignita dei imagine non recipit aliud sigillum cuiuscunq; creature dicitur cor. terra in cognitione propria hominis cognoscit, quod de nihilo est creatus, & de nihilo est iustificatus: quia nihil

Can. 4.

Ioā. i. erat peccatum. Et sine ipso factum est nihil, id est, peccatum
Io. 26. de ista terra dicitur, appendit terram super nihilum, id est,
quia homo de nihilo est creatus, & peccator de nihilo, id est,
de peccato est iustificatus a deo.

Sed aduerte, quod de loco inferiori cordis, id est, de propria
cognitione ad dei cognitionem transire est difficile: indi gemus
Psa. 17. duce. Et aminiculo lucis, lux fidei est necessaria. Psalm. pos-
suit tenebras latibulum suum. ideo sicut imago picta a naturali
dela nocte indiget lucerna sic fides ad mysteria exploran-

da est necessaria. Vn de resplenduit facies Christi in conspe-
ctu Moysi & Heliæ: quia nostra contemplatio in lege diuina,
& Prophetia fundari debet. Nolo splendore intellec-
tus nisi attestentur illi Moyses & Helias: quia forte transfigura-
bit se Sathanas in ange lum lucis.

Indigemus duce in via omnino niue cooperta. necessarius
est dux multæ viæ in lege euangelica sunt niuibus cooperæ.
Vt est dilectio inimicorum, fides articulorum, imo omnes
Psa. 79. septem beatitudines sunt viæ supernaturales: nullo modo sci-
ri potuissent nisi Christus eas docuisset. Psal. propter nomen
tuum dux mihi eris. Tertio requiritur aliquid facilitans. s.
Mat. ii. amor: quia secundum Bernard. amor meus vix est vnius hore
& si amplius est præ amore non sentio. iugum enim meum
suaue est. s. amanti. Axis currus vngitur oleo. Vt non so-
net aut strepet, sic vt cor amore lene sit non murmuret non
clamet per impacientiam in adimplendo diuina præcepta.
Hæc tria figurata sunt in Petro Ioan. & Iacobo. In Petro
notatur cognitio fidei. interpretatur cognoscens. In Iacobo.
notatur societas Christi: quia frater domini in Ioan. amor
istis præsentibus in monte amoris dei transfiguremur. Sed

Eze. 47 dolendum est, quia multi spernunt cognitionem dei & eius
amorem. De quibus in Ezech. aquæ egressæ sunt de tumulo
fabuli orientalis in desertum planum aquæ significant popu-

Apoc. los: quia aquæ multæ populi multi: tumulus significat diu-
nam contemplationem secundum beatum Grego. super
Ioā. 5. illud ingredieris in abundantia sepulchrum. In hoc tu-
mulo vitæ contemplatiæ sepeliuntur nostræ passiones, &
peccata & etiam in tumulo vitæ actiæ, præcipue in operibus
miseri-

misericordiae: quia sicut aqua extinguit ignem sic eleemosyna
extinguit peccatum: vocatur tumulus fabuli: quia fabulum
est ponderosum valde: sic virtus & poenitentia sunt valde
graues. Et vita actiua & contemplativa praesertim pecca-
toribus propterea dicuntur tumulus fabuli. In hoc etiam
tumulo suffocatur domon sicut ægyptius suffocatus est, sub
fabulo à mose. In contritione occiditur peccatum in confes-
sione educitur extra dænum cordis: in satisfactione sepelitur
ieiuniis orationibus & eleemosinis.

Eze. 2.

Sequitur in auctoritate indesertum planum fluxerunt
aqua: quia populi libere vagantur per planiciem vitiorum.
deserti & derelicti à deo sua voluntate per omnia vitia discur-
rrunt. Ita ut non sit pratum quod non pertranseat luxuria
eorum reliquo amore dei spreta virtute & honore diuino. Et
destructio dei timore quotidie splendide in hoc capitulo Chaym Gcn. 4.
id est, peccator occidit Abel. i. fletum & gemitum nollen-
tes agere poenitentiam odientes bonitatem & disciplinam.

Sed aduerte, quod est præparandum cor tanquam domus
in quo deus habitatur est. Nam Eccl. ii. dicitur, qui timent
dominum præparabunt corda sua, pondera: quia non di-
cit corpora sua: sed corda sua ratio est, quia totus mundus
insistit præparationi corporis & non cordis, studet quomo-
do habeat vestes delicatas & bene ornetur ad decentiam cor-
poris, & quomodo bene pascatur & honoretur, sed in præpa-
ratione cordis sunt mirabiliter negligentes. Vix de anima cu-
rant, faciunt sicut sculptores imaginum & pictores qui for-
mant optime omnia membra corporis oculos, manus, pedes
capillos vestes bene plicatas, nihil relinquunt sine pictura, sed
non inuenies pictorem qui se intromittat ad pingendum
cor ita faciunt homines multi enim magnam curam ponunt
quomodo corpus sit bene ornatum: & paratum. Et capilli
sunt ornati. Sed de anima nihil curant neque de corde: nec
possunt letari cù David dicente paratum cor meum deus pa-
ratum cor meum & non est aliqua domus quæ sic mancat
diu inhabitata quæ non sit immunda saltim puluere & telis
aranciarum. Et sic conscientia immunda erit puluere cogita-
tionis immundæ & telis prauarum affectionum: mudandum

est ergo cor summa diligentia. Et ornandum tapetis, & palliis, id est, virentibus: quia in maliuolam animam non intrabit sapientia: nec habitat in corpore subdito peccatis, sed habitat in omni corde ubi est charitas. preparetur ergo ut dominus. Præparetur etiam ut cibus delicatus præparatur domino: quia cor cibus est regis coelestis. Fili præbe mihi cor tuum. Auis quando præparatur. primo aperitur, & sex abstrahitur, secundo lauatur.

Tertio decoquitur: vel assatur, sic debes præparare cor tuum primo debes apperire omnia interiora peccata. Et abstrahere fecem, id est, prauam voluntatem, & cōfessionem. Secundo debes lauare cor per contritionem & affectionem. Hier.

4. Laua à malitia cor tuum. lauamini mundi estote & au-

ferte malum cogitationum vestrarum.

Psal. 38. Tertio debet assari calore charitatis. Concaluit cor meum intra me & in meditatione mea exardescet ignis. Et sic præparatum cor deo ministratur. Secunda proprietas est, quod sit rectum. Vnde psalm. Spiritum rectum innoua in visceribus meis. Oportet ut sit regulatum: sicut horologium solis. q̄ habet duas tabulas, scilicet legem naturalem: & diuinam in quibus sustentetur in his legibus fundetur & stabiliatur cor. hæ duæ leges connectuntur, & ligantur in corde corda charitatis. Nam charitas est vinculum perfectionis. Et ex hac pendens lex & propheta. Luna horologij est vita Christi, qui est speculum sine macula. In hoc speculo aspiciamus maculas peccatorum nostrorum acus horologi cordis nostri est intentio quæ dirigitur ad solem, id est, deum: ut semper intentio nostra: sit conformis dei voluntati. Licet non in volito. Sed in omni quod deus vult nos velle & illud tenemur velle.

Sco. i. 4. qua de re præcepta tenemur implere. Cōsilia ut dicit Scotus sen. dis. in. 4. sen. non tenemur opere implere, sed ea reuereri, & honorare. Nam contemnens consilium contemnit consulendum. Et sic Christus tanquam consulens despiceretur. Horæ quibus regulatur horologium sunt linea, scilicet, mandatis, & filis cor nostrum ordinetur. prima hora est, primum mandatum in lege, scilicet, diliges dominum deum tuum ex toto

Mat. 22. corde tuo. Secunda hora est secundum mandatum huic simile

similes, scilicet, diliges proximum tuum. Et sic de aliis mandatis. Ecce rectitudinem cordis nostri. Tertio cor mundari debet, Psal. cor mundū crea in me deus effunde, sicut aquam Psal. 50. effunde cor tuum. in quo notatur: quod mundari debet ut vas, quod non bene mundatur sanguine: quia semper remaneret sanguis in vase: nec mundandum est oleo: quia maneret sapor. Nec vino quia remanet odor. Nec laete: quia remanet color. Sic in corde non remaneat superbia peccati, id est, volitus prava: nec Sapor. i. delectatio nec odor. id est, occasio peccandi: nec color, id est, conuersatio cum peccatoribus. Sed totum effundatur ut aqua. secundo mundandum est. Ut eger repletus humoribus. medicina purgatur & imminutio sanguinis. Primo ostenditur vrina in vase mundo: sic peccata manifestanda sunt in confessione. dic iniquitates tuas ut iustificeris.

Secundo sumat dietam, id est, jejenum: & alias medicinas accipiat, scilicet, opera satisfactionis pilulas deauratas deuoret, id est, poenitentiam cum spe veniae non dentibus masticande sunt. Quia in poenitentiæ labore non multum moreris. Sed cogita: quia propter illam appropinquabit regnum cœlorum.

Secundò mundandum est à sanguine corrupto. minutor, primo brachium fricat ad trahendum humores atractio significat diligentiam præcedentem confessionem ligatur brachium, scilicet, timore: quia à timore tuo concepimus, & parturiimus spiritum salutis. Et sicut confricatione attrahuntur humores sic peccata sunt colligenda in diuersis locis commissa. Cum variis personis. Considera loca in quibus moratus es, personas cum quibus negotia habuisti ipsa etiam negotia, & collige in memoria cogitationes pessimas adulteria furta & omnia peccata quæ euangelium huius feriæ ponit.

Percute cor lanceola, id est, contritione: scindite corda vestra. Effundet totum sanguinem corruptum. psal. libera me de sanguinibus. Et vide si effusus est sanguis copiosus in motu leui brachij videbis, id est, si promptum ad opera virtuosa te sentis, si velis sustinere poenam propter deum. +

Deficit hic clausula integra q̄ ponitur fine ha-
ius sermo
nis, quæ
incipit.
Corda
sunt.

Est mundandum cor à cogitationibus pessimis, si cogitatio peccati mortalis est cum consensu deliberato est peccatum mortale, si etiam interuenit consensus interpretatius quia plene aduertit periculum & non vis cuitare peribis in illo. vt dicit Seraphicus doctor Bona. ab homicidiis voluntariis siue ex negligentia commissis mundandum est cor. vt venator occidet hominem volens occidere feram: dimittens taurum ambulare per ciuitatem, vel equum ferocem: mulier dormiendo opprimens parvulum, est mundandum à detractionibus. dic contra detraactores qualiter sunt Gabaonitæ scindentes medias vestes: & radentes medium barbam, id est famam & honorem vt despiciantur ab hominibus: est detraactor similis ei qui scidit oram clamidis Saul: est similis heli qui non poterat videre lucernam donec extingueretur, nec detraactor aspicere potest bonum alterius: est similis lucifero qui fuit primus detraactor contra Deum, est similis testi qui nou vocatus testificatur contra proximum: similis iudicii qui sine causæ cognitione sententiam profert contra insontem, est similis aduocato dæmonis tandem est sicut dapifer Dæmonis ministrans cibos mortiferos.

Consideratis his quæ exeunt à corde, dicendum est de eo quod intrat per os, scilicet de cibo corporis per quem significatur cibus spiritualis animæ. Secundum medicos triplex est digestio. s. stomachi, hepatis & venarum, & præcedit eas mastigatio dentium. In ore notatur cor quod est os animæ de quo dicitur os iusti meditabitur sapientiam, id est cor primo discerne-re debet inter bonum & malum virtute discretionis. examina-re debet intētiones, & merita causarum, negotia, cogitationes subtiles animæ tota hoc examinatio fit virtute prudentiae & discretionis.

Prima digestio efficitur in stomacho virtute caloris natura lis. primus effectus seu primum opus cordis: est audire verbū Dei: & retentum in memoria: digerat amore & affectione: vt non egrediatur à corde, quia beati qui audiunt verbū Dei: & custodiunt illud. & sicut stomachus non recte valens euomit cibum. Et vix potest comedere & comedatum reicit. sic signū egritudinis cordis est non audire verbum Dei. & auditum celeriter tradere obliuioni.

Secun-

Secunda digestio fit in hepate ibi discernitur purum ab impuro, purum transmittitur advenas impurum in fecibus conuertitur. In corde est potentia irascibilis, & concupisibilis, per concupisibilem amplectitur bonum. Vnde trahite ad me qui concupiscitis me, & concupiscitur bonum sicut cibus animæ. **Ecc. 24.**
 Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. In esurie & siti iustitiae **Matt. 5.** significatur desiderium aīæ & concupiscentia ad bonum. & hoc desiderium seu concupiscentia notatur, nomine sitis & famis multiplici ratione. Tum vt ostendatur vehementia desiderij q̄ iustus ad virtutem habere debet. Tam enim fames q̄ sitis vehementem appetitum importat. Tum vt ostendatur quasi naturalitas. vt quemadmodū fames & sitis naturaliter inest homini sic desideriū vehemens iustitiae, vt naturale, inest perfectis, secundū naturā spiritualem, secundū q̄ ex Deo nati sunt. Iuxta illud quod ex spiritu natū est spiritus est. Tū ex parte boni integrī & cōplet quod homo desiderare debet. sicut desiderat cibari integre & perfecte. Tum ex parte indigēti. quia sicut homo nō potest viuere sine cibo & potu: sic spiritualis homo desiderat iustitiam seu bonitatem tanq̄ cibum & potū. Medianter potentia irascibili homo reicit omne contrariū iustitiae & bonitati. **Psal. Irascimini & nolite peccare.**

Tertia digestio fit in venis ad cōseruationē indiuidui & ad cōseruationem speciei per gñationē. per quam digestionem notantur opera misericordiæ propter quæ conseruatur homo in esse gratiæ & crescit in virum perfectū. Et vltra conseruat proximi dilectionē quæ maxime conseruatur beneficendo proximo, & eleemosinas illi largiendo, & consequitur misericordiam quam nobis præstare dignetur Iesus filius Dei.

Corda sunt sicut tres in qb' est clausum venenū, ideo sunt scindēdi vt effluat sanies. sunt scindēda sicut uestes q̄ dicuntur harpadas, sic cor in diuersas partes vt cuilibet peccato appropriet, pprius dolor & ppria satisfactione, licet non sit necessariū. sed sufficit cōtritio generalis. Tum scindat̄ cor vt pomū habēs putredinem: separetur putredo peccati, & remaneat poena aīę proficia & sana ad satisfactionē pro culpa. Tum scindatur vt cor aīis propinatū falconi. quod in minutās partes partitur. Tādē remoueatur culpa & delectatio peccati à corde separet. q̄a sancti in cœlo sunt totaliter boni & nihil habent scindēdū **damnat̄**

Tomi. I. Ser. 2. Fer. 6. post. 3. Do.

¶ Hanc
clausulā
repone v
bis ap. fo.
164. 1. p.
in fi. post
verbū p.
pter deū.

damnati sunt totaliter mali nihil boni in eis remanere po-
test. peccatores partim sunt boni & mali, & scindatur malū
culpē & remanebit in eis bonum naturae & gratiae. ¶

Sermo in sexta feria post tertiam Dominicam. The-
ma. Vnde habes aquam viuam. Io. 4.

INTRODVCTIO.

EST Deus adeo amicus humilium, quod superbis resistit
humilibus autē dat gratiā. Vnde dicit, Discite à me oēs qa-
mitis sum & humiliis corde. Vidēs Petrus tantā humilita-
rē dixit. Exi à me dñe: quia homo peccator ego sum, imō quia
medicus sum coelestis, & nō est opus valentibus medico. Sed
male habentibus. Vnde peccatores recipit & māducat cum il-
lis. hoc ideo dico. quia inter opera miraculosa Christi, & inter
doctrinam christianam, istud colloquium cū Samaritana ha-
bet primatū, excellentiōē doctrinā loquitur isti mulieri paga-
nē tamen extraneę & pauperculę non bone imō male concu-
bing, q̄ quinq; viroshabuerat, & quē nūc habebat non erat vir
suis, o altitudo diuitiarū. Pharisēos excludit, mulierē pauper-
culam admittit.

Diuīsio

In concione exponam euangelium in sensu mīstico & mo-
rali. Venit ergo Iesu in ciuitatem quæ dicitur Sychar. Euāge
liū proponit multas doctrinas. Prima, quia proponit nobis
mulierē infidelē quæ magna instantia procurauit salutē suā. vt
sic ecclesia confundat nos fideles qui tanto tēpore studiuimus
in schola ecclesiæ, & tam negligenter viuimus. Secūda doctri-
na deuotionē excitat. q̄ Christus hic incipit describere myste-
ria passionis. i. a debuxar. quia Iesu fatigatus itinere sedebat
sic supra fontē & erat hora quasi sexta, iam incipiūt sacramen-
ta dicit. b. Aug. super Io. q. d. figurātur in hoc sacramēta crucis
sed nō equaliter. Nūc venis dñe de via fatigatus lassatus, &c. q.
deficiēs, desmayado. sed tūc nō ibis: sed duceris reptādo. i. arra
strādo euulsi pilis barbę, alapis cefus, coronatus spinis, nunc
defessus sedes supra fontē: sed tūc nō sebebis. sed pēdebis. itaq;
si volueris cōsolari pedibus tuis, augebis dolorē manibus tuis.
& ecōtra. nūc dñe habes mulierē cū qua habes colloquiū. i. cui
loq̄ris & respōdet tibi, sed tūc loq̄ris vñ tātū verbū matrituę
Ioan. 9. dicens, Mulier ecce filius tuus, ad illa suffocata voce in pectore
præ angustia nō poterit respōdere verbū petis aquā. & mulier
dat

dat tibi aquā viuā & dulcē. sed tūc fatigat⁹ maiori sūti, dices si-
tio, & non dabif tibi nisi mirratū vinū, cū fele mixtū. Nunchō
ra erat. q. sexta. cū audit mulier angustiā tuā, sed tunc sero erit
magis qn̄ clamabis, heloi, heloi, & p̄ tuus non exaudiet.

Mat. 27

mar. 15

Discipuli aut̄ abierant in ciuitatē, vt emerent cibos. ex quo
colligitur doctrina, q̄ Christus voluit conformari imperfectis.
quia habuit propriū, vt patet hic. Cū dicit vt emerēt cibos. &
alibi erat loculos habēs. & voluit conformari perfectis, q̄a vul-
pes soueas habēt filius autē hoīs non habet vbi reclinet caput
suū: & illud, si vis perfectus esse vade & vende oīa que habes
& da pauperibus. Ideo veritas est q̄ Christus vtrumq; statum
habuit. aliquādo propriū habuit, vt non videretur reprobare
religiones minoris perfectionis, quæ habēt propriū, & aliquā-
do nō habuit proprium, vt videatur approbarer religiones ma-
ioris perfectionis quæ proprium non habent.

Ioan. 12.

Mat. 8.

Mat. 9.

CDicit Iesus, o mulier si scires donū dei, ex quo elicitor doctrina fidei, quia hæc mulier erat gentilis & intentio Christi erat trahere gentilitatē ad fidē. Fides autē catholica hæc est vt vnū deū in trinitate & trinitatē in vnitate veneremur. si quidē gen-
tes deū cognouerūt. sed nō sub ratione trinitatis. Vnde Arist.
dicit. Vnus ergo princeps, sed non trinus & vonus ad edocen-
dum ergo tantum mysserium huic mulieri. imò toti gentilitati dicit illi. O mulier si scires donum dei. quomodo? Primo co-
gnoscendo patrē, & me qui sum filius eius qui dico tibi da mihi bibere, qui loquor tecū, qui sum filius dei. De⁹ deo, lumē
de lumine, & si cognouisses donum dei. i. spiritū s̄ctū, qui à pa-
tre filioq; p̄cedit, per modū doni, & amoris gratiosi, quia est
nex⁹ patris ad filiū, & filii ad patrē. certe si hoc bñ cognouisses
& intellexisses, forsan dicit, ppter liberū arbitriū petisses ab
illo deo trino & vno aquā viuā, q̄a om̄e datū optimū de sursum
est. hēc aqua fit q̄si fons inbibetib⁹ corde, & p̄ quas dā secretas
fistulas, y caños deriuat in aīam. q. in matricē septēriuolorū. i.
q̄ sunt septē dona sp̄s sancti. l. sapientiae & intellectus, scientiae &
pietatis cōsilij & fortitudinis, & timoris dñi. Esa. Et cū his rigat
nō solū proximū locū. i. scipin. sed oēs campos, prata & hortos
totius ecclesie, q̄a est ortus & puteus aquarum viuetium. Can.
Post hac autē, q̄a ista aqua, est fons viuus scaturiens ab ēterno
in corde patris. q. fons vita. In ore autē filii. q. fluuius pacis in
vndas

Esa. ii.

Can. 4.

Vnde melle suauissimo &c. In beatis angelis est torres glorie in oibus electis hominibus mundatio & pluuiia vita eternae postquam istos effectus, & irrigatiōes & fecūdationes facit iterū reddit in alueū. i. in ipsam diuinā escentiā vñ exiuit, q̄ matrix est longior terra mari, latior profundior abisso, excelsior cœlo: itaq; ibi reddit vnde exiuit: q̄a hēc est aqua de qua in lib. Sap. Ego quasi aquę ductus exiui deparadiso. Et dixi rigabor ortum plātationū, & inebriabo part⁹ mei fructū. Bñ ergo dicit hic fiet in eo fons aquæ saliētis in vitâ æternâ. Dñe da mihi hanc aquam ex quo elicetur doctrina humilitatis: q̄a Ch̄rus supra proximo cap. dixit Iudæis. soluite templū hoc & post triduum re edificabo illud. q̄ non capiētes nec credentes Iudei dixerūt. quadraginta sex annis edificatū est templum hoc, & tu in triduo reedificas illud: itaq; nō crediderunt. Vñ dixit si terrena dixi vobis & non creditis quomodo si dixerim cœlestia credetis? Si ergo Iudæi nō crediderunt hoc de templo, q̄ erat terrenū, quō ergo si dixisset eis hoc tā cœleste misteriū. l. qui biberit ex aqua quā ego dabo fiet in eo fons aquę saliētis in vitâ æternâ, ppter hoc abscondit hæc à sapiētibus, & prudētibus, & reuelat pauperculę mulieri, quę tenet figurā gentilitatis: cui cum dixisset excelsitudiā & bonitatē aquę, dixit dñe da mihi hanc aquā in cuius figura postille centurio q̄ assumpsit Philippum in curru suo, post lectionē & doctrinā Christianam quā legit de libro Esa.

Esa. 53. quasi ouis ad occisionē ductus est. Et interrogatus intelligis quę legis? Respon. quomodo possum intelligere nisi aliquid quis me docuerit. Et postquam euangelizauit illi Iesum. Venerunt ad quamdam aquam: & dicit Philippo ecce aqua & quis prohibet me baptizari? Ecce ergo quō gētilitas incipit sitire aquā baptismalē cuius principiū fuit hæc beata femina, quę dixit dñe da mihi hanc aquā vt nō sitiam nec amplius huc veniam. Moraliter, si scires donū dei. i. contritionē quę triplici medio habetur. Et est grande donum dei. Primo tantum gratuito dono dei hoc est nulla cooperatione: nullo merito proprio: vel alieno, sed sola dei miserantis visitatione. Hoc est ex sola

Io. 3. spiritus sancti operatione procedit, spiritus vbi vult spirat, ideo bene dicit. Psalm. Commouit terram, & conturbasti eam quod sit ex duplice respectu poenitentis inspirato à

Psa. 58. deo, scilicet, ad parentiam gloriae, & considerationem offensio-

Vt exemplo

Vt exemplo axe habeat duplex irriguum superi^o & inferius.
 ideo dicitur hic .puteus altus est, non in quo haurias habes,
 quia contritionem à puto cordis vix elicere possumus. Secū-
 do habetur ex suffragiis ecclesiæ & sacerdotū . nam sancti Ange-
 li intercedunt: & orant pro peccatoribus & gaudent in eorum
 conuersione. Tertio modo, hæc contritio habetur ex magno
 conatu peccatoris, qui cooperatur Deo. maxime autem cona-
 mur ex ipso horrore & magnitudine peccatorum: quorū ma-
 gnitudine territi: non solum maiora peccata mundamus: sed
 minora. quemadmodum mulier negligēt lauare maculam in
 panno suo: aliqua maiore sorde super iniecta nō solum illam
 maiorem, sed omnem minorē maculam lauat: sitio pro modi-
 ca cisura: vestis nō statim reficitur: sed pro maiori. sic pro leui
 infirmitate non vocatur statim medicus, sed iuxta illud, mul-
 tiplicatę sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt. Et li-
 cet cum magno conatu doloris incipiat cōtritio. tamen termi-
 natur in magno gaudio iuxta illud beat. August. Peccator de
 peccato doleat & de dolore gaudeat.

Doctrina moralis, quia loquens Christus de aqua & simili-
 ter hæc mulier assignat quatuor grandes defectus bonorum
 temporalium. Mulier assignat duos, scilicet puteus altus est : in
 quo notatur profunditas magna in qua iacent temporalia. quia
 luxuria infecib^o carnis. auaritia infecibus terre. superbia in lu-
 to & puluere. Vnde Psal. De profundis clamaui ad te domi-
 ne. Secundus defectus notatur, nec in quo haurias habes : In
 quo notatur labor in acquirendis temporalibus. quia maiori
 labore acquiritur infernus quā gloria. Alios duos defectus po-
 nit Christus. primus est, quia non extingunt futili, quia sunt
 quasi aquæ salse, & quasi aqua ardens. quæ non extingunt si-
 tim. Quartus defectus, quia istę aquę semper descendunt &
 faciunt homines descendere, Psal. Oculos suos statuerūt de-
 clinare in terram. Sed aqua gratiæ fiet fons aquæ salientis in
 vitam æternam, id est dat vitam æternam. quia aqua naturali-
 ter tantum ascendit, quantum descendit. quia ergo hæc aqua
 est spiritus sancti, & spiritus sanctus est donum Dei, & omne
 donum de sursum est descendens à patre luminum. Hinc est
 quod facit aquam salire in vitam æternam. Vade, voca virum
 tuum. Cur differt hæc mulier tantum donū oblatum à Chri-
 sto, &

sto, & post tam obnixe petit & rogit. dñe, da mihi hanc aquā.
 ex quo colligitur doctrina moralis, quia nullus potest inchoa-
 re nouā vitam nisi cum pœnitentiat vitę prioris. Vt dicit bea.
 gust. Nec potest peccator recipere sanitatem nisi prius se pur-
 get à vitiis, quia ista gratia spiritus sancti non datur nisi pœni-
 tentibus, & dimittentibus peccata sua, & confitentibus ea. po-
 tuit ergo dicere Christus huic mulieri. Vade quia es pessima
 mulier cōfiterē pētā tua, emēda vitā tuam, & post ego dabo ti-
 bi gratiā istius aquā: Sed vt nō cōfunderet illam. Dicit illi ma-
 gis secrete, & magis honeste dices. Vade voca virum tuū & ve-
 ni huc. desatinola, quia putauit Christum nolle dare aliquod
 bonum vni coniugatorum. quin daret ambobus, ex quo vir
 & vxor, sunt vna societas, vna caro, vnum corpus, & quasi bo-
 na lucrata: in matrimonio durante habere partem in lucrato
 ab vxore sicut econtra. Vnde propter hoc putat Christū dice-
 re. Voca virum tuū, sed pro alia parte sicut fatua, como desati-
 nada putauit quia Christ⁹ cognoscit illā interi⁹ sicut exterius,
 quasi dicat, quāto mas, si me cognoscit qualis sum, scilicet, pec-
 catrix mala peruersa fornicaria, sed nō adultera quia virū nō
 habebat. Domine virum non habeo, si virum habuissim ego
 statim vocassem, sed virū nō habeo. conoscid a soy, mala mulier
 sum. Sufficit, ergo istud principium confessionis. iam incipit
 cōfiteri culpas suas. Sucurre illi tua clementissima mīa, in hoc
 verū dixisti, q̄a vir quē habes nō est tuus, quinq; em̄ viros ha-
 buisti. ¶ Quinq; viros habuisti, & hic quem habes nō est vir
 tuus. Hæc mulier vt dictum est, typum ge- it gētilitatis. Vnde
 pp̄ter hoc dixit. Sapiētia diuina Christus. Bñ dixisti quinq; vi-
 ros habuisti. i. quinq; sensus corporales habēt oēs infideles gē-
 tilitatis, quorū figurā nūc habes. Cū quibus oībus viris, quasi
 rufianes, & nō legitimis viris fornicata es. Cū amatoribus mul-
 tis, quia omne qđ est in mūdo, aut est cōcupiscētia carnis, aut
 cōcupiscētia oculorū, aut superbja vitę. Vnde in oīb⁹ istis ido-
 lis. s. visu, gustu, odoratu, auditu, & tactu fornicata est gētilitas.
 Et bñ dicit hūc quē habes nō est vir tu⁹, sed alien⁹ & falsus de⁹
 nō vir, sed rufian, nō amicus, sed inimicus: nō amator, sed occi-
 sor, non medicus, sed diabolus. Tali modo sapiētia Christus fe-
 cit redire ad cōsciētiā suā, q̄ la hizo toda rendir, & dixit. Dñe vt
 video ppheta es tu: ex quo colligitur doctrina moralis, p mi-
 nistris

nistris istius aquę spūs sancti q̄ maxime datur in sacramento
poenitētē & cōfessionis, vt p̄curent reuocare & retrahere poe-
nitētē ad suā p̄priā consciētiā, vt s. dicat totū quod cōscientia
sua dicitat dicendū. & effundat cor suū, quasi aquā corā cōfesso-
re. Vocet ergo oīs cōfitens virū suū. i. consciētiā suam. & faciat
quicquid p̄ceperit, dicat q; omne qđ suggesserit ei dicere, q̄
si cōfessor viderit poenitētē hoc non facere dicat & hoc verbū
qđ dixit Christus. Vade voca virū tuū, & veni huc, & reddi ad
cōscientiā tuā & cor tuū prius. & tunc veni ad cōfessionē. Di-
spone prius consciētiā tuā. fac tantā diligētiā. & tūc veni ad
cōfessionē. Scribe p̄ctā, nō dicēdo nec legēdo per papirū p̄ctā,
quasi deponendo verecundiā cōfitendi quæ est maximū meri-
tum & maxima pars satisfactionis. Tum etiā propter vsum sa-
cramenti quo utimur in p̄ctō cōfesso, quod non fit in obli-
to. Tum propter humilitatē. Tū propter instructionē sacerdotis
si necessaria est in peccato confessio.

Patres nostri adorauerunt in mōte hoc. dic ergo mihi quē
& in quo loco adorare nos oportet. O mulier crede mihi
vnum magnū secretū quod in aureloquar tibi, & reputa hoc
multum quod dicere volo. quod ab aeterno nunq̄ dixi alicui
viro nec angelo. & quia me dixisti esse p̄phetā, vere p̄phetā
& plusq; p̄phetā. Crede ergo mihi ex quo credidi me tibi. i. cō
fido de te. Ecce q̄a à principio mūdi p̄ia mulier de genere tuo
q̄a credidit dēmōio dicēti, eritis sicut dii, fuit decepta. vñ venit:
q̄ oīs mulier & sexus fœmineus facile credat Dæmonio, & re-
b° sup̄stitionis, y hechizerias. tu ergo crede mihi, ecce venit dies
in p̄ximo. s. mortis meę, & ex tunc nō erit latria. nec adoratio
particularis aut singularis, nec diuisa. Sed vna tñ viiius dei. q̄a
sicut vñ de⁹, vñ baptisma, sic vna fides. Vñ nec vos gētiles a-
dorabitis in mōte hoc. q. insignato & particulari loco, nec ha-
bebitis deos alienos sicut nūchabetis, sed vñ tantū. nec Iudei
habebūt locū signatū adorationis potius Hierosolimis q̄ nūc
Romę vel Parilius. qm̄ locus ille & tēplū illud magnificū Salo-
monis cito destruet, ita q̄ nō relinqtur lapis sup̄ lapidē, sed ve-
ri adoratores adorabūt p̄em in spū & veritate, & bñ dico tibi
audi secretū qđ dico, q̄a adorabūt deū p̄emvocādo ip̄m p̄em
q̄a de⁹ p̄ est habēs filiū coęqualē, & cōsubstātialē sibi, qui ego
sum q̄ loquor tecum, & ppter hoc voco illū p̄em, q̄a ego sum
filius

201

fili' eius naturalis & legitim'. Et ecce cognosce o mulier excel-
lētiā tuam & generis tui. quia nō solum ego, sed & vos omnes
accedētes ad fidem poteritis inuocare Deum Christum. quo-
niam quotquot receperunt me & crediderunt in me dedit *ei*
potestatem filios dei fieri qui nō ex sanguinibus, nec ex volū-
tate viri, nec ex voluntate carnis, sed ex deo nati sunt. Crede er-
go mihi: quia veniet illa dies, quādo adorabunt patrem in spi-
ritu & veritate, vel quando accipietis spiritum adoptionis in

Rom.8. quo dicit Pau. Clamamus abba pater, id est ratione cuius legi-
timi efficimur, & capaces sumus ad diuinam successionem
ita ut sit Deus pater noster & vos filii, qā si filij & haeredes per
Deum, & sic adorabitis patrem in spiritu. Vel adorabitis pa-
trem in spiritu & veritate, quoniam creditis vnum deum sub
ratione trinitatis. quem vsque nunc nunquam gentilitas credi-
dit: sed deinceps creditis vnum deum sub ratione patris, & fi-
lij, & spiritus sancti. Vnde propter hoc dicit, Patrem in spiri-
tu, id est simul cum spiritu sancto. & in veritate simul cū filio,
qui est veritas patris. Secūdum quōd dixit alibi. Ego sum via
veritas & vita adorabitis patrem in spiritu & veritate: si qua-
ras quare hic preposuit spiritū veritati, id est spiritum sanctum

filio. Cum tamē semper vbiunque inuocatur diuinum auxi-
lium, vel loquimur de Deo sub ratione trinitatis semper præ-
ponimus personam filii, personæ spiritus sancti. Cuius ratio
est. qui ex patre filioq; procedit. Cū patre & filio simul ado-
tur & conglorificatur. Quare ergo conuertit euangelista ordi-
nem personarum diuinarum dicens, Adorabūt patrem in spi-
ritu & veritate, &c. Intentio Christi erat in isto loco trahere
istam mulierem in diuinam cognitionem sui, scilicet, quia ipse
esset filius dei verus. sicut patet infra proxime. quia dicit: Scio.
quia Messias venit. Et respōdit Christus. Ego sum qui loquor
tecum, quia ergo Iesus erat filius dei. Et quia nemo venit in co-
gnitionem patris nisi per filium. Sic nemo venit in cognitionē
filii nisi per spiritum sanctum. Teste Paul. ad Rom.8. Nemo
enī potest dicere dominus Iesus nisi in spiritu sancto, id est,
nemo cognoscit Iesum esse filium dei, nisi virtute spiritu san-
cti. Ideo quia intentio Christi erat trahere istam fœminam in
cognitionem sui, quod fit per spiritum sanctum: ideo præpo-
suit spiritum sanctum filio. Secunda ratio, quia ipsa oratio &
adoratio

adoratio appropriatur spiritui sancto magis quam filio teste
eodem paulo nam quid oremus, sicut opportet nescimus, sed
ipse spiritus sanctus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Tertia ratio: quia gratia praeueniens Christianum qua
cognoscit per fidem filium venisse in carnem proprium opus
est spiritus sancti. ita ut sicut via veniendo ad patrem est per
filium ita recta via veniendo ad filium est per spiritum
sanctum. Nam & pater tales querit adoratores, quasi dicat
Iam pater accedit lucernam. Et non posuit illam sub modio.
sed super candelabrum. Iam accedit lucernam & posuit eam
in lanternam humanitatis nostrae ad querendum dragmam
perditam. Et euertit totam domum donec inueniat in cuius fi
gura. Paulo ante ego templum dei purgaui ex flagello facto
ex tribus funiculis. Eieci inde omnes ementes: & vendentes
& mensas numulariorum, sed etiam amplius euertetur per
mortem meam, quando nec in templo: nec in plateis ciuitatis
relinquetur lapis super lapidem. Et hoc non propter aliud nisi
ut ex nobis gentilibus, & Iudeis pater querat veros adorato
res, qui non adorent tantum in templo nec in monte hoc: nec
in lignis lapidibus, & metallis, sed querat veros adoratores,
qui adorent eum in spiritu & veritate sub ratione patris & fi
lii, & spiritus sancti qui nobis concedat gloriam.

*Sermo Primus Dominice Quartæ in Quadragesima.**Thema. Abiit Iesus trans mare Galilæ.**Ioannis. 6.*

PRAEmissa expositione euangelij in sensu literali, pro sensu
moralis nota. Nauis est necessaria ad nauigandum: & ne
cessaria est poenitentia, ut transeamus ultra mare peccatorum. Psal. 103
Peccatum dicitur mare magnum & spatiolum manibus pro
pter peccata operis turbidum, inquietum, obscurum. Mirabilis Psal. 92.
les elationes maris, & mirabilis, & abominabilis est superbia
peccatorum. Faciliter poteris conditiones maris peccatum mortali
applicare. Ad istud mare traiiciendum, & dimittendum pecca
tum necessaria est nauis poenitentiae angelis prouidit Deus
nauem Innocentiam, ut sine periculo in portu æternæ beatitu
y dinis

Tomi. I. Serm. I. Domi 4.

dinis firmarentur. In statu Innocentiae prouidit Deus iustitiam originalem, quasi nauem: quæ si fracta non fuisset securi translati fuissemus in portum gloriae: sed destruta nauis Innocentiae prouidit Deus nauim poenitentia, quæ post lapsum primi hominis est necessaria ad transeundum ultra mare peccatorum. Hæc nauis indiget multis, ut bene nauigemus in illa.

Ro. 12. Oportet habere gubernaculum seu gouernalle, scilicet, prudentiam: ut rationale sit obsequium nostrum: acus dirigens intentio nostra est regulas poenitentia: ut efficiatur propter deum & non alia intentione prava. Oportet habere chartam demarear, id est, sacram scripturam: in qua pericula nauigantium cognoscuntur. Ibi apparent foueq; siue hondonales, in quibus perierunt Chain & Iudas, scilicet, in lacu desperationis, ibi videntur rupes altæ superbiae, & obstinationis, in quibus perierunt dæmones, & primi parentes: Nabuchodonosor & Pharao. Ibi videtur lacus pusillanimitatis, de qua pusillanimitate & tempestate spiritus saluum me fac. Ibi videntur arenæ coagulatae buxos, ut in transitu ad nouam à Hispaniam, scilicet, diuitiæ in quibus suffocatur ratio. In hac nostra nauis cordæ sunt necessariae, id est, virtutes quibus ligata sit, scilicet, charitas, spes, timor humilitas, & confidentia venia. Omnibus his indiget, ut bene sustentetur & gubernetur. Seruitores habet nauis, qui appellantur brumetes: qui ascendunt & descendunt. Ascendunt usque ad coelos & descendunt

Psa. 54. pusillanimitatem. Cogitationes poenitentium ascendunt expectantes gratiam & gloriam descendent timore usque ad infernos. Sic Jacob vidit angelos ascendetes & descendentes: quia in scala poenitentia cogitationes per speciem eleuantur, timore deprimuntur. Ventus ducens istam nauem est spiritus sanctus. Quispius Gen. 28 ros. Sic Iacob vidit angelos ascendetes & descendentes: quia in scala poenitentia cogitationes per speciem eleuantur, timore deprimuntur. Ventus ducens istam nauem est spiritus sanctus. Quispius Rom. 8. ritu dei aguntur, filii Dei sunt. Portus est, ut sint filii dei per Ioan. 1. gratiam: quia dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis: nec ex voluntate 1. Ioan. 5. viri: sed ex deo nati sunt quia, quod natum est ex spiritu spiritus est, & renascuntur mediante poenitentia: sed necessarium est pondus, siue lastro: Nam aliter nauis frangetur vento, dando al traues. Pro nauis poenitentia necessarium est pondus, quod appellatur lastro, ne a vento euertatur: sic

tur: sic considerationes profundæ manantes à nostra fragilitate & debilitate sunt necessariae. Leua oculos tuos in directum: & vide ubi nunc prostrata sis, & alibi humiliatio tua Hier. 3. in medio tui. Multum proficit ad agendum poenitentiam respicere retro totum tempus male expensum: & qualiter anni, mēses, dies, male exp̄si accusab̄t nos. A dextera insurgentē cōtra nec beneficia dei: à sinistris labores, & ægritudines casus inopinati proximorum à quibus nos liberauit dominus. De medio cordis instabunt cogitationes pessimæ, qualiter domus dei est Pantheon. i. templum dæmoniorum, ibi videntebimus imagines turpes peccatorum, quas depingimus in tabula animæ nostræ.

Omnis dietæ considerationes, & alia plures, quas tu poteris clicere, sunt pondus ad affigendum nostram nauem poenitentiae. Qui facit ventis pondus, id est, virtutibus seu nostris poenitentiis, vt non destruantur à vento. Apis in pedibus ponit lapillū ne rapiatur à vento: sic anima colligat puluerem humiliationis, vt non eleuetur à vento superbiae. Ista enim est nauis, de qua lucas. Ascendit Christus nauem Symonis Petri, & de nauicula docebat eos. Amb. i exame. Ascendit Christus nauem crucis, per quam significatur poenitentia: & de nauicula crucis docebat nos agere poenitentia in apertione lateris (nam miles lancea latus eius aperuit) docuit qualiter sit habenda contritio, & Ioan. 19. quæ cōditiones habere debet. Cōtritio appellatur scissio cordis. Scindite corda vestra, & nō vestimenta vestra Ioe. i. Ferrū lanceæ est contritio inferens nobis dolorē: hasta seu lignū, cui infixū est ferrum, est timor mediante quo concipimus dolorem & displicentiā peccati, à timore tuo concepimus & partu riuimus spiritum salutis lanceæ finis cui innitur poenitentia est spes veniae. Clamor Christi de quo dicitur clamans voce magna emisit spiritū: significat cōfessionē nostram, quæ debet sonare: vt sonet vox tua in auribus Dei. in inclinatione capitis sub spinis docuit satisfactionē: quia est confessori obediē dum: & in vulnere pedum & manuum docuit perseverātiām Luc. 23. poenitentia, quoniam tribus clavis debet esse poenitus affixus, scilicet, dolore, pudore, et timore. Job dicit verebar omnia Job. 9. peccata mea.

Sequitur in textu, sequebat eū multitudo magna: quia vivit debant

- debant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur Magnum salutis æternæ est in infirmitate, vel post infirmitatem sequi Christum vel esse bonum Christianum Psal. Deditis metuentibus significacionem, ut fugiant à facie arcus. Quod exponitur: quia aliqui duriores fiunt inter ipsa flagella, præsentibus æterna commutant. Supplicium temporale est initium æterni supplicij. De his ab increpatione tua dormitauerunt omnes, qui ascenderunt equos: quanto magis à deo increpantur, & affliguntur, tanto magis dormant, sicut Pharao qui durior efficiebatur inter flagella. Quia videbant signa, scilicet misericordia. Signum primum: quia expetauit usque ad hoc tempus, & non præcepit ut obligatio culpæ mandaretur executioni. Sed utinam non contingat nobis sicut creditori, qui tempore maioris necessitatis mandat obligationem executioni tradi: sic Deus in articulo mortis nos tradet executori. Vnde beat. Paul. An ignoras: quia patientia dei ad misericordiam te adducit, & iram thesaurizas in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei.

Secundum signum misericordia est præseruatio à multis aliis peccatis, in quæ non cecidi. Maiorem misericordiam facit medicus dando præseruatuum medicinam quam curatiuum: Maiorem misericordiam fecit Deus matr̄ suæ eam præseruando, quam nobiscum curando nostras ægritudines. Tertium signum misericordia diuinæ est ipsa consolatio post poenitentiam. Lachrimæ dulces: dulces, sunt panes die ac nocte. Et peccator doleat de peccato de dolore gaudeat. lachrimæ, & guttæ vitis signum sunt caloris: sic lachrimæ poenitentis signum sunt charitatis. Quartum signum misericordia est remissio peccati præcipue tam frequens: quanto frequentius peccamus tanto pluries gratiam remissionis accipimus. Hæc est magna misericordia dei: non est mirabile dare gloriam iuste & sancto: nec est mirum dare gratiam Innocenti: sed valde magnum est dare gratiam inimico, adoptare peccatorem in filium. Psalm. Mirifica misericordias tuas, qui saluos facies sperantes in te.

¶ Sequitur erat proximum Pascha dies festus Iudæorum, id est, confitentium Magnæ festivitates celebrantur de confessionibus poenitentium, scilicet, nativitatis resurrectionis ascensionis

sionis & aduentus spiritus sancti. Materia est lata & ingerens magnum gaudium poenitentibus. Vide eam in Guillelmo Parisiensi libro de sacramento poenitentiae.

Subiit ergo Iesus in montem, id est, in cor nostrum per gratiam & ibi sedet cum discipulis: quia delitiae meae esse cum filiis hominum. & beatus Io. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit & ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus. De hoc monte dicitur in figura. Totus mons Sinai fumigabat. Nota quod ad hoc ut Christus sedeat in monte cor dis nostri tria debet habere, quæ notantur in dicta auctoritate primum requiritur, ut tota cordis intentio ad deum diriga-
tur: Nam si cor est diuisum in multis non sedebit ibi Christus locus est angustus, & si est diuisus, & partitus nulli sufficit. Deus requirit totum cor ad sedendum in eo. Stultitia est magna facere plures sedes de corde vnam deo: aliam dæmoni, & aliam mundo. Sapiens dicit, super custodiam meam stabo & locum tuum ne reliqueris. Secunda conditio, ut Christus se-
deat in monte cordis tui, oportet, ut mons sit Sinai. I. solitarius, sequestratus à strepitu mundi: non sedet in domo tumultuo-
sa: sed in solitudine. Ducam eam in solitudinem & loqua rei ad cor. In solitudine pax & quietis inueniuntur in domo tumultuo-
sa plena hospitibus, non sedet dominus. Si est plena murmu-
rationibus, detractionibus, odiis, litigiis, non sedet ibi Deus. Tertia conditio est fumigatio montis, unde dicitur in dicta auctoritate, fumigabat. Quod notat frequentationem & con-
tinuationem actuum de genere bonorum.

Clignum positum sæpe iuxta ignem facilius fumigat, quam lignum frigidum: seu quod venit de nemore. Cor non assuetum orationi aut recollectioni, difficulter orat, & difficillime disponitur ad recipiendum deum in monte. I. corde habente dictas proprietates: sedet deus: & debemus cōstruere sedē. deo in memoria, intellectu & voluntate: ut ibi sedeat deus cū per-
fectionibus & gratiis suis. Dixit ad Philippum. Quare in-
terrogavit Philippum: fortè habebat triticum reclusum y pro. vlt.
entroxado, ut carius vendat: vel quia interpretatur os lápa. Io. 14.
dis: vel manus: quia manum suam aperuit in opere. vel os lam-
padis: quia dixit. Ostende nobis patrem, & sufficit nobis,

Tomi. I. Ser. I. Domi. 4.

Facite homines discubere: tria documenta necessaria ponit Christus ad gubernandam politiam. Primum facite homines discubere: quod notat, modestiam temperantiam, & humilitatem, ut sis contentus in statu tuo: vt non exalteris super te: sicut agricola vult exaltari, ut sit liber a tributo. Nobilis appetit esse comes: comes Marchio vult esse, marchio dux dux rex. Et rex vult omnia subiugari suo imperio: & sic nullus vult discubere: sed omnes volunt stare, & erigi super alios. Recumbe ergo in nouissimo loco, id est in statu,

Luc. 14. quem deus tibi contulit & ne dimittas illum, & hoc est recubere in nouissimo loco: nam si volumus ascendere supra istum mundum: & eleuari in cœlum sine scala, id est, sine meritis, est superbia: si velis tantum descendere infra mundum istum habitabit anima tua in infernum. Ergo oportet te discubere in loco, id est, statu tuo, quem dominus dedit.

Secundum documentum est colligite fragmenta, quæ superauerunt, in quo Christus docet temperare & modeste vivere in tuo statu: ut non sicut diu sepuleris quotidie splendide, &

Luc. 16. vestiaris bysso, & purpura. Mirabile est cum dominus omnipotens, qui nostrorum bonorum non indiget, quoniam dominus meus, & deus meus.

Psa. 15. Tantum sollicitus est de colligen dis fragmentis, nisi quia numerat capillos nostros, & duo passeris alleveneunt, et unus non cadit super terram sine patre vestro. Non ergo est mirum si præcepit colligere fragmenta, ne pereant. Caue ne sis sicut filius prodigus, & dissipes omnem substantiam & portionem tibi collatam a deo.

Mat. 10. **Luc. 15.** **Iob. 22.** Tertium documentum est, quod deus habet prouidentiam de omnibus, etiam de minimis, contra illos qui dicunt Cardines coeli perambulat, nec nostra considerat. Longè erras: quoniam cura est illi de omnibus, & de capillis capitum nostri, de passeribus & defragmentis &c.

Vt unusquisque modicum quid accipiat. Tangit Philippus tria mala bonorum temporalium: primum quia emuntur magno pretio, scilicet corporis, & animæ, quod notatur cum dicit Ducentorum denariorum in quo numero notatur perfectio animæ & corporis: quia est numerus perfectus. Secundum malum: quia non sufficiunt omnibus ideo dicit, quid inter

inter tantos. Hinc oriuntur lites, & bella inter reges: accede
huc recede illuc, Hispanice haz te aca, haz te alla: quia quasi
non capit eos terra, & totus mundus est angustus illis: si-
cut olim inter Loth, & Abraham, dixit Abraham: ne quæso Gen. 13
sit iurgium inter me & te inter pastores meos, & tuos. Situ
ieris ad dexteram ego sinistram tenebo.

Tertium malum est: quia satiati bonis temporalibus non
sunt contenti nemo enim sua sorte contetus: & nullus est, qui
non dicat, non sufficit, & modicū habeo. Cuius ratio est: quia
temporalia habent insufficientiam: & famen annexam. Be-
ne ergo Philippus, id est, os lampidas sentit de temporalibus
dicens. Ducentorum denariorum panes non sufficient.

Tu ergo Philippe, qui dicis ista non sufficere, quid ergo
sufficit? Domine ostende nobis patrem & sufficit nobis. Ibi
est vera sufficientia & abundantia gloriæ, quam nobis conce-
dat dominus Iesus Christus.

Sermo Secundus dominice Quartæ in Quadragesi-

ma. Thema. Est puer unus hic, quis habet

quinq; panes. Ioan. 6.

1. Co. 13. **I**cet literaliter ignoretur quis fuit ille puer pistor quia qui-
dam dicunt fuisse martialem de .72. Discipulis: tamen
quia de scripturis non habet auctoritatem eadem facilitate
contemnitur, qua approbatur, in sensu tamen spirituali, &
mystico iste pistor est Moses: & lex Mosaica est panis & be-
ne quinque: quia libros habet quinque, Genesim, exodus
leuiticum, Numeros, Deuteronomium: duo pisces duo libri,
Psalmorum, & Prophetarum. Et bene illa lex & ille populus
dicitur puer: quia sicut puer in pueritia sua vtitur infantibus
rebus de niñerias vtitur equis arundineis, & similibus, quan-
do est vir factus vtitur rebus seruis & veris: sic Paulus ait cum
essem parvulus loquebar vt parvulus, id est, cum essem in Iu-
daismo proficiens super coetaneos meos quando autem fa-
ctus sum vir per suscepitam fidem Christi euacuavi, quæ erat
parvuli, id est, Iudaismum. Bene ergo puer est pistor.

Et bene pistor: quia sicut pistor adducit triticum de longe

& ponit in domo sua, & plus vendit extraneis, & ipse modicū comedit, & forte vilius. Sic populus ille Iudaicus adducit Chri
pro.vt. stum de longinquo cœli in nauicula virginali, quæ facta est,
quasi nauis in stitoris de longe portans panem suum: quia ip-
Ioan. 6. se dixit . Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendit, quasi in
pane puro, non cocto, neq; fermentato: sed iste populus, qua
Ioan. 4. si in domo sua, id est in genere suo: quia salus ex Iudeis facta
Ioan. 1. est, decoxit & fermentauit panem illum humanitate nostra
in ventre virginali, quando verbum caro factum est. Et quidē
non ad flamā carnalis cōcupiscētiae: sed ad prunas & calorem
charitatis diuinæ. Et sicut olim panes propositionis: sic de isto
pane modicum gustauit ille popul' sicut pistor: quia pro ma-
iori parte cecitas contigit in Israel. Maior pars vendita est ex-
traneis gentilis nationis donec multitudo gentium introiret.
Rom. 1. Et sicut populus iste Iudeorum ambulauit & adhuc pro pec-
catis suis quotidie ambulat sicut de nundinis ad nundinas, o-
deferia en feria, ut venderet istum panem Christum in uolu-
tum in lege sua, voce præconis, quasi apregnando panem, di-
centes. Quis vult emere Christum veniat ad fidem nostram:
quia est puer unus hic: qui habet quinque panes. Ultra sicut
iste pistor oneratus, & laborans & sudans sub onere portat
hunc panem ad vendendum, sic Iudaicus populus sudauit
sub obseruantia suæ legis, vendidit gentilibus, quoniam quasi
ab iniustis possessoribus petunt rei vindicationem, vel saltem
emunt panem pretio. Et qui non habetis pretium, emite abs-
que argento, & absque villa commutatione.
Esa.55. Præterea sicut puer parvulus ex panibus integris non confra-
ctis & duris non potest bene comedere: sed tantū rodere cor-
ticem: & in illo accipit gustum, & accipit paucum alimētum.
sic ille populus Iudaicus ex quinque panibus Moysi tantum
ex cortice, id est, literali sensu reficiebatur. Medulam autem
comedimus nos scilicet Christum, quia occidit litera, & spiri-
tus viuificat. Et hoc est regnum Dei, de quo in Euangeliō.
Mat. 21. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fru-
ctus, in cuius figura, Num. 2. Euntibus duodecim tribubus
Israel in terram promissionis duæ tribus Ruben, & Gad, &
dimidia tribus manasses, nolentes transire Iordanem petie-
runt à Moysè partes suas ibi. Moyses precibus fatigatus con-
cessit

cessit sub conditione. quod dimissis ibi vxoribus filiis & iumentis transire personaliter vsque in Hierusalem , in adiutorium contra inimicos residentes in terra illa trans Iordanem ad terram promissionis : sed semper sociare debebant veros filios Israel : sic isti pauci Iudei post Christi aduentum nolentes baptizari: & sic nolentes transire Iordanem in quo Christus est baptizatus: sed contenti possessionibus terrenis trans Iordanem. id est, in suo Iudaismo adhaerent: non consentit illis Deus nisi cum Christianis ambulent auxiliantes eis cum lege sua, quasi cum panibus contra omnes inimicos infideles, & haereticos vsque ad ingressum terrae promissionis & ciuitatis sanctae Hierusalē, quae est vera terra promissionis. Bene ergo est puer unus hic, qui habet quinque panes. Ecce ergo concluditur quia est puer unus pistor Moses, & panis lex.

Et nota bene dicit Euangeliſta, sed hęc quid sunt inter tantos? O bone Andrea, qd intendis in hoc dicere? sed hęc quid sunt inter tantos. Respondetur, qui venturi sunt ex lege euangelica ad comedendum istum panem sunt plures numero, nobilitate, scientia, & qualitate, vt Adrianus, Cyprianus, Ambrosius, Augustinus, & Philosophi magni, & Oratores. Quo modo ergo tantis & tam innumeris sufficient quinque panes & duo pisces? quia vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, qui accedent ad tam regalem mensam fidei. Pones panem legis Mosaicę, tam durum, tam insipidum Hispanice ceuadazo ex quo dixisti nobis, quod non venisti solvere legem: sed implere. Quid ergo hęc sunt inter tantos? Ait Iesus facite ipſos infideles venientes ad fidem, discumbere & sedere. i. humiliari, captiuantes intellectū in obsequiū fidei: 2.co.10. quia leuat in altitudine intellectus humani, nulli sufficient, id est nemo saluabitur, neque credet fidei. Discubentibus autem, id est humiliantibus se ipsos sufficient: quia abscondisti hęc à sapientibus & prudentibus & reuelasti ea parvulis: ita pater: quoniam sit fuit beneplacitum ante te. Vnde bene dicit, quod erat fœnum multum in loco illo. & nota quod conuenienter sedent & discubunt super fœnum: quia omnis caro fœnum: & principaliter oportet Esa.40. Christianum sedere super carnem suam: vt non innitatur sensibus carnalibus, vel subiiciendo ipsam carnem: vt sic non incom-

comessationibus, & ebrietatibus nō in cubilibus & impudici
ciis: sed induimini nouū hominem, qui secūdum Deum crea-
tus: sicut olim ad hæc verba cōuersus est beatus Augustinus
sicut ipse narrat in libr. confessionum, quando exiuit in cam-
pum cum socio suo Alipio & audiebat vocem in tugurio sui
pueri. Surges, lege: qui cum haberet in manibus epistolas
Pauli, Aperuit librum, & legit eum locum, in quo primum
coniectus est oculus: qui talis erat. Non in commensationi-
bus, &c. Nec aliud legit: quoniam nec aliud legere opus
erat.

C Bene ergo dicit, facite homines discubere quia mul-
tum fœnum erat in loco illo. Accepit ergo Iesus panes, id est,
ipsam diuinam legem Mosaicam inter manus suas factus
homo in sacramentis incarnationis, circuncisionis, baptismi
passionis, resurrectionis, ascensionis & aduentus spiritus san-
cti. In quibus operibus, quasi in manibus eius, & in manibus
discipulorum suorum, propter prædicationem & publicatio-
nem euangeli, in tanta suauitate & saturitate comedenterunt

Psal. 18. omnes per fidem. Ex quo in omnem terram exiuit sonus co-
rum: & saturati omnes venerunt ad veram Christi cognitio-
nem, dicentes: quia hic est verè propheta.

C Colligit fragmenta, quæ superauerunt. Colligitur doctri-
na, quod habet maximā excellentiam sacra scriptura, quam
nunquam intellectus humanus quadrauit, nec eam impleuit.
quia omnem intellectum superat in tantum, quod nec ipsi
Apostoli plene intellexerūt ante resurrectionem domini, aut
confirmationem. Vnde cum aperuit illis intellectum, vt in-
telligerent scripturas: sed non plenē dicit Gerson. Sic enim
decebat honorem Dei inclusum in scriptura: vt nullus eam
perfecte penetraret: quia gloria regis celare verbum, in cuius
figura duo Cherubim cooperiebant propiciatorium.

Eze. 1. Et in Ezechiele. Animantia pennata cùm fieret vox infra fir-
mamentum eleuabantur in altum. Cum verò fieret vox supra
firmamentum, stabant & submittebant alas suas.

Duodecim cophinos, &c. Sic duodecim Apostoli faciunt
duodecim articulos fidei: Sed nota, quod articulus maxi-
minus est, Credo vnam sanctam ecclesiam, & non est dicen-
dum, in vnam sanctam ecclesiam; itaque, in, non est ponen-
dum

dum, sicut cum dicimus, credimus Petrum, credimus Paulum: sed non in Petrum, nec in Paulum, nisi forte sic expōneretur, Credo in spiritum sanctum, qui regit & gubernat ecclesiam.

Facito ergo homines discumbere. Bernard. Quomodo tu domine stans facis homines discumbere, & sedere? Tibienim sedentis super thronum ad dexteram maiestatis in excelsis assistunt angeli & seraphin, & millia millium assistebant ei: & decies centena milii in ministerabante ei: Quomodo ergo facis homines discumbere in terra? Respond. Ratione matrimoniī, ante incarnationem, domino maiestatis, serviebatur ab angelis & hominibus, quasi à servis: sed post incarnationem, quasi post cōtractum matrimonii facit illos discubere, & sedere, sicut contingit principi & magnati, qui nubit filię subditū aut feruentis eiā post nuptias facit omnes cognatos sponsae sedere.

Acceptit ergo Iesus panem, id est legem veterem. Vnde nota, quod lex vetus, tantum est vetus carnaliter illam intelligentibus. Nobis autem qui eam spiritualiter intelligimus, non est vetus: sed noua. Gene. 43. Coniuuium quod fecit Ioseph fratribus suis ignorantibus Ioseph, ipso constituto domino totius AEgypti à Pharaone: & subito in medio mensæ dixit. Ego sum frater vester quē vendidistis, exponitur de isto coniuicio euangelii in quo homines discubuerunt: quia sic faciet homines discubere in finali iudicio. Et subito dicet, ego sum frater vester.

Vnusquisque modicum quid accipiat, Exponitur moraliter. Primo status ecclesiasticus accipiat illud. Venerunt gentes in hæreditatem tuam. Polluerunt templum sanctum tuū: posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. Exponitur venerunt, & ingressi sunt non vocati. Vide si non effet alia in habilitas nisi intromittere se sine charitate, est magnum crimen. Gregorius exponens illud Esaiae. Ecce ego, mitte me & Hierem. A.a.a. Domine Deus nescio loqui. Alter se Hierem, intromittit ex charitate, alter recusat ex timore. Impossibile est, vt bonum exitum habeant quæ malo sunt inchoata principio Deuteron. 23. Ammonites & Moabites nō intrabūt ecclesiā domini. i. incestuosi ut fuit Moab & Ammon filii

Loth

Dan. 7.

Psa. 78.

Esa. 6.

Hiere. 1.

¶ reg.21. Loth ex nefario concubitu filiarum suarum dicitur gentes.^{1.}
non more ecclesiastico viuentes: sed vt seculares de quibus sa-
cerdos Nobe negauit panes regi Dauid dicēs. Viuit Dñs, non
habeo laicos panes: sed tantum panes propositionis. Si pueri
tui mundi sunt, maximē à mulieribus manducent.

In hæreditatē tuā. Bono titulo, scilicet, pretioso sanguine
acquisita. Et ex hæreditatē tua o Bone Iesu faciunt suā dan-
do consanguineis: quasi hæreditatē suam. Sequitur, posue-

Esa. 1. runt in pomorum custodiam: quia sicut pro pomis ponūt
custodiam tempore fructus, post relinquunt ecclesiam,
quasi tugurium, in cucumeratio. Vel melius, in pomorum
custodiam, quia communiter pro custodia ponitur vilis
persona. Sic in ecclesiis. Constituitur vilis Capellanus, qui pro

Lucæ 3. viliori mercede seruiat. Nota responsum Ioan. ad milites. Lu.
3. Dixerunt milites Ioanni, quid faciemus? Respondit Ioan.
Neminē concurtiatis: estote contenti stipendiis vestris, id est,
redditibus, dic mala, quæ sequuntur: quia cum redditibus
propriis nolunt esse contenti: sed accipiunt ad credendum al-
fiado, & vix aut nunquam soluunt creditoribus.

Secundum malum: quia accipiendo ad tempus, vel al fi-
do, faciunt vendorē vsurarium, quia vendit ultra pretiū iu-
stum: quia pretium non statim soluitur: sed ad tempus differ-
tur solutio, & sic perdis animā eius: quia facis, vt peccet mor-
taliter: perdis honorem Mercatoris: quia tu non soluis, ille
non soluit creditoribus, & perdit honorem & fidem, id est, cre-
dito, cum aliis, & sic perdis animam & honorem mercatoris,
& ad hoc te mouet superbia, & ambitio honoris, & mer-
catorem mouet auaritia. Tertium malum est odium mer-
catoris, quia maledicit equiti: quia perdidit eum, & illum summe odit, & male de eo loquitur. Quartum ma-
lum executio, ex qua multa mala oriuntur. Nonne est
magna confusio equitis, nobilis, vel diuitis, vt pauper
viuat sicut diues propter prudentiam, qua vtitur in re-
gimine domus suæ, & econtrario diues eget propter in-
ordinationem domus suæ. Religiosi accipiunt illud modicū
acto. quinto si agrum tantum vendidisti. Cur data est tam cru-
delis sententia contra Ananiam & Zaphiram? Respondetur
quia fractio legis nouæ grauiter punienda est in principio:
vt trans-

vt transgressores timeant, vel quia mentiti sunt in confessione
vel quia votum amplius obligat, quam præceptum: vel vt ne-
mo audeat vitam nouam accipere ad frangendum aëtu pro-
prietatis.

Vxorati accipiāt. viri diligite vxores vestras sicut & Chri-
stus ecclesiam, ad alendum uxorem, docendum filios, & tolle-
randum onera matrimonii, quia sacramentum hoc magnum
est: sed dico in Christo & in ecclesia, diuites accipient illud. fa-
turbantur ligna campi: & cedri libani quas plantauit, illic Psa. 103.
passeres nidificabūt. Exponitur de eleemosyna ligna diuites,
cedri magnates, in quorum diutiis passeres, id est pauperes
nidificabunt, id est pascentur.

Saturati ergo illi homines, magnum honorem Christo ob-
tulerunt dicentes esse prophetam. Propheta dicitur procul
fans, id est quæ à longinquō sunt videt, sed apud Christum om-
nia præsentia sunt: quia quod factum est in ipso vita erat. Etia
quia, et si dixerunt, quod venturus est in mundum, non tamē
dixerunt, ad quid venturus erat, non solum ad saturandum
quinque milia hominum: sed ad saluandum totum genushu
manum. Nam ipse dixit. Ego veni, ut vitam habeant, & abun-
dantius habeant: sicut ergo imperfecti loquuntur dicentes, Ioan. 10
quia hic est propheta, qui venturus est in mundum. sed nos di-
camus, quia venit in mundum, ut saluaret nos hic per gratiam,
in cœlo per gloriam, &c.

Sermo tertius Dominicæ quartæ, in Quadragesi-

ma. Thema. Abiit Iesus trans mare

Gallilee.

Exposito Euangeli literaliter usque ad finem, dic, quod fa-
mes istorum hominum, & conuiuum Christi significat sa-
cramenta incarnationis, redemptionis, & glorificationis. Vi-
deamus ergo mysticum sensum.

Abiit Iesus trans mare Gallileæ. Quod iter est istud & via
nisi illa de qua dicitur. A summo cœlo egressio eius, quando
venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factū sub
lege natum ex muliere, &c. Tunc enim Dei filius quasi abiit:
eximit

Psal. 18.
Gal. 4.

Ph.3. exiuit à dignitate diuina & in similitudinē carnis peccati inuentus est habitu, ut homo: qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus se esse æqualem Deo.

Psa. 87. ad faciandum famam nostram, quasi ascensit in amaram na-
Psal. 68. uim crucis, quando Deus omnes amaritudines & fluctus mortis induxit super eum: & intrauerunt aquæ usque ad animam suam, & tunc mare Tyberianum fuit: quia sub Pontio Pilato passus præsidenti pro Tyberio Cæsare, ad literam.

Esa. 22. ¶ Et sequebatur eum multitudo magna: quia, scilicet in hac spe passionis futura sequuta est eum multitudo, maxima, scilicet hominum & Angelorum: quia ut dicit Esa. Ponā Illum pax illum in loco fidei: & erit in solium totius gloriae domus patris eius: & subdit. & pendent ex eo omnia vas a vasis craterarum usque ad omnem vas musicorum, id est hominum & angelorum. Videbant nanque per fidem signa, quæ faciebat, id est quæ facturus erat propter certitudinem illius, & spem repositam in finu meo. Loquitur de fu-

Lob. 19. turo, ut de præsenti, Scio quod redemptor mens viuit, &c.

Infirmabantur omnes peccato originali, & illi patres, qui præibant, & qui sequebantur videbant per fidem venturi, redemptionis & salutis signa, quæ facturus erat super maximam multitudinem, quam dñumerare nemo poterat.

Subiit ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum Discipulis suis.

¶ Dei filius factus homo subiit in montem contemplationis diuinitatis suæ, id est considerabat opera redemptionis nostræ ad quæ misit pater filium suum. Sicut mādatum dedit mihi pater sic facio. In illa consideratione sua, quasi in summa philosophia meditabatur die ac nocte. Hierem. i. Plorans plorauit in nocte: & lachrimæ eius in maxillis eius. Meditabatur illud Psalmi. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendō in corruptionem? scilicet peccati: quia passio Christi non in omnibus efficaciam habuit. Meditabatur magnum negotium, y gran empresa, quam pater posuit in manus sua.

Princi-

Principium successionis diuinæ : primatum omnium creaturarum constituit Deus in Christo . Quia cum introducit pri-mogenitum in orbem terræ dicit . Adorent eum omnes An-gelicius . ibi ergo sedebat cum discipulis suis .

Hebr. 11.
Exo. 12.
Erat autem proximum pascha dies festus Iudæorum , quando agnus immolabatur , de cuius sanguine positum est , super utrumque postem & in superliminaribus , ut libera-rentur filii Israel ab angelo percutienti ægyptios , Quod fuit Exo. 12. figura transitus nostri in gloriam .

Et cum subleuasset oculos suos , scilicet clementiæ , & misericordiæ de quibus in Iob . Sto domine , & non aspicis me , Iob . 30. mutatus es mihi in crudelem . Et quia prospexit de cœlo san- psal . 32. &to suo : Dominus de cœlo in terram aspexit : contra illos , Psa . 16. qui statuerunt oculos suos declinare in terram . Dicit ad Phi-lippum , Vnde eniemus panes ? &c .

Ad æstimandum pretio magno tatum beneficium , ut plus magnificetur , quasi dicat , Quis est potens ad saluandum hum-anum genus . Respondetur , ducentorum denariorum , &c . id est , merita hominum & angelorum habentium imaginem , ut denarium , non sufficiunt : quia merita illa finita sunt , & offensa infinita est : & principium omnis meriti non cadit sub merito . Facite ergo homines discubere , id est expensis meis quiescant . Ego leuatus in cruce solus ipsis omnibus di-scubentibus reposados , quiescentibus saturabo illos , & extinguiam famem .

Discubentibus ergo omnibus . Ex hoc conuiuo super-rauerunt fragimenta sacramentorum , quibus quotidiane reficitur ecclesia , & etiam cognitione , quia hic est verè Pro-pheta .

Sequitur secunda pars anagogica & moralis . Post merita passionis , quæ in Christo fuerunt quasi mare amarum & tempestuosum , iuxta illud Psal . Et omnes fluctus tuos induxi-sti super me .

Per istud mare Gallileæ transit C H R I S T V S à Iudaïsmo in gentilitatem per fidem & prædicationem Apo-stolorum , quia Galilea dicitur transmigratio . Vnde licet in vita nec ipse transire voluit , dicens . Non sum missus nisi ad oves , quæ perierunt domus Israel , nec discipuli: dicens

Tomi.I. Sermo.3. de Dom.4.

- dicens, in viam gentium ne abieritis. Hi post passionem, id est
Mat.10. post transmigrationem trans mare iussit illos transire dicens.
mar. vi. Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni
creatutæ: quoniam in omnem terram exiuit sonus eorum.
Psal. 18. Bene ergo abiit trans mare Gallilee. Tunc bene dicit Euange
lium: quia sequuta est eum multitudo maxima & post passio
nem & resurrectionem prædicantibus Apostolis fidem Chri
sti, quasi innumerabiles populi conuersi ab Oriente & Occi
dente venerunt: videbant enim signa, quæ faciebat Deus, per
Apostolos suos super his, quod infirmabantur, scilicet, ad umbrā
Petri, ad sudarium Pauli, ad baculum Iacobi, vt patet in actib⁹
Apostolorum. Vnde in Marco dicitur profecti prædicauerūt
vbique, domino cooperante & sermonem confirmatæ sequen
tibus signis.
- Subiit ergo in montem Christus: Hoc fecit in die ascensiōis,
Act. 1. quando videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab
oculis eorum. Et bene dicit quia ibi sedebat cum discipulis, id
est cum electis omnibus hominibus & angelis: quia sedet ad
- Hebr. 1. dexteram in excelsis, tāto angelis excellentior, quanto præ il
lis nomen hæreditavit. Et bene dicuntur Angeli & homines
discipuli Christi, quia secundum Dionisium in de cœlesti hie
rarchia: non solum homines: sed angeli minores purgantur,
illuminantur, perficiuntur à Christo. Non tantum secundum
quod Deus: sed secundum quod homo, propter contactum
humanitatis ad verbum. Bene ergo dicuntur discipuli Christi
angeli & homines & electi omnes. Cū subleuasset oculos suos
sedet ad dextram maiestatis in excelsis, Postquam dixit domi
nus domino meo sede à dextris meis: & inde vidisset, quod mul
titudo magna venisset ad eum, secundum quod Paulus testa
tur euangelium prædicatum in vniuerso mundo. Et misericor
dia motus: quia Christus, secundum quod homo, nunquam
amisit compassionem: quoniam ipse cognovit figuratum no
strum: & sicut miseretur pater filiorum ita misertus est domi
nus timentibus se: quia misericordia secundum formale: vel se
cundum quod dicit compassionem ad miseros, manet in bea
tis: & maximè in Christo: quia didicit ex his quæ passus est,
scilicet compassionem ad nos. Vnde propter hoc Christus ip
se est maximus aduocatus noster secundum quod homo, etiā
supra

supra ipsam virginem Mariam: quia de ipso tantum loquitur
 Ioan. Aduocatum habemus apud patrem Dominū nostrum
 Iesum Christum & ipse est propitatio pro peccatis nostris,
 quasi magnus cancelarius cuius interest expedire omnes pe-
 titiones nostras apud deum. Vnde propter hoc invitat nos
 ad petēdum, Petete & accipietis, Bene ergo dicit misericordia
 motus. Dicit ergo ad discipulos, id est, electos omnes ut dixi,
 vnde ememus panes ut manducent hi recenter nati ex fide &
 baptismo ut beatus Paulus dicit, Quasi modo geniti infantes Prou. 3.
 lac dedit potum & non escam, usque quo crescant in virum
 perfectum, in ætatem plenitudinis Christi: quia egerint grandi
 alimento usque ad ætatem spiritualem & perfectam. Respon-
 derunt angeli & electi, Ducentorum denariorum panes non
 sufficient. At Iesus, facite homines discumbere, quia est puer
 unus, ego unus Christus. Hic habet in suo penu quinq; panes
 ordeaceos, & duos pisces, quibus satiat omnes Christianos.

Panis est mea diuinitas, quæ non solum satiat omnes com-
 prehensores in celo: sed omnes viatores in terra de qua psal.
 dicit Oculi omnium in te sperant domine, tu das illis escam Psa. 103.
 in tempore opportuno, in cuius sola visione beati vivunt, &
 suscitatur: quia hæc est vita æterna, ut cognoscat te & Iesum Ioā. 17.
 Christum: & licet non propter illa beati, sed propter te-
 lum beati, ut dicit diuus augusti.

Secundus panis est hoc corpus, quod dimisi velatum: &
 panem quotidianum, & verum panem, de quo illis dixi. Ego
 sum panis viuus, qui de celo descendit. & sic, qui manducat
 ex hoc pane viuet in æternum. Quia sicut panis materialis
 vegetat, nutrit & facit crescere in ætatem perfectam, sic iste
 panis spiritualis. Et sicut ille recuperat perditam vitam pro-
 pter consumptionem humili radicalis à calore naturali con-
 sumente: sic iste panis deperditum vitæ spiritualis recuperat.

Tertius panis est sacra scriptura, de qua ecclesiast. Cibavit
 illum pane vitæ & intellectu. Certe si aliquis panis suavis est
 in hac vita, imò si aliquis paradisus in hac vita est & aliqua
 cōsolatio data à deo, in sacra scriptura, hic maximè est: Vnde
 Ionathas in epistola, quam misit ad parthos. Nos enim nullo
 istorum indigemus habentes pro solatio sanctos libros, quos
 semper habemus manib⁹. Mach. 12. Hierony. anima sacras

Tom.I.Serm. 4. Domi4.

scripturas, & carnis delitias non amabis. Quartus panis est gratum faciens, cū suis bonis annexis, quæ sunt virtutes theologicæ, & morales infusa, fides, spes, charitas, prudentia, iustitia, fortitudo & temperantia, cum donis spiritus sancti. Hic panis cor hominis confortat, roboret vegetat, & facit crescere in virum perfectum. Hic panis quotidie est nobis necessarius, de quo Psa. Aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.

Psa. 103. Heb. 13. Quitus panis est spes certa futurorum bonorum: & hic panis est, qui nos facit agiles, ad currendam viam & ad sustinendam labores huius vitæ: considerantes, quia non sunt condignæ passiones ad futuram gloriam. Supradictis panibus adiutatur pisces, qui sunt gustus diuinitatis, & humanitatis Christi. Io. 10. sibi de quibus Ioh. dicit, quia ingredientur & egredientur, & pascua inuenient, o quam suavis est domine spiritus tuus, Sap. 12. qui, vt dulcedinem in filios demonstrares suauissimo pane de cœlo præstito esurientes replesti bonis, & fastidiosos dimittens inanes, quam dulcedinem nobis dignetur concedere Iesus.

Sermo Quartus Dominice quartæ in Quadragesima.

Thema. Accepit Iesus panes.

Ioannis. 6.

Mat. 8. **C**onuiuium hoc tam solemne figurat conuiuium gloriæ. Primo in fame cum dicit, quia sequebatur eum multitudine magna: & Christus dixit mitereor super turbam hanc: sic omnes habent famem & desiderium beatitudinis, secundum beatum Augusti. qui adducit illud mimi qui voluit diuinare voluntates venientium ad theatrum dicens, quod omnes volebant vendere cariori pretio & emere viliori. Cuius sententiam reprobat diuus Aug. dicens, Verius dixisset omnes vos vultis esse beati, quia sicut desyderat ceruus ad fontes aquarum &c. Situuit anima mea ad fontem viuum. Et sapiens. Qui edunt me adhuc esurient. Secundo in modo impossibili saturandi famem: quia queritur à Philippo. Vnde emenus panem, Nihil creatum satiat animam nec illam replet nisi solus deus. Figuram triangularem rotundam non implet. Anima triangularis

triangularis propterea: quia habet rationem, memoriam: & voluntatem. Mundus est rotundus. Et sic beat. Augustinus, Fecisti nos domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec perueniamus ad te. Hinc oritur tanta avaritia in homine. Habet enim stomachum magnum, qui nec satiari potest, nec repleti, nisi solo deo: qui est trinus in personis, & implet tres anima potentias. Assimilatur gloriae in ministerio seu modo discumbendi. In hac vita sumus defessi laboribus: stantes leuamus in aera, cupientes honores & diuitias. Et quilibet desiderat altius eleuari & alios trahere ad terram. Sed in gloria discumbemus, sicut nostra sorte contenti: nec habens minorem gloriam, desiderabit gloriam maiorem. Sed sua gloria erit contentus sicut habens vestem fibi conuenientem a su molde est contentus, & si daretur illi alia vestis longior, latior, hac lege, vt illam non posset dare: nec vendere, respueret: sic sancti habentes minorem gloriam, nolunt gloriam maiorem: quia excedit merita sua & gloriam. Ego dispono: vobis regnum: vt edatis, & bibatis super mensim meam in regno meo, & transiens praecinget se & ministrabit illis.

Luc. 22.

Luc. 12.

Quarto assimilatur in quantitate. Haereditas coeli & terra differunt, Haereditas terrae diuisa diminuitur, haereditas coeli crescit. Tantum gaudet beatus de gloria essentiali aliena, sicut de propria. Sicut multi vestiuntur de eadem pecta panni & habent diversa corpora & diversas staturas. Gloria coeli est tanti valoris, quod modicum gloriae facit beatum. Quae autem lingua dicere possit & quis intellectus capere sufficit illius ciuitatis quanta sunt gaudia.

Grego.
super.

Luc. 14.

Vnde quia perfecte impletur mandatum de diligendo dei ex toto corde & super semet ipsum. Beati plus gaudent de diligendo Deum, quam scipios: & perficiunt mandatum proximum huic, scilicet, de diligendo proximum. Et quia proximi sunt quasi infiniti, gaudia erunt, quasi infinita.

Valorem & magnitudinem gloriae ex hoc perpende, quod diues avarus in inferno damnatus, cruciatus: in lingua, petiit ab Abraham, vt mitteret Lazarum: vt

Luc. 16.

z z extreimo

extremo digiti guttam infunderet in linguam eius ad refrigerandam si im, quia cruciabatur flamma. Vnde est tante efficaciam gutta gloriae, quod infernum fecisset paradysum. Quia de causa Cananea petebat micas gloriae. Magnitudo & valor

Nu. 13. gloriae figuratur in exploratoribus terrae promissionis, qui attulerunt de fructibus terrae, fucus vuas, & malogranata. Ex hac vita exploratur magnitudo gloriae. In sicu considera dulcedinem gloriae, quia totus fucus est dulcis, & tota gloria fruatur spiritus & corpus, & ingredietur homo, & egredietur, &

Io. 10. pascua inueniet. In via contemplare notitiam: quia inebriabuntur ab libertate domus tuarum, & torrente voluptatis tuarum potabis eos. In malogranatis considera multitudinem societatis

quia erit intanto numero, ut à nemine numerari possit. qualitatem autem gloriae & magnitudinem optimè explicauit Christus Matth. 13. Fulgebunt sicut sol in conspectu dei: quia sicut sol habet in se virtualem calorem: sic beati habent amorem diuinum cuius ignis est in Syon, & caminus eius in Hierusalem. Præterea sicut sol, penetrat interiora terrae & ibi mirabilia operatur (ut patet in vena auri, & argenti, & Margaritarum) sic beati in diuina essentia eliciunt plura gaudia. Sicut enim deambulans per pratum viride continuo videt nouos flores & nouas & varias herbas, quibus latetur, sic beatus fruens gloria essentiali dei semper videt, vnde gaudium nouum habeat: & continuo manifestantur nouæ rationes magis ac magis de novo gaudendi nouis gaudiis accidentalibus de novo emergentibus: & sicut Sol semper ambulat & nūquam quietscit: sic beati semper ingrediuntur & egrediuntur & pascua noua inueniunt, vnde novo gaudio gaudeat. Hæc pascua desiderabat sposa. Indica mihi, ubi pascas, ubi cubes in meridie.

Cant. 1. Item sicut sol semper ardet absque eo, quod recipiat in se frigiditatem, ex quo non recipit peregrinas impressiones: sic beati in coelo semper ardentes amore diuino: sunt enim sicut metallum liquefactum, quod exclusis imperfectionibus propriis recipit proprietates ignis: sic beati transformantur, per amorem, in deum: sicut patet in ferro carenti. Item sicut sol est oculus mundi: quia ut dicit Ambros. Sol & Luna sunt duo oculi mundi: sic beati semper vident omnia quæ volunt. Magnitudinem gloriae ostendit in vendendo illam, tam caro pretio

pretio: ut patet in Petro & Paulo, o bone Iesu. Cūm tanto
pretio vendis gloriam multum debet valere. Extendis cōclum
sicut pellem: ut por la muestra compren el paño. Hæc est pre-
tiosa Margarita, qua Inuenta homo vendit vniuersa. Figura Mat. 13.
de Regina. Saba quæ venit videre sapientiam Salomonis. Et 3. reg. 10
visis cibis, ministris, & eorum vestibus, & ordine ministran-
tium, non remansit vltra spiritus in ea. Figuratur anima quæ
vult deum videre facie ad faciem, quæ audiuit per fidem: &
venit à longinquo terræ, ingressa domum coeli videt cibos,
scilicet, fruitionem diuinitatis qua spiritus fruitur cibo cor-
poris, scilicet, Christi humanitate, quam videbit, & eius vo-
cem audiet. Videbit ordinem ministrantium, secundum
merita, quæ in vita fecerunt: ac secundum gradus gratiæ fi-
nalis in qua decesserunt vidit vestes ministrantiū, id est, cor-
pora ornata quatuor dotibus, quibus erunt vestiti post resur-
rectionem generalem, non remansit vltra spiritus.

Et nota, quod sicut sol magis operatur intra terram, quam
extra: quia intra generat aurum & argentum: sic sancti
magis gaudent intra deum, quam extra deum: & in deum
figunt anchoras suas: & sicut sol mittit radios suos inflexibi-
liter directo modo: sic sancti dirigunt amorem suum in
Deum.

Sed aduerte, quod gloria non confertur nisi abeuntibus
vltra mare amarum: quia vere habet aquas amaras nisi ha-
beatur gustus. infectus, y stragado. Ecce mundi voluptates
videntur dulces. In hoc mare intratur cū tranquillitate, quan-
do nascitur homo, statim surgit tempestas. Tracta quomo-
do quilibet status habet annexam tempestatem. Vide in
Aluaro de Planctu ecclesiae. Homo accipit amarum pro dul-
ci & aquæ furtiæ dulciores sunt, id est, delectationes carnis,
& mundi: & benefurtiæ dicuntur: quia potius sunt bru-
torum, quam hominum viuentium: quia quando homo pec-
cat in eis, furatur delectationem bestiale.

Vnde homo, quasi furtum facit oculte, & non ma-
nifeste: sed clam & furtiè committit hoc furtum bestiale:
quia quasi aquæ immundæ immundam faciunt animam. Et Pro. 18
quia iam, cum peccator in profundum venit contemnit gra-

Tomi. I. Ser. I. Fer. 4 post. 4 Domi.

tiam & gloriam dicit glo. ord. In hoc mare irruunt venti, à
regione deserti, & tempestate Iob. i. Et concussit quatuor
angulos domus, id est, quatuor virtutes cardinales, scilicet,
iustitiam, prudentiam, fortitudinem & temperantiam.
Et Tyberiadis. i. bona visio: quia est bonum apparenſ, scilicet
imaginarium falso pictum. Et mundani sunt, quasi pueri,
qui faciunt quasi domos parvas de limo, multo tempore &
multo labore.

Cùm vocantur à patre, aut à matre deſtruunt illas. Deside-
remus: ergo illam gloriam, quasi fontem viuum, in qua beat-
iſtū ſunt ſemper famelici & ſaturati. Qui edunt me adhuc eſu-
rient. Ee qui bibunt me adhuc ſitient in qua diſcumbent no-
ſtræ potentia, memoria, intellectus, voluntas, ſicut mem-
bra corporis ſolent quiescere. Vbi diſcumbernus ſuper
fœnum, id est, dominabitur carni noſtræ. Vbi reliquiae
erunt multæ, ylo que ſobre es, lo que harta, quomodo ſu-
pererit de conuiuio: quia ſuper eſt gloria, in qua dicetur. Hic
eſt vere propheta & vere gloria noſtra, quam nobis præſta-
re dignetur Dominus Iefus.

Sermo Primus Feria Quartæ post Quartā dominicam.

Thema. Preteriens Iefus vidit cecum à

Natiuitate. Ioan. 9.

In iſto ſermonē exponentur aliqua ex euangelio. Quædam
in ſenſu miſtico, & quædam in ſenſu morali.

Dvos cecos legimus à Christo illuminatos. Vnū de quo.
Matth. 20. Et Mar. 10. Et iſtum cecū à natiuitate, ille ſtat
in via & clamat pro viſu dicens, domine ut videam. Et ſtans
expicit Christum, hic autem non clamat. Sed preteriens Ie-
fus vidit illum, & misericordia motus illuminat eum, primo
expuit in terrā: & deinde mittit ad natatoria filioe: quia nō ſta-
tim vidit: et primus ſic vidit cū dixit Christus respice. Ex hoc
elicitor ſacramentū abſconditū in litera. Cucus ille particula-
rem peccatorem ſignificat: ad cuius illuminationem requiri-
tur: q̄ sit inuia. Et nō poſt mortem: quia iurauit per viueſtem
in ſecula ſeculorū quia amplius tēpus non erit. s. poenitentiæ:
quia

quia cōcludit dominus vias meas lapidibus quadratis. s. post Luc. 3.
mortem vt exire nō possim per poenitētiā. Et necesse est hūc
clamare per poenitētiā. Et q̄ turbē. i. turbationes mundanę
nō impediant ipsum. Et q̄ Iesu stet per misericordiam: & per
gratiā nō prētereūdo illū. Et q̄ miraculo se sanet dices: respice.

Sed nō stet cecus nō clamat, & nō statim sanatur, sed primo
mittit saliuam in terrā: fit lutum, liniuntur oculi mittitur ad
natatoria syloē. iste cecus significat totū genus humanū ex-
catum. In primis parētibus: quia demō linuit oculos eorū su-
perbia dicens. Eritis sicut dij. Vnde putantes videre ceci faēti Gene. 3.
sunt. pro salute non clamat iste cecus: quia pro maiori parte
mūdus. i. tota gētilitas putabat se videre: quia tātū Iudaismus
erat illuminatus lege & prophetis: licet multi eorum ceci. Es- Spa. 2.
sent: quia obcecauit eos malitia eorum: nō venit Christus vo- Ad Ti.
catus: q̄a nō ex operibus iustitiae que fecimus nos. Sed secun- 3.
dū mīlericordiā suā saluos nos fecit. Venit ergo & mīa motus Eccl. 24
expuit in terram. i. verbū exiit à patre: q̄a sicut saliuā ab ore
exiit: sic filius à patre. Ego ex ore altissimi prodij primoge-
nita ante omnē creaturā. Vnita est ergo saliuā pulueri. i. ver-
bum humanitati nostrā, qñ verbū caro factū est: nec tunc vi-
sum recepit infirmus, sed missus ad natatoria syloē. i. ad sacra-
mentū baptismi & alia sacramenta. Quæ habent efficaciā à Mat. v.
passione Christi, qui nō tantū dicit qui crediderit. Sed qui cre-
diderit & baptizatus fuerit saluus erit. Et sic visum spiritualē
recepit. Vnde bene dicitur, q̄ nec hic peccauit. s. genus huma-
nū nec parētes eius: vt iste cecus nasceretur. Sed vt manifestetur
opus redēptionis in eo, quod fāuet opinioni scoti: q̄a secluso
peccato deus fieret homo, propter cōmunicationem bonita-
tis suę. s. vt manifestentur opera dei in illo. sequitur: vt mani-
festentur opera dei in illo: quia sicut figulus qui ex limo ter-
ræ formauit hūc cecum sicut primum hominem, potentiam
& scientiam habet faciendi hunc cecum sicut & primum ho-
minem. Et sic faciendi vnum vas in honorem, & aliud in con- 2. Thi. 2.
tumeliam, id est, vnum perfectum: & alium imperfectū, imo
omnes potuit facere perfectos: quia dei perfecta sunt opera. Deu. 32.
Et tamen non à casu & sine fructu: non sine sacramento: &
misterio: fecit hunc hominem cecum nasci: & à natuitate. s.
vt manifestentur opera dei in illo.

Primum opus incarnatiōis & redemptiōis. formatuit Deus
Cane. 2. hominem de limo terrae : & inspirauit in eo spiraculū vitæ ad
manifestandū , hoc opus , hæc cū dixisset. s. vt manifestentur
opera dei in illo, expuit in terrā Iesu , & lutū fecit ex sputo, qā
sicut saliuia effluit à capite sic filius à patre, & illa saliuia. i. filio
in uoluto terre virginali virginis Mariæ liniti sunt oculi totius
generis humani : missi tamen ad natatoria syloë. i. sacramen-
ta ecclesiæ quæ fluxerunt à passione Christi.

Secundū op⁹ fuit fides apostolorū & martyrum, quia sicut hic
cœcus adducitur aparētibus ad hæbreos , & interrogati. Hic est
filius vester. Respōderunt sic. Quomodo a per te sunt oculi ei⁹.
nescimus. ætatē habet respōdeat p se ipm interrogate, dic tu
quomodo aperti sunt oculi tui ait ille, ille hō qui dicit ur Iesu
lutū fecit ex sputo, & da gloriā deo, scimus qā hic peccator est
& deus peccatores nō exaudit. & sic inuenies trinā cōfessionē
huius cæci, qua Christū confessus est. In qua est pthomartyr,
& originale martyrum, apostolorū & cōfessorum.

Tertiū opus est iustitiae, quia deus punit rebellionē spiritus
ad carnē, infirmitate, vel flagello carnis quod sentiebat beat.
ad ro. 7 Pau. dicens, Infelix homo quis me liberabit à corpore mor-
tis eius. sed nos sicut vrsi impinguamur flagellis.

*Duxit quoniam ēgo
in veritate hoc idem*
i. Re. II. Quartum opus misericordiæ, quia cæcus tantū habet vnū
inimicū. i. vnū oculū, & demon magis vult nos luscios quam
omnino cœcos. i. stultos, quia cum stultitia nihil lucratur. cum
malitia lucratur multum. Ideo dixit Naas, Hoc paclū feriam
vobiscn: vt eruam oculos dextros, quia magis vult nos luscios
qā omnino cœcos. Quintum opus est, potētia diuina quā deus
ostendit in miraculis. Vnde dicitur hic, non est auditum à se-
culo quod quis aperuerit oculos cæci nati.

Sextū opes doctrinæ moralis, quia si superbus es ita qā infla-
tio superbiæ cœcauit oculos tuos, pone os del lodo super oculos
tuos. i. memoriam mortis & statim videbis, & si puluis auaritiae
te cœcauit, & silimus luxuriæ. ponite lutū. i. pone os de lodo. i.
memoriam mortis, qā facile conténit oīa qui se putat moriturū.

Septimū opus, quia de⁹ spuit tribulationē & ignominia su-
per nos, que si admixta fuerit pulueri n̄o. i. fragilitati n̄ræ vt
cognoscamus n̄ras miserias. Fiet lutū quod erit optimum col-
lirium ad illuminandū spiritualiter intellectū n̄rum, vt queran-
mus

mus Psa. imple facies eorum ignominia, & querent nomē tuū
dñe. Sicut flabellū, seu folis videtur extinguere flamā fornacis Psal. 82.
sic tribulatio extinguere videtur virtutem, & tamē eam auget.
Vnde beat. Pau. Virtus in infirmitate perficitur.

2. CO. 12.

Me oportet operari donec dies est venit enim nox: quando
nemo poterit operari, si Christus secundum quōd homo dicit
quōd veniēt nocte nemo operatur meritorie. i. post mortem
qui operatus est salutem pro nobis in medio terrę, quid nos
poterimus mereri adueniente morte? Opera subtilia requirūt
lumen, & de die fiunt, grossa nocte, moraliter, meritum est op-
pus subtile quod requirit discretionē & usum liberi arbitrii,
& integritatem circumstantiarum, ideo in die gratiæ est operā
dum & exequendū. peccata sunt opera grossa & rudia. Ideo si
ne luce gratiæ fiunt. Ioan. Qui agit malū odit lucē. ratio quare
in nocte, id est post mortē non possumus mereri est, quia tem-
pus merendi terminatur in morte & usque instans mortis cur-
rit misericordia, & instanti mortis incipit iustitia fungi iurisdi-
ctione. solet in castello esse puteus à quo hauritur à qua quan-
diu dies est. Quia ambulant suprapontem mobilem, leuadiza
adueniēt nocte: eleuatur pons & nullus potest haurire aquā
à puteis, sic in hac vita sunt putei, scilicet sacramenta à quibus
effluit gratia ex opere operato ex magna dei misericordia in-
stituente sacramenta. In hac vita, post mortem eleuatur di-
uina misericordia in collatione sacramentorum, quia solum
durant usque ad mortem. Et eleuato ponte aqnam sacra-
mentorum ducere non possumus, sine qua mereri de lege ordi-
nata non valemus. Et sic bene dicit. Venit enim nox, id est
mors quando nemo poterit operari.

Ioan. 3.

Sputi ergo in terram, & fecit lutum ex sputo & linuit oculos eius, saliuia figurat gratiam diuinam. Tum quia saliuia pro-
cedit à capite, & gratia à Christo qui est caput ecclesiæ, quia
gratia & veritas per Iesum Christum facta sunt. Tum quia sa-
liuia hominis Ieiuni interficit serpentes, sic gratia christi defen-
dit nos à veneno peccati. Tum quia saliuia est in stomacho, &
in ore. Gratia in gloria est in stomacho, & in hac vita est in o-
re, quia spuitur & faciliter perditur. Iob Dimebit me vt glutia Iob. 12.
saliuam meam, id est vt fruar gloria in qua glutit beatus saliuam, ita vt eam spuere non valeat, hæc saliuia miscetur pulue-

z 5 ri, id

Tom. I. Ser. I. Fer. 4. post. 4. Do.

ri, id vertibilitati arbitrii nostri, & fit lutum, id est meritū progressiōēs à volūtate nřā & gratia diuina quo merito illuminatur intellectus noster, & interrogat cæc⁹ quomodo aperti sunt oculi. Respōdit. ille hō q̄ dicitur Iesus fecit lutū ex sputo & liniuit očlos meos. & dixerunt vbi est ille, ad ille dixit. Nescio.

Hoc est quod oculi Christiani deplorant, quia quāuis perfidem illuminatus & per ipsam fidē videns & cognoscēs, & credens in deum, nec dum tamē aperte. Videmus illuminatorem nřm. & insultantibus nobis aduersariis. i. infidelibus dicētibus ut ostendamus illis illuminatorem nřm. i. deū nřm. Vnde. Psa.

Esa. 41. Fuerunt mihi lachrimę meę panes die ac nocte dū dicitur mi. 1. cor. 13. hi quotidie vbi est deus tuus? Scio quia video nūc per speculū Psa. 41. in egnimate. Sed tunc video facie ad faciem. Vnde sicut desi

Tre. 1. derat ceruus ad fontes aquarū ita desiderat anima mea ad te deus. Vide ergo dñe afflictionē meā quoniā erēt⁹ est inimic⁹, Scio namq; per fidem quia fecit lutū ex sputo. & liniuit očlos meos, vt per illam fidē illū viderem cognoscere & crederem. Scio q̄a surrexit, & ascēdit in cœlū. Et venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculū per ignem. Sed qualē me inueniet, &

Eccle. 9. quomodo me iudicabit nescio, quia nescit homo. Vtrū amo-revel odio dignus sit, sed omnia in futurum seruātur incerta. bene ergo cœcus bis interrogatus, Quis illuminauit oculos ei⁹?

Psal. 12. respondit. Nescio. Illumina ergo oculos meos ne vñq; obdormiam in morte. dicant ergo fideles ad cōfundendos infideles & paganos alta voce, ita vt audiatur in excelsam supra siue in infernum deorsum. Ille homo qui dicitur Iesus fecit lutum ex sputo, & liniuit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria syloc, & lauare, & abii, & laui, & video sicut dixit cœcus noster Si turbatur pax ecclesiæ, si fecit rabies persecutorū inter omnia generato remonstrū clamet fidelis hoc carmen glorio sum cæci nostri, dicens: Ille homo qui diciur Iesus fecit lutū. sequitur non est hic homo à deo qui sabbatū nō custodit. Leu. 23. dicit Moses, Sex diebus operaberis septima die cestabis, vt requiescas & asin⁹ tuus, & refrigeret fili⁹ ancillæ tuæ & aduena. Hæc ibi. ex q̄ auctoritate, patet, q̄a requies dei festi tripli rōne obligat. primo ppter dei p̄ceptū quod est potissima ratio. secundovt dies festus totus cōsumetur in rebus spiritualib⁹ animę. Tertio vt requiescant corpora animaliū & seruatorū quos nō vult

vult deus ut nimis fatigentur in quo se ostendit dñm corporū & animarū, & hanc rationem vltimā tangit quādō dicit, Ut re quiescat bos & asinus tuus. Itē nota, q̄ in eodē c. 23. Dixit deus omne opus. seruile non facietis in eo, in quo nō prohibet dñs omne opus. sed tñ seruile illuminatio cæci nō est opus seruile, sed libertatis & magnæ misericordiæ. Vnde errant dicentes, Non est hīch homo à deo quia sabbatum non custodit.

Vnde nota, q̄ triplex est opus, quoddā mercenarii cuius finis est merces cotidiana, hiclabor est, p̄hibitus diebus festis. se cundū opus est per gratiā in operibus virtuosis. Cuius finis est vita æterna, Iuxta illud Pau. Gratia dei vita æterna & ista ope ra omni die debent fieri. Vnde omni tēpore benedic deum ad modū sanctorum qui non cessant cotidie clamare sanctus sanctus, & quia opus misericordiæ est maximus modus benedicē di deum. Ideo isti Iudæi nō bene accusant Christū de fractio ne festi dicentes nō est hic hō à deo. Tertiū opus est peccati & nullo tēpore faciendū est, sed maxime nō est perpetrandū die festi quod deo maxime dedicatū est, & de hoc opere seruili lo quebat p̄prie lex dei spūaliter intellecta, dicēs. Omne opus seruile nō facietis in eo, opus nāq; peccati p̄prie est opus seruile, quia nulla seruitus est ita magna nec sclauonia, sicut seruitus p̄cū, sicut nullalibertas, est sicut libertas spūs, quia vbi spūs ibi libertas. i. vbi spūalis vita & gratiosa & sine mortali culpa, ser uitus p̄cū patet in oībus p̄cūs, maxime in peccato carnis, quā enim seruitutem habet adultera quātū timorem & quātam libertatem habet honesta mulier. Vnde beat. Pau. Quis me libe rabbit, quasi dicat, si lex peccati duxisset me ī seruitutem turc⁹ sustinuisse vtiq; quia ibi potuisse habere spūs libertatem sed quia inducerē me vult in legem. id est seruitutem peccati. cui nunq̄ ego seruire intendo, ideo infelix hō. Et nota, q̄ quasi instrumēta diuina sunt dona spiritus sancti quę beat. Pau. Po 2. cor. 3. suit. f. sermo scientiæ genera linguarū, p̄phetia grā sanitatū, & iste grā non sunt subiecte temporis, vel dieb⁹ limitatis quia nec est in hominis potestate, Sed dator illarum voluit dare quia de sursum sunt descendentia à patre luminum.

Ab opere seruili peccati semper cessandum est. ab opere vir tuoso nunquā: ab opere mercenarii diebus festiis tantum. Nota q̄ nec ex vi verborū legis dies sabbati erat dies cessatiōs ab omni

ab omni opere seruili. i. mercenario: quia non dicit moses, q
deus omnino requieuit die septimo, id est, sabbato. sed dicit
sic: cōpleteuitq; deus die septimo op⁹ suū quod fecerat dicit hic
quidā doct^ror sic arctabimus ergo Iudæos qui deocio sabbati
gloriātur, quādo iam deus operat in sabbato cōplēs suū opus
q; fecerat. Et nota, q; dies festus dei est quasi dies de alarde, in
quo de^r vult videre milites suos Christianos quomodo dispo-
fiti sunt ad bellū mortis, si habet bonū equū & pulchra arma.
Episcop⁹ est quasi veedor: seu visitator generalis curati sunt.
q; visitatores & veedores particulares ad examinandum nos
an simus digni gloria ad quam nos perducat dominus Iesu.

Sermo Secundus moralis de eadem Feria. Thema.

Fecit lutum ex sputo. Ioan. 6.

Duo dicemus primo exponentur antecedentia ad miracu-
lum moraliter. secundo ipsum miraculū figurās sacramen-
tum poenitētiæ, primū quod præcessit illuminationē ceci. est
visio Christi: quia præteriens Iesus Vedit cecū à natuitate. in
quo significatur auxiliū speciale quo indiget peccator ad hoc
q; recipiat visum animæ. secundū q; præcessit illuminationem
ceci. est saliuā quā expuit Christus in terrā. ex qua fecit lutū.
Tertiū: quia missus est ad natatoria Syloe. quartū: quia lini-
uit oculos ceci. Moraliter hæc sunt prævia remissionis pecca-
ti. oportet primo, q; deus oculis clementiæ aspiciat peccatore.
Vedit deus peccatore ēgrum ad conferendū illi medicinā. Sic
vidit Matthæū, ēgrotantē febri avaritiæ: quia sedebat in the-
loneo. Et dixit illi sequere me. Et surgens fecutus est eum: sic
respexit dñs Petruin egrotatē. Et egressus foras fleuit amarè.
Istaviso Christi significat, primū quod peccator facere debet
est videre seipsum vulneratū, consideret suā cecitatē. Et nota,
q; Christus nō celeriter vidit cecum, sed cum mora aspiciēdo.
Et tāgendo. Vnde discipuli sumperūt occasionē interrogādi.
Raby. q; peccauit iste aut parētes eius ut cecus nasceretur? sic
nō confitēs per annum integrum immorari debet in cōsyde-
ratione suorū peccatorū: sicut intrās domū tenebrosam quæ
longo tempore non est habitata ad videndum immunditias
illius longam moram protrahere debet. Ignorat peccator

Mat. 26

numerum

numerum peccatorum & eorum grauitatem, propter eorum subtilitatem, quia iudicio nostro apparent minima, quæ tamē iudicio Dei sunt grauiæ, ut peccata spiritualia, quæ nos ponde ramus pondere publico & ponderat Deus pōdere sanctuarii. Quod magis ponderat, & nō est mirum quia nemo est iudex Leni. s. rectus in causa propria. nam quælibet pars adiudicat sibi cau sa m. Contingit nobis sicut ebriis, qui statim sumno oppressi non vident quæ circa se fiunt, sic nos delectatione sensuali inebriati non videmus peccata nostra, & tantopere differimus confessionem quod tantæ tenebræ peccatorum occupant con scientiam ut non possumus videre ea, tantæ tenebræ erant in ægypto, ut nullus proximum soum videre posset, sic tantæ tenebræ in conscientia differentium confessionem sunt ut non possint aspicere proxima peccata. Aliqui etiam habent tam debilem intellectum ut difficultates peccatorum suorum non valeant intelligere, sicut Lazarus resuscitatus, adhuc erat ligatus sudario in facie in quo significatur difficultas intelligendi. Cum igitur multis modis ignoremus peccata nostra. Oremus Iesum ut ipse videat nostra vulnera, & nobis concedat auxiliū ea videndi. quod petebat Iob, dicens. Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera & delicta ostēde mihi iniquitates, id est inæqualitates ad Deum & ad proximum, intelligens secundū modum humanum, quia sicut per inæqualitatē humorum fit homo cecus, sic per inæqualitatē iustitiae ad Deū, & ad proximum fit homo cecus in facto suo, & peccata dicuntur ea quæ ex aliorum victu & coniunctione contraximus: scelera dicuntur, id est in verecunda & frequenter commissa cōmittuntur, sicut in male habituatis cōtingit, & delicta sunt peccata omissionis quæ committimus. hæc omnia videre debemus ad contendum. Et vt dicit Rupertus in lib. officiorum diuinorum, hæc quarta feria nominatur feria scrutiniorum, quia baptizandi in ecclesia primitiua dabant sua scrutinia in quibus fatebātur fidem, & ascribebant nomina sua, & sic appellabatur dies scrutiniorum, quod optime congruit pœnitentibus. qui scrutari & examinare debent conscientiam ante confessio nem sacramentalem, nam sicut citharedus in secreto temperat cordas antequam cythara faciat musicā in manifesto, ita pœnitens in secreto temperet cogitationes, affectiones, opera, negotia,

gocia antequam faciat musicam in confessione, Vnde Consi-

Psal. 42. tebor tibi in cithara Deus deus meus . etiam in Esa. Meretrix

Efa. 23. tradita obliuioni sume cytharam , & frequenta Canticum &

circue ciuitatem. Reprehenditur obliuio in confessione, quo-

niam tenetur poenitens apponere magnam diligentiam sicut

in negocio arduo, sumat cytharam . i. præparet se ed confiten-

dum, & ad agendum poenitentiam quæ significatur per cytha-

ram, temperet chordas . i. corda, & passiones, & sicut musica in

cipitur à diuersis chordis & nō ab eadē semper sic poenitentia

incipit aliquā à fide, & à timore vel ab amore dei, & sicut chor-

de sunt affixe in clavis, seu clavis, sic nostræ affectiōes in cla-

vis Christi sunt affixe, vt reddant sonū benesonantem oport-

et simul pulsare chordas manu & canere voce, vnum sine alte-

ro non sufficit, lingua cōfiteatur peccata & manu satisfaciat:

confessio peccatorum & satisfactio æqualiter sonent, Publi-

canus petendo misericordiam, dicens, Propitius esto mihi pec-

catori, simul percutiebat peccatum suum. Tubal inuenit artē ope-

Gen. 4. randi in ferro, & Tubal Caym musice artem audiendo iētus

quos malleo faciebat super incudē eius sic duo fratres sunt

corpus & anima, corp⁹ satisfaciat in satisfactione, & anima

canat in confessione. Sic Psal. Laudate in tympano & choro,

Psa. 105. In tympano significatur satisfactione in choro canente mens lin-

gua confessione personent, circa ciuitatem animę, considera

officia quæ habuit, loca personas. Cum quibus negocia gessit

Considera vicos & plateas . i. peccata occulta & manifesta,

Secundum quod præcessit illuminationem cæci, quia spuit

Iesus in terrā per quod significatur motus abominationis quā

de peccato habere debemus. cōscientia peccatoris est velut la-

trina fecis & stercoris quam abominare debet & sicut saluam

proiicimus ab ore sic peccata à conscientia sunt proiicienda.

Vnde Hieremias, Magna est velut mare contritio tua, quia si-

cut mare proiicit extra littus corpora mortua . sic conscientia

peccata mortua per cōtritionē debet eiicere foras per confes-

sionem . Et sicut filii Israel non fuerūt securi ab ægyptiis quo-

usq; viderūt corpora eorum mortua super litus, sic peccator

non est securus quo usq; videat peccata proiecta extra linguā

per confessionē spui ergo debet peccatum, quia abominabile est,

& etiam spui debet tanquam superfluum, ad delendum pēn-

requiritur

requiritur meritum Christi & eius passio à qua sacramentum
poenitentiae habet efficaciam, & totum hoc significatur in spu-
to Christi, quia significat quod in proximo facies illa plena gra-
tiarum erat expuēda. Vnde expuebant in faciem eius. In spu-
to notatur etiam meritum Christi, quia sputum est superfluum
digestionis & meritum est superfluum Christo, quia beatitudo non est collata illi ex meritis, quoniam excessit omne meri-
tum, sed meruit nobis primam gratiam, & apertione ianue
coelestis & gratiam quæ confertur virtute sacramenti, ex opere
operator. Vnde illud superfluum Christi, id est meritum pas-
sionis. Fuit nobis valde necessarium. licet Christo fuerit super-
fluum: quia ut dixi omnia sacramenta habent efficaciam à Chri-
sti passione. Vnde potest dicinatatoria syloë, à qua manant
septem fontes, id est septem sacramenta quæ si volueris ad-
uertere reperies in Christo crucifixo. mystice, & figurati-
ve aqua lateris significat sacramentum baptismi de qua vidi
quam egredientem a latere dextro, & sacramentum matri-
monii, in uione humanitatis ad verbum in quo sunt due na-
turæ, scilicet, deitas, & humanitas, sacramentum confirmatio-
nis in anima & spiritu: Sacramentum ordinis in ipso crucifi-
xo qui semel ipsum obtulit Deo patri in oblatione & odorem
suavitatis. Sacramentum poenitentiae in latrone confitente pec-
cata sua, nos quidem digna factis recipimus quem Christus Luc. 23:
absoluit & iubileum concessit, dicens: Hodie mecum eris in
paradiso. Extreme unctionis sacramentum notabis in copioso
sanguine per totū Christi corpus dispersum hæc dionisius. La-
uare ergo septies in isto Iordanè sicut Naaman, Iordanis riuus
iudicii interpretatur, & significat Christi passionem quæ 4.Re. 5:
fuit horrendum iudicium in quo homo iudicauit Deum ini-
quitas iustitiam peccator innocentem.

Tertium quod præcessit illuminationem cæci. Est linitio,
quia linuit oculos eius.

Hoc officium est proprium confessoris discreti & sapientis q
in principio debet consolari peccatorē sicut medicus consolatur
infirmū, nā medicus blandis verbis consolatur infirmū pollu-
ceretur salutē, vt confidentius æger detegat ægitudinē, & morbi
quātitatē, deinde querit de circūstantijs morbi de tempore &
de occasionib⁹ morbi, sic spūalis medic⁹ dū accedit ad ægrotū.

Debet

Debet eum linire & blandis verbis consolari, vt facilius morbum detegat, quo detecto facilius applicet medicinam satisfactionis, & occasionem peccati perquirat, & originē. vt si quis fornicationis sit reus inquirat an mouerit ad luxuriā, an motus fuerit à carnis concupiscentia. magis peccat qui mouit carnis concupiscentiam, quam qui motus fuit ab ea. Caveat propterea qui peruersum eligit confessorem qui non sciat lini

Mat. 27 re oculos eius, quia iudas poenitens iuit ad Phariseos relinquentes apostolos, & nihil auxiliū inuenit, sed augmētum desperationis. non sic Apostoli fecerunt qui orauerunt pro socrū

Luc. 4, Symonis, & pro Chananea clamante. eligatur confessor qui

Mat. 15. sciat compati infirmitatibus infirmi. sapientes medici oleum habent. & vinum, ybera matris, in principio vt allicant infirnum, ne forte nimis confundatur. in fine habeant verba patris increpando duros & rebelles vinum pungitium vulnēbus infundendo.

Quartum precedens illuminationem ceci est mittere ad confessionem, quia licet per contritionem dimittitur peccatum tamen in voto oportet habere confessionem. & realiter confitenti secundum præceptum omnis vtriusq; sexus, quoniam confessio est fons Syloë à qua currunt aquæ cum silentio, est mundanda conscientia à factore peccati & ab immunditia. mirum est, quod homo quiescat vna hora sub latrina, & peccator per tot annos requiescit in tot stercoribus peccatorum. Hiere. 4. 8. Moab requieuit in fecibus suis. Est etiam immunditia peccatum grādis quod cōparatione illius Deus & sancti nullam immunditiam corporalem iudicant esse immunditiam, vt patet in angelo obturante nares suas dum transiret peccator. & non obturabat presentibus cadaveribus putridis. Matthi de corde exēunt cogitationes, furta, adulteria, & homicidia, hæc sunt quæ coinquinant hominem.

Secundo apparet quantitas maculæ, quia peccatum dignissimam creaturam, scilicet hominem facit porcū, scilicet cane im mundiorem, quia est canis reuersus ad vomitum, & suis in volutabro luti lota, & omnia facta eius, & opera immunda reddit. ita vt quęcumque talis tangit immūdus immunda sint ei. Et ideo Deus tantum abominatur illam immunditiam, quod hominem tali immunditia immundum euomit usque ad sen tinam

tinam inferni. Apo.3; quia tepidus es ad bonum faciendum
incipiam te euomere de ore meo.

Tertiò apparet quantitas immunditiae: quia nulla terrena ablutio potest eam lauare. Sed oportuit dominum Iesum Christum facere fontem poenitentiae, & accipere officium locris ad maculam peccati lauandam. Et propter lotionē huius macula multa lauacra instituit, scilicet, lauacrum regenerationis, & renovationis in sanguine suo, scilicet, sacramētum baptismi in spiritu sancto. fecit etiam alia lauacra. s. aquā diluuij, ignem iudicij & purgatorij, & tribulationis, & martyrij, aquae benedictæ, lachrymarum verborū sacrorum & omniū sacramentorum. Et præcipuum lotionem fecit de sacramēto confessionis, quod significatur per natatorium syloë. Bernar. peccata in confessione lauantur, ideo Paulus dicat purgationem peccatorum faciens. Propterea qui cecidit in latrinam aut lutum multum desiderat fontem in quo lauetur: & mundetur ab illis immundiciis. multo magis poenitens quādo inuenit fonte confessionis. Vt lauetur ab immunditia sua, à qua omnes aquæ, & laxiuia mundare non possunt.

Et nota, quia à fonte syloë aquæ currebant cum silentio: in quo notatur, quod in sacramento confessionis confertur gratia. Ex opere operato, quod est figuratum in libro Re. Heliæ 3, reg. 19. existenti in spelunca non ita cito occurrit dominus. Ita peccatori existenti in dominio dæmoni. Sed deuotio imperfecta ex tribus procedit. primo ex spiritu conterente petras, id est, ex timore Gehennæ conterente duritiam: & superbiam cordis: initium sapietiæ timor domini. ps. 110. Quidam enim propter timorem mundanum confitentur, alij propter gloriam mundi, post timorem inferni occurrit cōmotio, id est, cogitatio de peccatis, & de malo statu in quo est. Commouisti terram & conturbasti eam in illa commotione incipit displicere status peccati? Qui ante placebat experientia docet aliqua esse nocua & displicibilia, quæ placentia videtur. Ut cibus corruptus quem appetitus apprehendit à principio bonum post inuenit corruptum. habet enim peccator appetitum corruptum per delectationem quandam quam percipit in peccato. Sed percipiens amaritudinem inferni illud euomit per confessionem. peccatum enim dum agitur placet, post actum displicet.

Ad Hebrei. 1.

Tomi. I. Ser. I. Fer. 6. post. 4. Do.

Esa. 58.
Tertio præcessit ignis. i. aliqua atritio de peccatis, quæ est insufficiens ad delendum peccatum. Et quia difficile est scire si est cōtritio ante confessionem aut non: ideo in tribus præcedentibus nō apparuit dominus, sed in sibilo aure tenuit. i. in confessione quā solus sacerdos audit. Et tunc currunt à fonte confessionis aquæ gratiæ cum silentio clamabit & dicet. Ecce ad sum per gratiam & dabo gloriam.

Sermo Primus Feria sexta post Quartam dominicam.

Erat quidam languidus. Ioan. 11.

INTRODUCTIO.

Paulo superius dixerat Christus Ioan. 9.c. Venit hora & nunc est quādo mortui audiēnt vocem filij dei. Et qui audiērunt viuēt, quorum vnu maximus auditor, & factor operis fuit Magdalena soror Lazari erat, q. sepulta in monumēto, & sepulchro fetido peccatorum omnium exterius depīto. Intus fetido & exterius dealbato. Vere audiuit & intellexit, & habuit aures audiendi vocem filij dei, & vere surrexit: quia quot oblectamenta viciorum habuit tot fecit defē holocausta virtutum. Iam non consumit tempus in vestitu, & ornatu. Iam nō vt̄ odoribus ad delectationē carnis, postquam Christus hoc opus maximū fecit, scilicet, iustificatiōnem impij. Quod est maius quam creare cœlum & terram: quia in creatione cœli & terræ nunquam deus habuit repugnantiam: in iustificatione impij sic propter liberum arbitrium, propter quod nō potest te iustificare sine te: nūc ergo post spiritualem resurrectionem Magdalenæ. Venit ad suscitandum Lazarum corporaliter quatriduanum in monumen-
to. Vnde Paulo ante dixerat Christus, Iud. xii, si nō facio opera patris mei nolite credere mihi, si autem verbis non vultis credere operibus credite. Ecce opera Christi in oculis vestris facta quæ propriè sunt miracula. s. sororē resurgere à peccatis nunc etiam fratrem resurgere in oculis vestris: non in occulto. Sed in manifesto in Ianuis vestris in Bethania quindecim stadijs, distante Hierusalem. Cur non creditis, & intelligitis, clamant

clamant lapides, & intelligunt. Ex quo vos non intelligitis, & corda vestra duriora sunt lapidibus, aduertite quando vide-
ritis in morte solem obscurari: mortuos resurgere lapides
scindi, & saltim tunc credetis. Vbi mortui lapides, Sole elemē-
ta in surgent contra vos.

Et nota, quod ponderat quidam doctor, q̄ hoc miraculum
fuit factum quindecim diebus ante Christi passionē: & insti-
tutionem sacramentie eucharistie, quoniā praecepit deus in li-
bro Nume. Ut quindecim dies ante bellum: vel antefestū seu
conuiuium exequendum pulsaretur tuba. q̄ denuntians bel-
lum, seu conuiuium intra quindecim dies, futura fuit ergo
resurrectio Lazari. q̄ tuba. denuntians bellum cōmittendum
in die sancta Veneris. Et sacrum conuiuium quod die coenæ
Christus erat facturus omnibus Christi fidelibus de carne: &
sanguine suo. sequitur expositio euangelij pro tota cōcionē
Diligebat Iesū Mariā Marthā: & Lazarū: & merito diligebat
Christus hos fratres: vt dicit quidā doctor in quibus tot & tā-
ta misteria sunt celebrata: in Lazari resurrectione fuit figura:
ta resurrectio ḡnalis omniū de qua Iob. Reposita est hēc spes Iob. 19.
in sinu meo. in Maria resurrectio omniū peccatorū à culpa.
vt in principio dixi. In Martha & Maria status totius ecclesie
militantis est significatus propter duas vitas. s. aetiuam & cō
templiuam: iuxta expositionem illius euangelij intravit Ie-
sus in quoddam castellum: & mulier quædam Martha nomi-
ne exceptit illum. Elegit ergo hos fratres: vt vasa electa gloriae Luc. 10.
suæ. Et vt demonstratores & representatores primos gratiæ, &
gloriæ suæ, & resurrectionis generalis.

Secūda rō ppter quā diligebat hos fratres est: q̄a redēptor
in quātum homo habebat omnē perfectionē illi cōuenientē
perfēctio est in homine diligere amicos suos ppter fugiēdam
ingratitudinē sopena de ser ingrato, & naturaliter boni & vir-
tuosi afficiūtur ad bonos, & virtuosos: iuxta illud Tulianū pa-
res cū paribus facilime cōgregātur. Et quia isti fratres dilige-
bāt Christum erant amici eius, ideo eos diligebat. Erant pro-
ibi, amici hospitalitatis, & propterea Christus diligebat eos.

Tertia ratio: quia in istis fratribus figurantur tres status à
deo dilecti. Lazarus interpretatur adiutus. Et significat statu
ecclesiasticū: & nobiliū qui adminiculum & auxilium à deo

recipiunt. Tum in redditibus ecclesiasticis: tum in immunitatibus, & exemptionibus: nobiles etiā diligūtur à deo quorum gloria oritur ab utero, & cōceptu dedit illis magnos reditus quibus multum mereri possunt. Sed heu quoniam difficultime resurgunt ecclesiastici, & nobiles peccata eorum magis fetent, quam peccata populi. Faciliter suscitauit Christus, puellam in domo. Et filium viduę in via. Sed Lazarum cum magna difficultate: populares faciliter resurgunt à peccato. Sed ecclesiastici & nobiles cum difficultate: vt experientia docet, diligit Christus deuotos in Magdalena significatos, diligit sollicitos: in obsequio proximorum præsertim in ministrando hospitibus, significatos in Martha. Et isti fratres habitabant bethaniae. Quæ interpretatur domus obedientiæ: & sic significantur religiosi inclusi in monasteriis in omnibus, quæ non sunt contra animam & regulam suis prælatis obedientes.

Sequitur infirmitas hæc: non est ad mortem. Quid est hoc domine: quia dicis, quod hæc infirmitas amici tui Lazari nō est ad mortem? nonne dicis hoc: quia infirmitas hæc nō attingit usque ad mortem? Certum est, quod peruenit & transit ultra, quoniam corpus separatum ab anima est, & omnino mansit desertum: & ita fetidum odore tam fetido, quod dixit soror eius ne accedas domine. Quatriduanus est. Et feta quomodo dicis, quod infirmitas hæc non est ad mortem: vel forte dicis, quod tam facilis est resurrectio eius tibi sicut excitatio dormientis. Quia dixisti amicus noster Lazarus dormit vadam: vt à somno excitem eum? Respond. quando mors est causa totalis, & finalis infirmitatis: quia scilicet, ex infirmitate nihil aliud resultat nisi mors. Tunc bene dicitur: & vere: quia infirmitas est ad mortem. Quando autem mors non est causa finalis infirmitatis, id est, quando infirmitas non dirigitur ad mortem tantum quantum ad aliud significatum per mortem, id est, ad vitam. Tunc vere dicitur infirmitas non est ad mortem. Et sic intelligitur hic cum dicitur infirmitas hæc nō est ad mortem, quod si queris ad quem finem: ergo ultimum dirigebatur hæc mors lazari. Respond. ad vitam omnium, id est, ad resurrectionem generalem mortuorum. Vnde unus homo figurat omnes homines. Et propterea non sine sacramento: & mysterio est, hic enim infirmus persona spectabilis magnus

magnus dñs notus oībus dilectus ab omnibꝫ amicus omniū cognatos plures, habēs emparentado in ciuitate metropolitana. Vt scilicet manifestentur opera dei in illo. Et maximè hoc opus maximum: & maximus articulus fidei, scilicet, resurrectio generalis mortuorum. Et propter hoc cum dixisset, infirmitas hæc non est ad mortem addidit. Sed pro gloria dei. Et vt glorificetur filius dei per illam, quasi dicat pro testificanda diuinitate mea. Quia sum filius dei, ex quo paulo ante blasphemauerunt contra me. Eo quod dixi. Venit hora Io. 5. in qua omnes qui in monumento sunt audient vocem filij dei, & procedent, qui bona egerunt in resurrectionem vitæ: qui vero mala in resurrectionem iudicij. Quibusdam enim dicentibus: quia insanit aliis: quia dæmonium habet.

Vt ergo glorificetur dei & non arguatur de insanitia. Volo nunc facere resurrectionem particularem in uno: quæ figuret resurrectionem generalem: & vniuersalem in omnibus: vt scilicet, glorificetur filius dei per illam.

Dicitur in euangelio nonne hore duodecim sunt diei, quasi dicat sol cognovit occasum suū. Vnde sicut sol iste materia Psa. 103. lis oritur in oriente: & occidit in occidente. Et non est in aliquius potestate: vt occidat antequam veniat duodecima hora eius: quia duodecim horis per agitur totus dies naturalis. Sic ergo erit de me: quia non moriar ante quam veniat mea voluntas. Et transeat totus dies gratiæ, & legis euangelicæ, & tunc vos duodecim Apostoli. q. duodecim hore huius diei qui curretis ad cursum meum: qui sum sol iustitiæ: occidetis, & moriemini mecum. Et ante non. Nonne &c. hore duodecim sunt diei, sicut ergo ambulare in nocte non est tutum: quia deficit Sol & lux, in die aut sic. Quia videt homines quo ambulant propter solis & lucis claritatem: sic & nos quandiu mecum ambulatis: quia lux sum mundo, quandiu ego vobis sum nolite timere ne cœspitetis neq; cadatis, saltim vsq; ego ut sol cognoscā occasum meum, id est, occidat, & moriar. Et tunc vos omnes offendetis ad lapidem pedem: & cadetis Mat. 26. à fide: quia tunc omnes vos scandalum paciemini in me: sicut qui ambulat in nocte nesciet quo vadit: nunc autem: quia dies est solem habetis vobisq; ne timeatis casum: non ne ergo hore duodecim sunt diei.

Tom. I. Ser. 1. Fer. 6. post. 4. Do.

Domine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus: reue
rentia ostendit Christo haec nobilis matrona. Ex quo non con-
queritur: cur non fuit ibi praesens: vel quare vocatus non statim
affuit. Sed in dubitatione cordis sui obseruata diuina reuerentia,
dicit dominus si fuisses hic. Et prosequitur verba multo maioris
reuerentiae dicens. Sed & nunc scio: quia quae cuncte poposceris
a deo dabit tibi deus. q.d. scio & confiteor te esse verum deum
deum deo lumine de lumine. Et propter hoc scio: quia nulla crea-
tura habet omnia nisi tantum creator. Nec nullus pater potest
dare omnia filio suo nisi solus deus: nec nullus filius potest reci-
pere omnia nisi deus sit: hoc enim non est fas dicere de aliquo
nisi de deo patre, & de deo filio cuius omnia sunt quae habet

Mat. II. pater omnia enim mihi tradita sunt a patre meo. Nam deus pa-
ter dedit ab eterno deo filio non parvum donum: ut seruo: nec
partem hereditatis: ut filio quasi habes alium filium. Sed quasi

Ad Ro. unico filio dedit omnia ab eterno quae habet pater. Vnde pro
10. ppter hoc corde credo ad iustitiam: & ore confiteor ad salutem:
quia quae cuncte poposceris a deo dabit tibi deus.

Dicit ei Iesus resurget frater tuus, quasi adhuc infirme in fi-
de parum dat bibere. Itaque non dat totum, quod sit: nec ne-
gat omnino potum modicum. Cum dicit resurget frater tuus,
sed non dicens hodie non dat totum quod petit. Sed nec omni-
no negat cum dicit resurget. Vnde illa scio quia resurget in
nouissimo die, confitetur fidem Catholicam: ut per hanc con-
fessionem fidei, & per hanc fortitudinem mereatur opus mi-
raculosum saltim de congruo. Fides namque est opus valde me-
ritorum: & nostrum. Nam cetera ut dicit beatus Augustinus
potest homo nolens facere praeter fidem quam volens producit

Luc. IO. iuxta illud fides tua te saluum fecit. Vnde tamquam catechiza-
tor & perfectus informator & doctor: ut plenius doceat
subdit. Ego sum resurrectio & vita, quasi dicat audi filia &
vide docere te volo quia docere te volo non tantum resur-
rectionem particularem fratris tui. Sed resurrectionem uni-
uersalem omnium, quae est potissimum articulus omnium articulorum fidei, & ad hoc oportet te credere, quoniam acce-

Ad Hebreos. II. dentem ad fidem oportet credere, crede ergo mihi. loquere do-
mine: quia te loquente audit ancilla tua. Ego sum resurrectio
& vita resurrectio corporum: & vita animarum, quoniam non
ex aliis

ex alia virtute nisi mea non alio iussu nisi meo: quoniam ipse
 dominus in iussu & voce archangeli ministerialiter in tuba i.The.4
 dei descendet de cœlo & mortui qui in Christo dormierunt
 resurgent primi. Resurrectio Christi est causa exemplaris re-
 surrectionis omnium: & causa motuâ qua deus excitatur ad
 resurrectionem generalem omniū. Vnde paulus si resurrexit,
 & nos resurgemus: sicut pater filium suum armis militaribus
 ornans facit alios milites, sic deus pater suscitans filium suum
 ex mortuis tanquā primitias dormientium omnes suscitabit
 propter illum, imo est causa effectiva resurrectionis generalis
 omniū: vt tenet Sanctus Tho. 3. par. q. 56. ar. ad. 3. dicit q̄ resur-
 rectio Christi est causa effectiva & exemplaris resurrectionis
 nostræ. efficiens quidem: quia humanitas est instrumen-
 tū deitatis. Exemplaris: quia sicut Christus resurrexit ita &
 nos in corpore articuli assignat rationē generalē: q̄a fuit me-
 trum & mensura, & primum in illo genere: sicut summum
 calidum respectu aliorum potest diei causa efficiens, & sum-
 mum album potest dici causa exemplaris aliorum alborum.
 dixit Ego sum vita: quia anima non resurgunt nisi per me,
 quoniam Ego sum vita animarum ratio est, quia annihilata
 gratia per peccatum nullus potest illam creare nisi ego solus
 nec potest quis resurgere ad gratiam nisi per me, quoniam gra-
 tia dei vita æterna. Et adhuc subdit de resurrectione anima-
 rum, qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet: & omnis
 qui viuit & credit in me: non morietur in eternum, duo di-
 xit Christus. Primum: quia & qui viuit & credit in me non
 morietur. secundum: quia qui moritur credendo resurget.
 Et secundum Ruper loquitur de duabus nationibus hebreâ
 & gentilica, hebrea namq; habens fidem vnius dei viuebant
 ex deo: quia deus vita est anima & quia notus in Iudæa deus
 per fidem. Et est deus Abraham Deus Ysaac, & Deus Iacob,
 & Deus nō est mortuorum: sed viuorum veri ergo Ysraëlitæ
 qui viuunt per fidem in deo non moriuntur, id est, non mori-
 entur in eternum, & hoc est, quod dicit omnis qui viuit, &
 credit in me nō morietur in eternum. Sed & de natione gen-
 tiū quæ semper mortua fuit per infidelitatem subdit, qui
 credit in me etiam: si mortuus fuerit viuet: quia natio-
 nes deo: quæ mortuas esse videntur, sed viuimus in eternum
 aa. 4. i gentium

Ad Ro.
6.

Psal. 75.

gentium quæ non vivit ex deo. Sed mortua est per infidelitatem, si credit, & omnis qui mortuus fuerit vivet. i. si mortuus fuerit per infidelitatem vivet per fidem & per gratiam. Vtique dñe ego credidi, qd tu es christus filius dei vivi. Vox similis vocei Petri, sed addidit qd in hunc mundum venisti, contra heresim cherinti hereticorum dicentis Christum initium sumptissimum ex Maria contra quem dicit, qui in hunc mundum venisti, scilicet de celo in terram, quia de celis ad terram de sinu patris descendisti.

Iob. 19. Scio, quia resurget, scio sumitur pro credo in hoc loco, quia scientia duplice sumitur, uno modo pro scientia naturali qd humana ratione inueniri & probari potest, alio modo, pro notitia fidei ex revelatione habita qualis est fides infusa, quæ notitia certior est quam scientia humana, quia illa mentiri potest hæc non cum à deo procedit qui est veritas & vita. de hac dicit Iob. Scio quia redemptor meus vivit.

ad gal. 5 Aliter exponitur, qui credit in me, qui enim credit fide formata charitate quæ per dilectionem operatur, hic talis omnis si mortuus fuerit corpore, vt frater tuus Lazarus vivet in anima vita gratiæ, vel in purgatorio donec purgetur & euulet ad cœlum, vel si purgandum nihil habet vivet vita gloriæ, vel sic exponitur. Qui credit in me ex gratia gratiæ faciente causata ex diuina prædestinatione quæ non est volentis neq; currentis sed

ad Ro. 9 Dei miserationis, hictalis & si aliquando mortuus fuerit per culparum mortalem non tamen morietur in eternum, quia licet mortuus videtur quo ad presentem iustitiam non tamen quo ad futuram gloriam, quia talis electus sub ratione diuinæ electionis damnari non potest. Imò diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, etiam lapsus immortale, quoniam resurgit maiori conatu, sicut viator qd dormiuit in via excitatus celeriter ambulat.

Exo. 32. in hac confidentia olim Moses dicebat. Dimitte domine populo huic hanc noxam aut dele me de libro viuetum, non quia timeret deleri, quia præbestinatus sub ratione prædestinationis deleri non potest, sed sicut seruus maxime priuatus qui fecit à domino dimitti non posse. dicit, Fac hoc, vel dimitte me, o despedime, quia certum habet qd petit. Hæc Dionisius hic. Nota moraliter super illud. Ego sum resurrectio & vita, cœcitat humana, mortem corporis timent multi mortem animæ pauci, curantque multi ne moriatur corpus necessario moritu

moritum. Et curant pauci ne moriatur anima in aeternum victura, laborant multi sine causa & fructu, scilicet ne moriatur corpus, & ne veniat mors, & bene sine causa quia non consequuntur ut non veniat mors, sed ut differatur mors, ipse enim quotidianus defectus corruptionis quid est aliud quam quædam prolixitas mortis. Haec Gregorius Ita labor humanus in hoc terminatur circa vitæ conseruationem non ut euadant mortem sed ut faciant vitam longiorem, prolixiorem ampliusque penosam sicut inter plures gladio morituros una die non est felicior immo infelicior, qui in sero moritur quam in mane, quia aliena mors sociorum ampliorem dolorem ingerit mortis sue.

Scio quia resurget. beatus Augustinus, quasi dicat, de illa ultima resurrectione certa sum per fidem edocta & illuminata a te, de ista resurrectione fratris mei incerta sum, quia licet certa sum, quia quemcumque poposceris a Deo dabit tibi Deus, incerta tu sum an posces, vel a te ipso ages. Resuscita me domine per gratiam tuam, ut attinguam gloriam promissam quam, &c.

Sermo secundus in eadem feria. Thema.

Lachrimatus est Iesus, &c.

Ioannis. 11.

TOTAM contionem conficiam causas explicando propter quas lachrimatus est Christus. Cur ploras domine, quive nisi ad consolandum sorores, & amicas tuas, lachrimis tuis potius auges dolorem quam mitigas? Responsum quod tribus vicibus legimus Christum lachrimasse. S. in cruce, & super civitatem Hierusalem. de lachrimis in cruce: dicit beatus Paul. ad hebr. 5, quia Iesus obtulit seipsum sacrificium patri in cruce. Cum clamore valido & lachrimis. & exauditus est pro sua reverentia obtulit tunc sacrificium dicit Sco. in. 3. d. 14. pro eleatis tantum. & tota trinitas efficaciter illud acceptauit pro eleatis ipsis innumerabilibus. Vnde dicitur. Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, & obtulit clamore valido Apo. 7. maiori quam hodie in resurrectione Lazari, quod fuit mirabilis, quia homo in articulo mortis non potest emittere naturaliter vocem validam, sed remissam.

Item clamauit clamore valido, quia in ipso articulo mortis: & ultimo pucto suae agoniae intuitue vidi ipsam mortis amaritudinem & terribilitatem & horribilitatem, sicut in instanti conceptionis quod fuit speciale in Christo, quia omnes nos protunc quasi priuati sensibus omnibus & potentiis, anime sensitius non vidimus nec sentimus ipsam mortem. Vnde quia

Mat.27 folus Christus intuitue &clare vidi ipsam mortem clamauit clamore valido dicens, Heloy, heloy, & etiam obtulit cum lachrimis. mirandum est de euangelistis quare istas lachrimas Christi in passione effusas tacuerunt forte, quia multa alia dimiserunt. a quibus Ioannes se excusauit, dicens, Multa alia signa

Ioan.21. fecit Iesus quae non sunt scripta in libro hoc.

Et non decebat Paulum tacere, ex quo verisimile est, quia Ioannes hic dicit, quod pro morte unius amici Lazari, ex difficultate resurrectionis illius fleuit, quando no le costi, fino mandando, dicens, Lazare veni foras, sed in cruce quando intuitue vidit mortem omnium & defectum resurrectionis, quia per mortem, mortem autem crucis, erat facienda, certum autem est quod tunc amplius ploraret. Cum clamore valido & lachrimis, & exauditus est pro sua reuerentia, ex quo ista mors particularis Lazari & resurrectio eius figurabat illam mortem crucis, fleuit hic, ploratus illic eum clamore valido, & lachrimis.

Secunda causa est, quia amicum tam dilectum iam in tuto positum & in portu reducebat ad iterum nauigandum. & ponebat vitam aeternam in conditione seu dubio, ex quo non legimus post resurrectionem in gratia confirmatum immo forte propter hoc dicit Hieronymus quod quindecim annis quibus vixit post resurrectionem nunquam visus est ridere, ex quo videtur se positum in tuto & nunc in dubio, quoniam nescit homo utrum odio, vel amore dignus sit, & passado iam semel puerito de malo agusto, id est passu difficiili mortis: iterum deberet reddire per illum, propter hoc plorat Christus quando resuscitat amicum suum Lazarum.

Tertia causa est, quia ex quo Christus secundum quod homo revertiuit mortem, immo plusquam aliquis alias homo fragilio ris cordis, & quia non tantum secundum quod deus, sed secundum quod homo sciebat quod haec resurrectio Lazarus erat futura occasio & causa mortis suae. Viso namque miraculo, & conversione multorum Iudeorum

Eccle.9.

dæorū qui tunc crediderunt in illū, collegerunt cōcilium, dicētes. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit, ideo non **Ioan. ix.** tantū pro danno alieno sed pro suo plorat. Vñ repræsentata est Christo tota sua passio q. in speculo s. irreuerētia. y desacato diuino, q ille homo & deus vnit⁹ deo, in suis brachriis, & in suspechos de hoībus tam vilibus. **Sayones.** Tū plorabat modicū fructū suæ passionis, quæ utilitas in sanguine meo dum psal. 29. descendō in corruptionē i. in animā corruptā p̄ctō & obstinatā. & plorabat q. in præsentia matris, q tuā ipsius aīam doloris gladi⁹ pertransibit, & mater p̄ dolore flere nō poterit, qm̄ cōfratrum erit præ dolore cor eius, ideo nunc plorat **Christus.**

Quarta causa lachrimarum Christi. vt ostendat se hominē in lachrimis, & in miraculo deum, equales sunt isti articuli fidei. Credere Christum hominem, & credere Deum. Vnde in omnibus operibus Christi in quibus se ostendit hominem statim se ostendit Deum, & econtra vbi se ostendit Deum statim se ostendit hominē verbi gratia, tantū tribus exemplis patet, scilicet in nascendo & moriendo & in ista resurrectione Lazari, quando nascitur, quasi homo plorat & nascitur in stabulo, & ponitur in præsepio, sed statim pro illo tunc, quasi Deus nascitur. Stella vocat magos. Veniunt angeli de coelo & vocant pastores, quādo moritur, sicut homo dicit, sitio, & clamat he **Esa. 53.** loy. Et vidimus eum & non erat ei aspectus, sed reputauimus eum leprosum, & nouissimum virorum, sed sicut Deus fecit quod sol obscuretur, Petre scandantur, monumenta aperiantur mortui resurgent. In tantum vt Dionysius in Athenis, à longe constitutus. dixit, Aut Deus naturæ patitur, aut tota machina destruitur. Sic in ista resurrectione Lazari, vt homo lachrimatur. Et statim vt Deus dicit Lazare, Veni foras, & si non limitasset nomen Lazari. tante virtutis & diuinitatis fuit vox illa, quod omnes mortui resurrexisserent.

Vnde in limbo audientibus cunctis vocem istam, dicunt omnibus forte dicit quia resurgemus. resurgamus. at Lazari anima. non omnibus loquitur, sed tantum mihi, dicens.

Lazare, Veni foras, ego sola vado ad inuestiendum corpus meum, & resurgentum. Vnde subito prodit qui fuerat mortuus.

Tria enim mala habet oī humana natura ex culpa, scilicet

Lucç. 2.

Mat. 27

peccatū:& hoc plorat Christus in cruce. Secūdū malū pñne. s.
quia per Vnū hominem mors, & per vnum hominē resurre-
i. Cor. 15 ētio nostra,& hoc plorat. s. Lazarum mortuū. Tertium malū
Luc. 19. est ignorātia,& hanc fleuit super Hierusalem. Vnde Christus
dixit, si cognouisses & tu. q.d. quia non cognoscis ploro.

Quinta ratio lachrimarū est moralis, scilicet, vt doceat nos
plorare peccata nostra, quoniā & si lachrimæ: non sunt de ne-
cessitate iustificationis animæ in sacramento poenitētiae pro-
pter diuersam complexionem: quia vñus est tenere comple-
xionis, & parua contritione: & paruo dolore plorat alter
durus licet magnam contritionem habeat non effundit lachri-
mas: tamen valde proficiunt saluti animæ. Sunt enim vt dici-
tur aqua angelorum fluens per oculos, quasi decocta &
stilla in alquitara. Ex herbis peccatorum in memoria existen-
tium. Sed quæ noua contra positio est, quia ex quo anima
cum contritione purificatur deberet letari: quia efficitur ami-
ca deo per gratiam quare tunc plorat.

Cùm potius deberet letari & ridere. Respond. forte in si-
gnū adūetus gratiæ in anima: sicut gutæ à q in herbis manœ
apparentes signum sunt roris, qui descendit in nocte: sic la-
chrimæ peccatoris signum sunt venisse spiritum sanctum per
gratiā in animam peccatoris. Sicut enim magna pluuiā
emundat vicos: & calles maximè empedradas, seu petrofas:
sich abundantia lachrimarum emundat potentias ani-
mæ, & qui vult ire romam multo citius vadit si per aquam
vadit, sic qui vult ire coelum citius per lachrimarum fluuiū
vadit quam per siccum iter.

Hæc aqua est calida: quia calefit adeo qui est ignis con-
sumens, & homo per contritionem ad deum conuertitur, &
à bono commutabili auertitur: & sic per lachrimas remoue-
tur à frigore, id est, ab amore inordinato creaturarū, & acce-
dit ad verum ignem, qui est deus per hanc aquam expel-
litur frigiditas culpæ: & introducit calor gratiæ. Ista sunt
aque calidæ quas inuenit Anam in deserto, & quia hæc
aqua lachrimarum est calida mundat animam: vt patet.
Quia Magdalena hac aqua fuit mundata à septem vitiis
mortalibus. Hæc aqua mundauit beatum Augustinum. Et
de hæretico fecit sanctum. Hæc aqua mundat templum pan-
theon

theon, id est animam peccatricem ab omnibus immunditiis, & facit templum Dei. Hæc aqua quasi lixiuum fit de cineribus, id est de peccatis & colatur per oculos. & emundat fortē maculam peccati mortalis, sed oportet ut sit clara & non turbida, quoniam si cum lachrimis miscetur propositum peccandi, vell lutum delectationis carnalis, vel occasio manifesta peccati, vt in sacerdotibus qui quotidie celebrat & quotidie peccant. Hæc aqua non mundat, sed deturpat. & non est mirum, quia est mixta luto & lutum deturpat & peccatum est lutum. Psal. Eduxit me de lacu miseriæ & de luto fecis. Et infixus sum Psal. 39. in limo profundi. Habet aquam hæc mirabilem contra positiōnem. Est amara, & sapida. amaritudinem sentiebat, dicens: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine aīæ meæ. Esa. 28. Dulcis fuit aqua delectationis peccati, & amara est contritio peccati. quoniam transit per arborem amaram seu radicem amaram, scilicet, cor contritum & amarum, quoniam amaritudo & contritio cordis est radix lachrimarum, est etiam sapida contrito. Deut. 32. Inundationes maris quasi lac fugient, aquas contritionis appellat inundationes maris, crescent & multiplicantur lachrimæ ex cōsideratione peccatorum. Tū quia differtur gloria quæ est status securus non peccandi. Tū ex bello continuo inter spiritum & corpus inter sensualitatē & rationem, inter vitam & mortē. Et fugunt lachrimas, quasi lac dulce propter spem beatitudinis & consolationis inclusæ in fletu. Beati qui lugent, qm̄ ipsi consolabuntur te quanto inundatio lachrimarum magis crescit tanto consolatio diuina est maior. Facit Deus sicut medicus qui pilulas amaras cooperit & miscet, saccaro, ut non sentiatur illarum amaritudo, sic Deus lachrimas poenitentiae miscet spes consolationis & amore. Sic beatus Ber. Nihil pro tefacio, Domine Iesu & si aliquid est præ amore non sentio. Psal. Qui emittis fontes in conualibus, id est, dulcedinem in corde contrito, Existenti in puteo in meridie apparent stelle &, nō existenti in móte quia contritis existentibus in profundo peccatorum suorū per cōsiderationem & dolorem apparet diuina consolatio. Sic apparuit Abrahæ existenti in conuale mambre. Sic Heliæ in ostio speluncæ sic Petro existeti in fouea, Can. S. miscui myrrham Gen. 18. meam cum aromatibus, id est lachrimas meas cum consolatio 3. Re. 18. nibus

- nibus diuinis quæ sunt vere aromata. & sic facit aquam odori
 Psa. 42. feram quæ nominatur aqua angelorum. Hęc aqua nūquam
 Efa. 23. deturpatur, quoniā est aqua viua crebro, & quasi iugiter sca-
 turiens, expellit immundicias à corde, quotidie debet fluere,
 quia quotidie peccamus saltim venialiter, hanc optabat pro-
 pheta, dicens. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fon-
 tem lachrimarum, non solum aquam petit, scilicet , aliquan-
 tam contritionem, sed fontem, id est continuum dolorem sal-
 tūm virtualem quo detestemur omnia peccata quandiu men-
 brum est extra locum suum . locus cordis est Deus . per pec-
 catū est extra cor ideo cōtinuo plorare debet. sic plorant tene-
 rē conscientię, sed dolor iste facile vertitur in gaudium. Psalm.
 Hier. 9. Conuertisti planctū meum in gaudiū mihi.
- Psa. 39.

Sequitur. quatuor dies habentē in montumēto: Cur potius
 venit Christus in quarta die q̄ in quinta q̄ in sexta . Respond.
 quia vt dictum est in praecedenti sermone miraculū istud diri-
 gebatur ad resurrectionē generalē , & qui ante illā vniuersalē
 resurrectionē trāsierūt tria tēpora notatu digna seu señalados
 iuxta speciē resurrectionis mortuorū & in nullo illorum tēpo-
 rum facta est resurrectio, propterea venit quarto die.

- Primum tempus fuit post lapsum ante legem datā in quo
 nulla spes resurrectionis data fuit hominibus. sed sine spe resur-
 rectionis moriebantur descendentes in infernū, secundū tem-
 pus fuit post datam legem in quo genus humanum habuit a-
 liquam spem resurrectionis, iuxta illud ego sum deus Abra-
 ham, deus Ysaac, deus Iacob, deus autem non est mortuorum
 Mat. 22. sed viuentium dicit Christus in euangelio. Et Iob scio quia re-
 mar. 12. demptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus
 Iob. 19. sum. Terium tempus in lege gratiæ post aduentum Christi.

- I.cor. 15. quo tempore Christus surrexit primitiæ dormiētiū, & primo
 ad.R. 8. genitus in multis fratribus. Cum quo multa corpora surrexe-
 mat. 27. runt & introierunt in sanctā civitatem , quasi testificantes re-
 surrectionē futuram & vniuersalē, sed quia in omnibus tribus

temporib⁹ habetur resurrectio per fidē & spem futura autē
 in nouissimo die erit in re, quoniam omnes quidem resurge-
 mus, quando mortale hoc induerit immortalitatē, & corru-
 ptibile hoc incorruptionē, propter hoc in quarta die resuscita-

- I.cor. 15. uit Lazarum non in quinta aut sexta. Hęc Rupertus hic.

Vnde

Vnde propter hoc dicunt euangelisti q̄ mansit in eodem loco quo erat duob⁹ diebus. In tertio recessit à loco ubi erat. In quarto venit & suscitauit amicum, quia scilicet duobus tēporibus ante legem dataim, & post legem datam mansit apud patrē forma diuina qua erat ab æterno. In tertia die, i. in carnatione, quasi incepit proficisci & venit. Et fecit omnes dispositiones resurrectionis vniuersalis, scilicet per mortem & resurrectionem suam, per quas mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. Sed realiter non resurreximus usque in nouissimo die, quæ erit quasi quarta dies mortis Lazari, quando venit Iesus quatuor dies habentem in monumento.

Sequitur ubi posuistis eum, ponit hic euāgelista duo, vt miraculum esset magis famosum & mirabilius, vt signaret resurrectionem vniuersalem. Primum sequela omnī post Magdalēnam, quando dixit illi Martha. Magister, adest, & vocat te. Iudei videntes quia surrexit & cito exiit, secuti sunt eam dicentes, quia vadit ad monumentum ut ploret. Secundum quia positis omnibus coram sepulchro, interrogat. Vbi posuistis eum ut scilicet per hoc attentos reddat resurrectioni, & ut amplius imprimetur resurrectio mortuorum per fidem quam hæc resurrectio figurat.

Sequitur, iterū ergo Iesus fremens in seipso venit ad monumentum, gloriōsus euāgelista maximus demonstrator diuitatis Christi. Cur primo simul dixit, quia infremuit spiritu & cōturbauit seipsum, & lachrimat⁹ est qđ pertinet ad diuinitatē & humanitatē simul, & hic tātū refert q̄a iterū fremēs spū venit ad monumētum, nec addit turbauit seipsum, nec q̄a lachrimat⁹ est qđ pertinet ad humanitatē. Respōd. qđā doctor quia qñ expugnat mortē morte sua, & resurgens descendit ad inferos vt educat sanctos, & vindictos in fortitudine, tūc turbar, & turbatur. i. fecit ea q̄ sunt diuinitatis & humanitatis, moriendo q̄ sunt humanitatis, resurgendo q̄ sunt diuinitatis, & sic simul fremit & turbat seipsum, sed q̄a in ultima resurrectiōe veniet cū potestate magna, & ī maiestate immortalitatis & imparsibilitatis, q̄a iam non moritur & mors illi ultra non dominabitur. Tunc enim vociferabit, & clamabit in tuba Dei, & in illo fremitu & rugitu virtutes Cœlorum mouebuntur.

Ruper

Tomi.I. Sermo.3. fer.6. de Dom.4.

Rumpetque somnium mortuorum, dicens: Surgite mortui &
Cane.2. venite ad iudicium. & propter hoc in isto secundo actu resur
rectionis Lazari tantum dicit, quia Iesus rursus fremens in se
ipso venit ad monumentū, non addit quia turbauit scipsum
nec quia lachrimatus est, ut in primo actu.

Sermo.3. Sexta Feria, post quartam Dominicam.

Thema. Lazare Veni foras.

Iohannis. 11.

Gen.12. IN isto sermone ponuntur sex impedimenta propter quæ pec
cator à peccato exire non valet. Nam quādū est peccatum
intra cor, peccator est sepultus: & oportet, illū egredi à sepul
chro peccati, per contritionem & confessionem cui dicit deus
exiforas, id est relinque peccatum & voluniatem peccandi &
occasionem manifestam peccati. Sicut dixit Abrahæ egredere
de terra tua & de cognatiōe tua: & de domo patris tui, quod
moraliter dicitur peccatori: egredere de terra, id est de pecca
to in quo immobiliter & fixe perseveras sicut terra stat immo
bilis, & de cognatione tua, id est de occasionibus quæ sunt p
ximæ peccato, & de domo patris tui, id est derelinque voluntatē
pessimam, quæ est domus dæmonis. Sed peccator respō
det deo, Quòd exire non potest, propter sex impedimenta quæ
notantur in euangelio præsenti. Primum quia est infirmus si
cut Lazarus, de quo dicitur quòd erat quidam languidus: in
quo notatur duplex infirmitas: prima Superbiæ, in eo quòd
dicitur quidam, quia superbus amat singularitatem: sic Pha
risæus dicebat non sum sicut cæteri hominum. Secundo nota
tur voluntatis languor, id est debilitas quæ non potest se adiu
Luc. 18. uare ad meritum, de qua Psalm. Cor meum conturbatum est,
psal.34. & dereliquit me virtus mea. Nam voluntas est ita debilis quæ
licet voluntatē seu desideriū inefficax nō peccandi habet: non
tamen habet propositum firmum ad non peccandum: neque
potest conari ad meritum eliciendū: quoniam licet accepta
tio operis, oriatur à diuina voluntate, ex summa bonitate illud
acceptante, tamen substatio operis secundum Scotum, egredi
tur à voluntate.

Sed

Sed potest responderi peccatori: infirmitas peccati nō obstat quin egrediaris à peccato. Ratio est, q̄a fortassis es prædestinatus: & si non es prædestinatus, fac ut prædestineris: vt dicit Augustinus: & diligentibus deum omnia cooperantur in bonum: & licet: secundum præsentem iustitiam sis infirmus peccato. tamen in fine sanaberis in gloria. Ideo dicit Christus infirmitas hæc non est ad mortem: tum: quia dè peccato nascitur humilitas, & diligentia ad non peccandum iterum tum: quia aliqua scit artifex superior. Quæ nō attingit inferior: vt patet inscientiis speculatiis, & practicis: nā multa scit magister quæ ignorat discipulus: & sic, licet aliquæ infirmitates, id est, peccata apparent nobis incurabiles, tamen deus scit illa medicari. deus enim scit scindere venā cordis, & purgare, per confessionem: & istam curationem homo non attingit, ideo Christus dicit: Nonne horæ duodecim sunt diei, id est, in qua libet hora potest homo gemere: & celeriter de° suffragabitur illi. Ideo non oportet iudicare existētem in peccato, quod in eo perseverabit. Et vt notat Scotus in. 4. Maximè in viris perfectis & in eis qui Diu deo seruierunt: infirmitas peccati nō est, ad mortem æternam. Rationem assignat idem doctor subtilis. Quia licet merita mortificata, secūdum rigorem iustitiae nō mereantur primam gratiā ad resurgēdum a peccato: tamē ex infinita dei misericordia: adhibet deus auxilium gratiæ suæ: & in passu periculoſo succurrit viro perfecto: sicut alius homo probis offensus à suo amico valde dilecto: propter amicitiam præcedentem multis modis eum reducit in amicitiam pristinam: & querit alios amicos: qui ei persuadet vt petat veniam: & resipiscat redeudo in amicitiam pristinam & hanc diligentiam non ponit cum aliis qui nō fuerunt eius amici: sic deus noster benignus, & misericors facit cum perfectis infundendo illis bonas inspirationes: mittendo bonum prædicatorem: & confessorem: & angelum custodem qui bonus consilius, & inspirationibus exhortentur illum: vt resipiscat: & redeat in pristinam amicitiam dei. Sic fecit cum Dauid Rege ægrotante tribus grauiſſimis peccatis, scilicet adulterio 2. Reg. 12 prditione & homicidio misit ad illum Achan Prophetam: vt illum disponeret, ad recipiendam medicinam: y lepusiſe en razon, & sic Rex, ad verba prophetæ resipiscuit: & cognouit bb infirmi-

Tomi. I. Ser. 3. Fer. 6 post. 4. Do.

infirmitatem dicens, peccavi, & statim est curatus. Quapropter semper oportet querere dei amicitiam qā multum ponderat deus, obsequia antiqua: & illorum nunquam obliuiscitur. Et nota, quod sorores Lazarī, nō moraliter, petentes eius salutem sunt sinderesis & desiderium naturale ad gloriam. per Martham significatur, sinderesis, quæ est valde sollicita de salute spirituali animæ, quæ multitoties instigat ad bonum: quā

Eze. 18. peccator cum in profundum venit contemnit. Ideo diffidit de salute spirituali animæ. Quam dissidentiam innuit Martha dicens dormine si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus, per Mariam intelligitur desiderium naturale quod semper habet homo ad beatitudinem: & istud nunquam extinguitur licet homo sit mortuus per peccatum. Ideo filius prodigus positus in terra longinqua dixit quot mercenarij in domo patris abundant panibus & ego hic fame pereo: fame, notatur desiderium beatitudinis quonunquam priuat peccator imo manet in damnatis ad eorum pœnam.

Secundo excusat scipsum peccator allegando somnū suū dicens ut dixit Christus amicus noster Lazarus dormit. Existens in peccato dormit: tū quia somnum priuat hominem omnibus sensibus exterioribus, & priuat rationem & voluntatem actibus & officiis suis: sic peccator non recte vtitur sensibus. aures sunt clause verbo dei manus clause ad dandum eleemosynam, & lingua non decantat diuinās laudes, nares:

3. reg. 19. non sentiunt odorem coquine gloriae: nec fetorem inferni figura heliæ dormientis sub umbra iuniperi, id est, in peccato iuniperus propter duo figurat peccatum primo: quia subcinere iuniperi conseruatur multo tempore ignis, sic ignis inferni conservatur per peccatum, secundo quia est arbor spinosa, & peccatum est plenum spinis, & punctionibus: sicut heritius, psal. conuersus sum in ærmina mea dum configitur spina.

Secundo peccatum comparatur somno: quia somnus tollit median vitam. s. exteriorem: quia nutritiua & augmentatiua in somno perfectos habent actus. exteiiores sensus priuantur suis officiis. peccator solum fungitur media vita. s. corporis, priuantur vita animæ, quæ est fides formata per charitatem

Aba. 2. nā iustus ex fide viuit. ideo Christus dixit dimitte mortuos. s. Mat. 8. in anima. sepelire mortuos suos. s. vita corporis, sunt peccatores vt

res ut talpa qui intra terram habet magnā viuacitatem super terrā est velut mortua eodem modo auari & ambitiosi multum viuaces sunt in acquirendis diuitiis, & honoribus. Sed de his quae sunt supra mundum parum aut nihil viuacitatis habent, sed sunt, quasi stolidi & fatui.

Tertio assimilatur somno: quia somnus est umbra, & imago mortis, sic peccatum est imago mortis ēterne, & imago inferni, ibi sunt tenebre exteriores in peccatore & tenebrae interiores. In inferno erūt ligatis manibus, & pedibus in peccatore sunt ligati intellectus, & voluntas in tantum quod non possunt se soluere à peccato. Vnde ignis cupiditatis gelu malicie & spiritus procellarum, id est, scrupulorum sunt in peccatoribus sicut in damnatis ignis sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum. Sed hoc impedimentum non excusat: quia dicit Christus amicus noster Lazarus dormit eamus & excitemus eum à somno. Sed quomodo excitabitur percutiendo latus eius graui dolore figura de Petro dormiente vincto catherenis duabus, scilicet, amore male inflamante & timore male humiliante inter quatuor quaterniones, id est, quatuor passiones. s. timore spe. tristitia & gaudio.

Psa. 10.

Excitauit angelus, id est, diui na inspiratio & ceciderunt castigatio peccatorum: & transeuntes primam & secundam custodiā, scilicet, spem longioris vitæ timorem pœnitentiae suspicionem recidiū. porta ferrea, id est, prava consuetudo vltro aperta est eis. Et sic exierunt à carcere, quod similiter contigit peccatori, qui obtulit catherinas suorum peccatorum domine nostræ deguadalupe, & offerat eas sacerdoti in confessione debet calciare caligas vt fecit Petrus. i. fortitudinem ad operandum virtuose. psal. genua mea sunt infirma à Psa. 108 ieiunio, id est, virtute operandi meritorie!

Tertio excusatur peccator: vt non exeat: quia est mortuus vnde dicit euangeliū. Lazarus mortuus est, existens in peccato multis causis dicitur mortuus. Tum: quia mortuus fetet aliis & non sibi, sic peccator fetet angelis bonis, & sanctis viris, & sibi non male olet licet sit sub latrina peccatorum. Tum: quia viuit in magna miseria, & talis reputatur mortuus: tum quia

bb 2 habet

Tomi. I. Ser. I. Fer. 4. po st. 4. Domi.

habet fastidium: & nullum cibum comedit, & talis reputatur mortuus: sic peccator obstinatus nullam recipit doctrinam

Psa. 106. Psal. omnem escam abominata est anima eorum. Tum quia mortuus priuatur omnibus diuitiis, & peccator omnibus

meritis præcedentibus: quia omnia merita sunt mortificata: tum quia mors priuat vita sapore colore, sic peccatum aufert

Psal. 93. saporem mandatorum dei. Psalm. qui singulis laborem in precepto aufert colorem, id est, honestam conuersationem au-

Psa. 103. fert honorem gratiæ propter quā homines honorantur. psal. mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus. Hoc impedimentum non excusat: quia Christus dixit. Gaudeo quia non eram ibi. aliquando deus dimittit prædestinatos, & recedit ab eis auferendo gratiæ: & dimittit eos: vt mater dimittit parvulum ambulare sine duce. Et hoc facit: vt cognoscant fragilitatem suam psal. allisti eos dum alleuarentur: & iterum. Ego dixi in abundantia mea non mouebo in eternum auersti fa-

Pial. 72. ciem tuam à me & factus sum conturbatus. Sed redeute Christo per gratiam omnia merita viuificantur resurgit peccator ad maiorem gratiam: & gloriam. damna que incurrit peccatur propter absentiam Christi, & vtilitates propter præsentia considera in absentia naucleri nauis opiloti: & vtilitates propter eius præsentiam. damna dixi tibi in hoc impedimento mortis: vtilitates nota propter præsentiam gratiæ. gubernaculum nauis. ratio optimæ dirigit nauem ad portum, id est gloriam ministri qui dicuntur brumetes sicut diligentes, id est, sensus & membra corporis. Vnde beatus Paul.

Ad Ro. 6. Exhibete membra vestra seruire iustitiae sicut exhibuitis seruire iniquitati. humilitas ponit pondus, id est, lastro diuersas

considerationes elicendo ad se humiliandum. extendunt vela, id est, intellectum: & voluntatem ad accipiendum

ventum prosperum, id est, gratiam spiritus sancti, qui spiritu dei aguntur filii dei sunt: quia ventus, spiritus sancti dirigit ad portum salutarem.

Lazare exi foras: respondet: quia sepultus est, quod est mirabile: quia peccator viuus est sepultus congerile terræ imponitur super eum, id est, prauæ tentationes accumulan-

Mat. 23. tur ad sepeliendum illum viuum: ve vobis Phariseis, & peccatoribus, quoniam etsi similes sepulchris dealbatis. Foris sunt

ornata

ornata, sic peccatores laudantur cum maleficerint psal. laudatur peccator in desideriis animæ suæ. & iniquus benedicitur Psal. 98. mundus est plenus sepulchris. Aegyptus abundabat sepulchris electis, & non sine ratione: quia in qualibet domo erat mortuus. ægyptus interpretatur tenebra significat mundum in quo primogeniti sunt mortui, id est, amor iustitiae seu affectio iustitiae: & cupiditas summi boni quæ moriuntur per peccata mortalia. Eligunt sepulchra, id est, laudes humanas habent tibicines qui canunt, & faciunt musicam conformem suis voluntatibus, obuiat Christus huic impedimento quærens vbi posuistis eum? Responderunt. veni vide erat positus in spelunca. cor usurarij, quasi spelunca latronum: & eorum domus plenæ latrociniis, cor auarii, inuidi superbi, & cuiuslibet peccatoris est spelunca latronum. rapiunt honorem dei, & diuitias eius, & furantur famam proximorum, & diuitias eorum imo animas infantium per malum exemplum persuadendo peccata: vt macarelle, lusores, incitantes ad peccatum, qui persuadent peccata aliis.

sequitur secunda pars sermonis, seu quartus sermo eiusdem ferie.

Quintum impedimentum est, vt non exeat à peccato peccator: quia quatriduanus est & fetet: in quatuor diebus notatur frequens reciduatio peccatorum: pro quo queritur: an aliquis peccator sit ita obstinatus, quod Deus denerget illi misericordiam ita quod processus sit clausus (vt dicitur) proceso cerrado: ita vt non possit reuocari sententia? Respondetur per duas conclusiones. Primam ponit sanctus Bonauen. in. 4. f. d. 14. Pessimus est error & crudelissimus dicere, quod poenitentia non potest iterari: quia claudit viscera diuinæ misericordiæ: cum sic omnes peccatores cogerentur desperare: ideo iterari potest quandiu homo viuit. patet Eze. 18. Si impius egerit poenitentiam: omnium iniquitatum eius non recordabor. Patet in Dauid, qui pluries cecidit, & pluries resurrexit. Similiter in filiis Israël: qui sæpiissime grauissimis peccatis Deum offenderunt: sed poenitentia ducti, indulgentiam meruerunt. Et verum est, quod super quarto peccato non miseretur, primum est in corde, secundum in opere.

Tertium in consuetudine: quartum est finalis impeniten-

tiam.Et hoc patet in suscitione trium mortuorum: quoru-
vnum in domo significat peccatum in corde, secundum su-
scitauit extra domum, sic peccatum in opere tertium susci-
uit in sepulchro,in quo notatur peccatum consuetudinis,sed
quartum mortuum non suscitauit,id est,finaliter impeniten-
tem non iustificauit.

Secunda conclu sio,licet Deus non neget auxilium gene-
rale peccatoribus,nec suam misericordiam generalem:tamen
auxilium speciale non dat frequentantibus frequenter pec-
cata,& sape recidua ntibus.Hanc conclusionē ponit Adri-
anus in quarto:& Metina in tractatu de poenitentia.Qnē pro-
batur multis congruentiis.Prima :quia reciduantes iterum
crucifigunt filium Dei, quātum in se est:ad Hebræos.6.Ideo
Paul.ad Roma.5. Christus resurgens ex mortuis,iām non
moritur,sequitur.Ita & vos existimate vos mortuos,viventes
autem Deo.

¶ Vt sit sensus,sicut Christus semel mortuus est:ita & pecca-
tum semel moriatur in vobis.Tum quia seruus magis confi-
dit in domino suo,cui seruuit à iuuētute sua,quā alius seruus
qui tarde venit,& ad libitū suum recedit à seruitio dñi sui,&
vadit ad seruendū inimico dñi sui:quomodo dñs eius dabit
illi fauorem,sicut primō,imo frequenter peccans.vix habebit
spem tantā in morte de Deo:sicut aliis qui semper Deo serui-
uit.Nam quomodo habebit tantā spem,qui semper vadit se-
cus infernum,& nullā dietam secus cclū facit.Præterea quo-
modo Deus dabit auxiliū speciale receptorī dæmonū,& qui
continuo,aut frequenter habitat cum dæmonibus.Præterea,
quo pacto Deus conferet speciale fauore ei,qui vltro & fre-
quenter se offert dæmonio?Nam multi peccatores sunt,sicut
oues:quæ secundū Aris.lib.2.De animalibus.c.2.vix eiici pos-
funt à domo ardenti:sic isti nec violentia,nec metu vix eiiciū-
tur à peccato:& si excidunt:celeriter redeunt ad vomitū.Tali-
bus enim non dat Deus gratiam specialem,vt à peccato resur-
gant,sicut si adiuuisse bis,aut ter onus de luto leuare:sic per
negligentiam suam iterum caderet,& frequenter casum
suum iteraret: de iuuando eo plus quam à principio tædio-
sus essem:sic Deus facit recidiū frequentanti.Vnde Amos.1.

Super

Super tribus sceleribus Iudæ, & super quartum non conuer-
tam eum, id est, nō dabo ei specialem gratiam, & speciale au-
xilium. Præterea quomodo Christus dabit fauorem specia-
lem ei, qui nunquam eum admittit in domo sua vel sepe eum
reiecit? Similes sunt Absalom, qui receptus à patre. & ei re-
conciliatus, in domo cius, & de mensa eius, & de cibis patris
comederat, ipsum fugans, quærebat eum tradere morti:
quem etiam persequente cupiebat habere pater: sic multi
per confessionem Deo reconciliati in domo ecclesiae in men-
sa alteris: non tantum cum ipso Deo, sed ipsum Deum co-
medetes, cito ingratitudinem ostendentes, mēdata eius trāf-
grediūtur: & ipsum sua pessima vita usque ad ejectionem de
domo sua per sequentes. Vides quantis rationibus Deus ne-
gat quatriduano peccatori, & fetenti gratiam suam? Si di-
camus ei, ex foras peccatum? Respondebit: nō possum sine
speciali auxilio Dei. Sed hoc non obstat: quia si credideris,
videbis gloriam Dei. Si credideris illum articulum, remissio-
nem peccatorum, scilicet, quia licet medicus diffidat de sa-
lute corporali, nesciens infirmum curare: tu tamen crede,
& nullatenus dubites, nullam Egritudinem specialem esse
Deo incurabilem, quoniam benignus est, & praestabilis su-
per malicia. Ideo si te disponas videbis gloriam Dei, & auxi-
lium speciale Dei super te. Prima dispositio: ut frequenter cō-
fitearis. Nam in sacramento confessionis Deus infundit gra-
tiam. Tum, ut petas auxilium per orationem: sicut va-
fallus ab inimicis obfessus, petit à domino suo auxilium.
Et die cum iustis sororibus: ecce, quem amas, infirmatur.

Io. 2.

Tertio, ut frequentes audire verbum Dei: quoniam in-
firmi indigent frequenti cibatione cibi subtilis, & delicati.
De qua Matthæ. Non in solo pane vivit homo: sed in o-
mni verbo, quod procedit de ore Dei. Quarto, evita oc-
casiones peccatorum: quia infirmis solent claudi fenestræ,
sic fuge loca: deuita personas, cum quibus solebas Deum
offendere.

Mat. 4.

Quintò, da eleemosynam pauperibus, ut orent pro te: quia
quando belli periculum instat, necessarij sunt stipendiarij.
Sextò, afflige corpus tuū per ieiunium: quia hoc genus dæ-
moniorum, non nisi ieiunio & oratione elicitur.

Mat. 17

Sextum & ultimum impedimentum peccatoris, est: quia est ligatus, & seipsum soluere non potest. Habitus praui dederunt ex peccatis, sunt vincula, quibus peccator resurgit à peccato ligatus. Nam habitus corrumpuntur, contrariis actibus, vel per cessationem ab eis: inclinant ad similes actus, ex quibus sunt generati: & propter radicationem habituum, est difficile omnino relinquere peccatum: quia durum est, assidue relinqueret. Hiere. 13. Si potest ethiops mutare pellem suam? & pardus varietates suas? & vos poteritis bene facere, cum dicteritis malum.

difficul
ter

Male habituati faciliter patiuntur reciduum. Diabolus allegat contra eos præscriptionem: habet quasi consumpta naturalia veneno peccati. sicut enim venenū destruit naturam: ita peccatum omnem virtutem naturalem, & acquisitam destruit & extenuat, & sic male assueti difficulter conuertuntur ad Deum, propter obstinatam duritiam, res enim & tenere faciliter recipiunt formam: ut in speculo nouo, & panno nouo: sed pannus cum tintura mala diu perseverans, non potest recipere contrarium colorem. Ideo cum magna difficultate, & multis ambagibus Lazarus est suscitatus: significans consuetū in peccatis difficile resurgere à peccato. Sed adhuc tollit Christus istud impedimentum: quia dicit. Tollite lapidem, id est consuetudinem prauam: erat lapis quippe magnus valde. Sed angelus reuoluit illum, id est diuina gratia adiutus peccator, reuoluet lapidem obstinationis: & soluet vincula peccatorum quibus est ligatus, & remanebit liber: quia veritas eum liberabit per gratiam suam: & in gloria erit poenitus liber: quam nobis concedat Iesus.

Sermo primus Dominicæ quintæ, in quadragesima.

Thema. Si veritate dico vobis, quare non creditis mihi? Io. 8.

INTRODVCTIO.

Heb. 13. **O**STENDIT ecclesia vexilla hodie, dicens. Vexilla Regis prodeunt, & credo quod propter duos effectus.

Primo

¶ Primo ut nos exeam⁹ ad eum extra castra, improperium eius portantes: sicut obſeſſi, Hispanicē, han tocado al arma. Et arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed spiritualia. Certè ſi 1. co. 10. non eximus & ſequimur vexillum meremur perdere mercedem, quaſi dεſertores militiæ. Anima quæ nō fuerit aſlicta die illa peribit de populo ſuo. ¶ Secundus effectus eſt: vt vindice-
mus mortem Christi. Nam ecclēſia facit ſicut qui oſtendit fi-
liis arma, quibus pater occiſus eſt. Et mirabile eſt: quia nec Iu-
dæi occiderunt Christum, nec Iudas, nec Pylatus, ſed noſtra
peccata occiderunt eum. Propter ſcelus populi mei percussi
eum. Attritus eſt propter peccata noſtra. Ideo ecclēſia horta-
tur, vt ſumamus arma ad vindictam capiendam de nobis, vt
ſimus accuſatores, y Fiscal iudex & teſtis. Vnde beat. Paul. Si
nos vtiq[ue] iudicaremuſ, non vtiq[ue] iudicabimur à Deo. Tria
ſunt videnda in hoc fermonē. Primum quid eſt veritas. Secun-
dum, quomodo cognoscitur. Tertiū quomodo impugnatur,
ſive quomodo deſtruatur. De primo queritur à Chriſto quid
eſt veritas? Iſtam queſtioneſ quā ſuiuit Pylatus in paſſione
dicendo quid eſt veritas? præmiſit enim Christus. Ego in hoc
natus ſum & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhi-
beam veritati, quaſi dicat, quia Esaias dicit ſuper mōtem Syon
ascende tu, qui euangelizas Syon: in fortitudine exalta vocem
tuam. Loquitur de meſſia Chriſto, qui ascendiſ ad culmen
dignitatis diuinæ & æqualitatē Dei, propter vniōnem ad
ad verbum. Et ſic euangelizauit Syon, id eſt, ecclēſiæ militanti
& triumphanti: vt etiam impleat illud: ego autem coſtitutus
ſum rex ab eo ſuper Syon montem ſanctum eius, prædicans
præceptum eius. Et eſt prædictor veritatis: quia ipſe di-
cit, Ego ſum via, veritas & vita: Ideo dicit, ego in hoc natus
ſum, vt teſtimonium perhibeam veritati, & quod ſubdit,
Omnis qui eſt ex veritate audit vocem meam. Fuerunt hæc
verba tantæ maiestatis, & altitudinis, quod Pylatus ea non
intellexit, nec potuit contradicere. tantæ nanque fortitudinis
eſt veritas, quod neq[ue] mendaces & mali, quibus de directo re-
pugnat veritas, poſlunt illi contradicere. Patet quia cum iſte
Pylatus eſſet poſitus à Cæſare qui tyraṇnicē & mēdaci titulo
tenebat regnum Iudeorūm, quando audiuit Chriſtum dicen-
tem ſe natum ad dicendum veritatem, Pylatus cofuſus valde,

Eſa. 33.

1. cor. 11.

Ioan. 18.

Eſa. 40.

Pſal. 2.

Ioa. 14.

interrogauit, quid est veritas? & statim exiuit foras: quia mendax non potest audire quid est veritas: & sic non expectauit responsum. Vnde mirandum est de Pylato, cum esset iudex, quomodo ignorauit, quid est veritas: & quod mirabiliter est & maioris culpe: quia cum ignoraret noluit informari, nec doceri de illa, quod est contra iudices ignorantibus, & pertinaces defendantes sententias iniustas. Videamus ergo, quid est veritas. Ex quo Pylatus non expectauit solutionem questionis & responsum. O maledicte si expectassest, quam apprime desiratam audistesset ab ipso fonte originali sapientiae & veritatis Christo. Quid ergo est veritas? Respondeatur, altera increata inuisibilis & infinita quae est Deus. Alia visibilis finita, quam tractamus nos. Transcendentia sunt ens, unum, verum, bonum, & sunt idem quod Deus, qui est summum esse, summum bonum, summum verum. Et secundum hoc veritas est id, quod Rom. 8. est, id est, quod habet esse verum & aeternum. Et isto modo solus Deus est veritas, & omne quod Deus non est mendacium est: quoniam vanitati omnis creatura subiecta est. Vnde qui dicunt & iurant, hoc est verum sicut Deus est veritas, mentitur & peccant: quia nulla veritas creata, veritas est, sicut Deus veritas est, immo in comparatione veritatis diuinæ omnis creatura est mendax. Et hoc est quod patri respondetur Anna mater Samuelis in Cant. dicit. Non est sanctus ut est dominus, nec est alius nec aliud (secundum originem ibi) extra te. Nota quod non dixit non est alius sanctus nec alius Deus, neque aliud celum: sed simpliciter & indissimiliter non est alius, scilicet quod habeat esse verum. id est veritatis, nisi Deus & hoc etiam figurauit Christus tempore passionis, quando dixit. Ego sum, Iudei abierunt retrorsum & ceciderunt in terram: quia cum solus habeat proprium esse in se & insuper esse omnium creaturarum commodatum a deo ipsis creaturis: quando recuperat & retrahit ipsum suum esse in se ipso, deficit omnis creatura: quia ego sum qui sum: & sic dices filii Israel, Qui est misit me ad vos. Et in euangelio hodierno, Antequam Abraham fieret ego sum. Solus Deus vere est: quia ipse solus simplex & incompositus & sine materia est forma simplex actus purus, ex quo omnis creatura ex materia & forma est composita, vere non est.

Io. 18.
Eze. 3.

Magnum

Magnum commodum fecisset nobis Pylatus, si expectas-
set Christi responcionem super interrogatione: quid est veri-
tas. Nam responsio & definitio fuisset summatorius Theolo-
giae & fidei catholicæ. Salomo. Eccle. 24. Postquam longum
sermonem fecisset in toto illo capite de sapientia æterna, dicit
sic, Hæc omnia liber vitæ & testamentum altissimi & agni-
tio veritatis.

Hoc dixit Christus conuersis ex Iudaismo. Ioan. 14. Si man-
feritis in me & verba mea in vobis manserint vere discipuli
mei eritis & cognoscetis veritatem & veritas liberabit vos.
Hoc etiam discipulis dixit in generali. Ioan. 16. Cùm vene-
rit ille spiritus qui à patre procedit docebit vos omnem ve-
ritatem.

Nunc ergo dicemus de veritate, quam tractamus, Veritas
est adæquatio rei ad intellectum, id est, quando non est magis
nec minus in verbo, quam in ipsa re: vel in verbo, quam in
corde. Quod si verum est, si pro quia, Psa. Diminutæ sunt Psal. II.
veritates a filiis hominum, quasi dicat, feci me iudicem, Hispa-
nicæ. Como fiel de consejo, ad videndum veritates omnium
contraetuum mundi: & sic omnes inueni falsos & diminutos:
quia posita magna quantitate veritatis, scilicet mille talentis
o quintales in statera iustitiae, & veritatis & modico fauoris
in alia sit tam leuis, quod non ponderat, neque aliquid tota il
la quantitas iustitiae & veritatis, ideo dicit: quia sic sunt minu-
tae veritates à filiis hominum: vana loqui sunt unusquisque
ad proximum: sed in corde, & corde loqui sunt. Vnde ni-
hil facit hominē tam monstruosum, sicut habere duplex cor.
Vnde secundum Sco. duplex baptismus requiritur in illo: sic In. 4. in
homo mendax quasi monstru in natura: quia in duplice cor- man.de
de loquitur. Hi homines duplices enforrados, enuesados sunt
plures hodie. In tantum quod si quis vult decipere aliquem
probum, negotiamini in veritate, y tratad verdad. Faciliter
decipies eos, cum sola veritate.

Cum sola veritate Ezechias exonerauit se à beneficiis rece-
ptis, dicens: Memento mei, quomodo ambulauerim in ve- 4. re. 20.
ritate cordis mei, como siempre trate verdad.

Nonne est maxima confusio hominis mendacis, quod Gene. 3.
primum mendacium noluit Dæmon dicere in forma
dæmonis

dæmonis: sed assumpsit figuram serpentis, & quod homo ad imaginem & similitudinem deifæctus, quotidie mentiatur in forma hominis. Quæro si inueniatur hodie materia faciendi alium libellum de claros varones, vt fecit ille del pulgar de nostra hispania, imo obscurorum virorum, sic mentientium: vt dictum est. Sed inuehitur beatus Bernard. contra Pilatum quærentem de veritate, cur non expectas responsum de tam sublimi re: vt audiamus responsum à magistro veritatis, quid est veritas? Quod si illius non expectas responsum expectame & dicam tibi: quod quæris. Quæris enim quid est veritas & est ipse Christus, quem coram te habes. Non recordaris, quod Paulò ante dixit. Ego sum via, veritas, & vita: non per das visum ad lumen solis sicut noctua: neque te scandalizes, sicut Iudæos obcæcauit malitia eorum. Aperi oculostuos, & vide, quia ipse, à quo quæris quid est veritas? ipse est veritas, quæ illuminat omnium hominem venientem in hunc mundum.

Sap. 2.
Secundum dicēdū, quomodo cognoscitur veritas? Respondeatur, cognoscitur tribus vel quatuor modis: sicut enim moneta cognoscitur vera vel falsa, sonitu, pondere, & melius encliptice: sic veritas cognoscitur. Primo in bono sonitu, id est, in verbis veris, de nullo maledicendo, & de omnibus benedicendo, vt sit grauis in loquendo.

Secundo in pondere, id est, grauitate morum cognoscitur, & vt sit homo essentialis: & non apprens.

Tertio melius cognoscitur in toque, id est, conuersatione bona & contractatione: vt propter affectionem, non derelinquit veritatem. Figuratur enim veritas per Ionom Prophetam: qui fuit multum afflitus: sic veritas affligitur à falsitate: & tamen supereminet: sicut oleum super eminet omnibus liquoribus. Nota sicut legitur tertio Regum sexagesimo. Puer filius viduæ quem suscitauit Elias fuit Propheta Ionas filius amathi. veritas: quia amatha hebraicæ idem sonat, quod veritas latinæ: itaque Ionas figurat veritatem. Vnde sicut inter homines mundi, Ionas passus est tribulationes, & denique ab omnibus liberatus est: sic veritas, de nullo enim legimus tot euafisse pericula.

Primo tertio Regnum sexagesima Infirmatus est filius viduæ Sare-

dux Sareptanæ. Et erat langor fortissimus ita ut non remane ret in eo halitus. &c. Sed suscitatus est ab Helia. Ecce quomodo in iuuentute patitur tribulationem.

CSecundo adustus factus missus ad prædicandum inimicis fugit, ut nō ingredere f^t Niniuem: surgit tempestas, introiuit in mare: deglutitur à cete, stat intra tribus diebus, & tribus noctibus, euomit ad littus Niniue. Ecce veritatem suprassam: sed denique vide supereminente & viuam.

CTertio adustus in terra solis ardore, in tantum quod petuit anima suæ, ut moreretur, dicens, Melius est mihi mori, quam vivere, & recubans sub hedera, subito corrofa est à verme, & Ioā. 4. maledixit hederę. Ecce quantas persequutiones patitur filius Amathi, id est veritatis: sed deniq; supet oīa vincit veritas. Vn Ioan. 8. de Christus, Si manseritis in dilectione mea vere mei discipuli eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos precio tanto Romani æstimauerunt veritatem, quod imperatores suos nomine veritatis ornauerunt. Vnde Marcus, Antonius est nominatus verus, Marcus verior, Adrianus verissimus.

PTertia conditio veritatis. qd debet dici ore pleno Hispanice a bocallena: sicut canis quādō habet aliquid in ore, præcipue si est cibus, non bene latrat: sic contingit homini veraci. Psal. Non est in ore eorum veritas: subdit causam. Cor eorum vanum est: efficiuntur canes muti non valentes latrare. Corruit veritas in plateis, id est personis publicis. Exemplum de prædicatore transiit ad infideles causa martyrii, p dicendaveritate: Soldanus dixit illi, Wade in patriam tuam, & prædicta veritatem: & inuenies, quod hic queris tan longa via.

Psal. 5.

Esa. 59.

PQuarta conditio veritatis, quia super omnia vincit veritas. 3. Esdræ. Dic altercationem, quid est fortius, vinum an mulier, an veritas? finaliter vincit veritas, quæ nos ducet in portum gloriæ.

Sequitur tertium, scilicet quomodo impugnatur veritas & destruitur. Respondeatur impugnatur mēdacio. Nota de mendacio dæmonis; nequaquam moriemini. Dicit Hugo de sancto victore, notandum est valde quod dixit dæmon. Cur precepit vobis Deus, & c. Quam pauida & timida est malitia est enim potestatis grandis dæmon: & non audet manifestare malitiam suam coram fœmina debili, timore ne comprehendi datur

datur in malitia sua. Vnde non audet dicere publice malitiam suam: sed occulte tentando. Cur præcepit vobis deus, &c. Magna confusio est aliquorum hominum malorum in quibus veritas est tam corrupta, quod sine timore virtutis audent, non tantum facere: sed loqui turpia: quia latentur cum maleficerint & exultant in rebus pessimis. Hæc Hugo. Ne forte moriamur. Destruitur veritas dubitando de eo, quod est certum, & certissimum. Et hæc est causa nostræ perditionis, quia certum habemus pro dubio: immo nos certum facimus dubium. Ex quo enim præcepta diuina certissima sunt: quia cœlum & transibunt verba autem mea non transibunt, quia ego deus & non mutor. Et illud certissimum facimus dubium, si occido, si furor, si committo adulterium, si non ieuno, & propter hæc non condonat deus ad infernum, cur præcepit hoc deus? nescio. Deus dicit infernum paratum esse his qui non custodiāt ei^m mādata: sed tu habes p^r dubio, ne forte moriamur, &c. Tu habeto pro certo sicut articulos fidei. Exemplū in eo qui accipit mandatum à rege, ut vadat ad illum infra triduum distantia triginta leucarum. Si non se disponit prima nec secunda, nec tertia die, certum est quod est stultus, vel non credit regem exequutorem iustitiae: similiter in proposito destruitur veritas in periurio. Periurium est mendacium iuramento firmatum. Hoc enim est periurare, Deum testem sui mendacii adducere. Vnde sicut confusio esset adducere regem in testimoniū, ut testificetur tuum mendacium: sic maxime iniuria est Deum testificari tuum mendacium, &c. Exigere iuramentū ab eo q̄ credimus peierari peccatum est mortale secundū Gerson, In de præceptis decalogi.

Nescio cur hodie non remansit poena Talionis contra periurium. Respondent quidam, quod si esset lex tam rigurosa, non esset qui auderet dicere veritatem: sed ego dico & melius, quod si quis puniretur poena Talionis, non esset, qui auderet dicere falsitatem.

Impugnatur veritas maximè propter auaritiā. Gene. 3. Terram comedes cunctis diebus vita tua, & super peccatus tuum gradieris: quia auarus maxime innititur sensui suo Hispánice apechuga con su entendi mēto, aquel apechugar facit contradicere veritati, & hoc maximè contingit aduocatis, qui dicunt quod

quod stagnum est argentum, & auralicum est aurum. Contra quos Iob. Ipse nouit decipientem & eum qui decipitur, & Iob. 12. adducet cōsiliarios in stultitiam suam, & iudices in stuporem. Non dico ego quod aduocati non possint aduocare in causa certa & etiam adhuc dubia in principio: sed cognita veritate ex processu sub poena peccati mortalis tenentur resilire. Et ne pudeat errores vestros corrigere, qui positi estis ut alienos corrigitis. Aduocato utilius datur salarium, & meliori conscientia, ut non litigetur causa, quia iniusta, quam si detur propter auxilium causæ ad cadendum ab illa, & ad perdendum diuitias, famam, imò animam.

Tertio impugnatur veritas inuidia, & odio alicuius: quia cum audit veritatem, inuidus licet cognoscat veritatem: tamen ex inuidia impugnat illam sic & sic. Pessimum vitium inuidia est: quia sicut scarabeus ex stercore cibatur, multi sunt qui cognoscentes vitia non possunt euomere. Practica, o auaritia, quare me crucias? o inuidia, quare me crucias? Volo mittere manum, & vos euomere: sed non possum: quia sunt in uoluta & infixa in anima: & venerunt filii vsq; ad partum, & virtus pariendi nō fuit. Hispanicè. Dalevna puñada rezia tras el pescueço, Vel pone os tuū ad foetorem, ut euomas. Et descendat peccatores in infernum per considerationem: vel accipe aquam calidam lachrimarum, vel oleum gratiæ præ consortibus tuis, ad euomendum peccata.

Esa. 37.

Quarto impugnatur ex superbia & arrogantia: sunt enim homines tam arrogantes & superbi ex conditione quod volūt, ut verba illorum semper exequutioni mandētur. Hispanicè, Su palabraya siempre adelante: & volunt quæ processerūt de labiis suis nō sint irrita ut etiā contingit in argumentis & practicis scholasticis: qui corde confitentur & ore negant veritatem: qui similes sunt Pharisæis, quibus stephanus dixit. Dura ceruice & incircunciso corde, semper resististis spiritui Act. 7. sancto, id veritati. O diabolica audacia, quia audet exire in campum contra tam validos hostes & aduersarios, scilicet contra Deum, contra veritatem, & contra scipsum, id est, propriam conscientiam: super omnia ergo vincit veritas: quę nobis restituat regnū gloriae, ad quā nos perducat Iesus, &c.

Sermo

Sermo secundus, Dominicæ quintæ. Thema. *Quis ex vobis arguit me de peccato?*

AVditum audiuimus à Domino, quia legatum misit ad gentes Abdię primo. Vnde est legatus à latere Dei, qui fecit officium legationis duobus annis cum dimidio, docendo & prædicando, & quasi volens dare rationem sui officii, id est residentiā, nūc cōgregatis Iudeis dicit. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* & ne hoc ex ignorātia facere videreſt, sed ex voluntate, quia est noster purificator: & oportet nostrum purificatorem esse mundum. Talis namque decebat ut esset nobis pōtifex, sanctus, innocens, impolitus: qui non habeat quotidie necessitatem offerre hostiam pro peccatis suis, & deinde pro populo. Hanc munditiam ostendit hic. Item coram Pilato dicens. Non haberes potestatē aduersus mevllam: nisi tibi datum esset de super. Exponitur, quasi dicat, subiectio hominis ad hominem, non est de iure naturali introducta in statu gratia & innocentia, sed iure gentium & ciuili post lapsum, ratio ne culpæ. *Vñ ego descēdo ex Adam sine culpa, nec obnoxius peccato: sed decimat⁹ in lumbis Adæ, id est priuilegiatus, & immunis à culpa, in similitudinem carnis peccati: sed absque peccato.* Inde tu non haberes potestatē aduersus mevllam, nisi tibi datum esset de super, id est ad alium finem maximum fecit Deus te habere potestatē super me, scilicet, propter redēptionem generis humani.

Ratione probat, Christum suisse abque peccato: quia omne peccatum est ex concupiscentia, aut ignorantia, aut malitia. Sed ex nulla radice istarum in Christo potuit oriri peccatum. Nō ex concupiscentia: quia habet omne bonum sibi coniunctum, & est fluuius vnitus suo fonti. Animalia habentia cibum distantem, habent pedes ad quārendum cibum: sed habentia alimentum coniunctū, carent pedibus: ut ostrea, marina nihil aliud faciūt, nisi suscipere rorem, qui est cibus illarū. Nos cōcupiscim⁹, & desideriis inordinatis mouemur ad quārēdum cibum & delectationem: & concupiscentia frequenter peccamus: sed Christus alimentum, id est beatitudinem habebat:

bat:imo cum illa habet quidquid vult:ideo non eget alio ci-
bo, sed sola diuina fruptione. Neque ignoratia peccauit: quo- Aug. 15.
niam sapientia diuina & beata vigebat, & infusa, & experimē de tri.c.
tali. Ideo magis sciuit de vna ojeda quam Aristoteles. Et dis- 5.dicit
putauit à cedro quæ est in montelibano. i. à deitate vsque ad beat' est
Isopum. i. virtutem humilitatis: de volucribus, & de repti- q. habet
libus, id est, de vitiis, de his omnibus differuit: vt pater in pro- quicqd
cessu euangelico. i. Nec malitia peccauit: quoniam est compre vult.
hensor, & habet summam gratiam & gloriam: & summa fa- 3.Reg. 4
pientia excludit omnem malitiam.

Henricus de gandaou probat aliter munditiam Christi:
quoniam propter vniōnem humanitatis ad verbum, fuit na-
turahumana quasi absorpta & deificata à deitate: sicut fluui⁹
intrans mare a bſorbetur à mari, & transit in mare: & ferrum
cadēs & ignitū fortiores proprietates quā ignis habet: sic Chri-
ſtus in quantum homo participat perfectiones diuinas: qua
de causa peccare non potest. Hæc innocentia Christi fuit fi-
gurata in statuta Saul: quia dicitur de eo, quod vir vnius an- Figura
ni erat, cum regnare cepisset: cum taliter intelligi non po- ex. i. re-
test: cum tunc super triginta annos haberet: vt patet ibi, sed gu. io.
loquitur de reputatione sua humili: quia erat adeo humilis
in oculis suis: sicut puer vnius anni. Amplius dicitur de illo, q.
excedebat omnem populum ab humero, & supra. Et hoc ma-
xime figurauit Christum vñctum à Dño: præcōfertibus suis
adeo excellentem scientia & virtutibus, quod ex gratia, &
propter cōtaetum ad verbum omnem populum, & omnes
angelos excessit, ideo caput constitutus est hominum: & an-
gelorum. propter quod exaltauit illum Deus.
¶ Secundo figura ista mūditia Christi in pulchritudine Ab- Ad phi.
ſalon: de quo dicit scripture, quod à vestigio pedis vsque ad 1.
verticē capitū: non erat in eo macula. Sic in Christo à planta 2.Re. 24
humanitatis vsque ad verticem diuinitatis. Vnde ad Hebræ.
2. Videmus enim dominum Iesum, per passionem suam glo-
ria, & honore coronatum. Decebat enim ut eum per quem
Deus fecit omnia & propter quem omnia, salutis autorem: &
per passionem consumari. Ponderanda sunt valde hæc verba
secundum Rupertum super Matth. 26. quia dicit propter que
omnia, quod est tantæ excellentiæ Christi nostri, quod

Deus pater per verbum suum,id est,per Christum secundum quod dei verbum fecit omnia:quia hoc pertinet ad illum ex natura verbi:quia omnia per ipsum facta sunt,& sic per quæ omnia:sed maioris admirationis est,quod propter Christum secundum quod homo.i.causa sui,& propter illam humanitatem unitam verbo & propter contactum,& unionem ad verbum,quod Deus ab æterno & ante istam unionem estimauit Christum tantum valoris,& excellentiae,quod propter illum solum fecit cœlum & terram & quæ in eis sunt. Et hoc est mysterium absconditum à seculo,quod Deus faciebat,quādo

Eph.3. creauit omnia propter Christum,per quæ omnia & propter Gene. 1. quæ omnia ad Eph.3. Quia.s. quando à principio seculi,id est,

in ipsa creatione mundi,quando dixit Deus,fiat lux,fiat firmamentum,fiant luminaria,tacuit causam :& finem propter

quæ omnia fecit in secreto mentis diuinæ stabat.q.mysteriū absconditum à seculis,quod Deus creabat,& faciebat omnia

Col. 1. propter Christū,per quæ omnia,& propter quæ omnia:& hoc

sacramentum à seculis absconditum,de quo Abraham in sacrificio Ysaicipo Ysaac dicere pater mi,ecce ignis,& ligna, victima vbi est? Respond. Abraham,dominus prouidebit sibi de victima filii mi.q.d.Nescio ego quis tantum valebit pro sacrificio totius humanitatis:sed spem certā habeo spiritu propheticō,quod Deus pater prouidebit sibi.i.ex sua substantia

filiū suum vnigenitum factum hominē,qui erit vera victima sacrificij,cuius figura tu es fili mi. Qui ex deo est verba dei

audit,exponitur paulò ante in isto capit.Iudæi gloriabantur se habere patrē Abraham,& ex illo descendere per filiū Ysaac,

dicentes,semen Abrahæ sumus,& nemini vñquam seruimus.Vnde nota,quod Iudæi magis gloriabantur de genera-

tione spirituali,quam Carnali:quia licet Ysaac fuerit filius Abraham secundū carnē,potius tamen secundum spiritum:quia

natus est ex patre sene,& matre sterili Sara,cui desierant fieri

Gal. 4. muliebria.&c.Vnde Paulus de Ismaële dicit secundum carnē natus est de Ysaac,per reprobationem,quæ sunt per allegoriam dicta.De isto ergo genere filiationis,diuine dicunt,semen Abrahæ sumus.Sed quia generatio Ysaac.Quodammodo spiritualis non erat sufficiens ad faciēdū Iudeos nec gen-

tiles venientes ex Abraham filios adoptiuos Dei per gratiam nisi

nisi tantum per regenerationem Christi: quia gratia & veritas per Iesum Christum facta sunt: ideo dicit hic. Qui ex Ioh. 1. deo est verba dei audit, propterea vos non auditis, quia ex deo non estis, quasi diceret engañados biuis, si putatis, quod ex quo Ysaac magis fuit filius Abrahæ spiritualis, quam carinalis, quod vos sic per hoc tatum estis iam filii dei: quia iam semen Abrahæ estis: & non per Ismael, sed per Ysaac descendentes: quia non sic nascuntur filii dei: sed qui ex deo est per gratiam, qui est filius Dei vel habet esse per me, qui sum verbum dei audiendo, custodiendo, & faciendo verba dei: & verbum meum, efficitur filius dei, sic ergo exponitur qui ex deo est verba dei audit, & propterea vos non auditis, quia ex deo non estis.

Hoc dixit Christus contra Iudeos: sed benedicitur contra Christianos: quia non audiunt verbum dei: præcipue septem beatitudines. Et quid reprehendimus istos Iudeos, quasi impugnatores veritatis: cum hodie innumerabiles, Christiani impugnent veritatem? Nonne verum est, Beati pauperes spiritu? Sed certe omnes auari dicunt, quod est mendacium. Nonne verum est, beati mites? Sed omnes superbi dicunt, quod non est verum. Nunquid non est verum beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: sed omnes seditionis, & scutiferi dicunt, quod melius est bellum. Nonne est verum, beati misericordes? Sed omnes crudeles dicunt, quod non est verum. Nunquid non est verum, beati pacifici? sed omnes impatientes: & bellicosi dicunt, quod non est verum. Nonne est verum beati mundo corde? Sed carnis, & foecundus dicit non est verum: sed nullum sit pratum quod non pertranseat luxuria nostra. Nonne est verum, beati qui persequitionem patiuntur propter iustitiam? Sed quanti dicunt, quod miser est & despectus: nec curandum est de afflito. Sequitur secunda pars. Quaritur si peccatorem emendatum arguet dominus in iudicio aut in morte de peccato suo? Respondeatur, deus non dixit beatum Innocentem qui nunquam peccauit: sed potius in psa. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum, & alibi, beati quorum remisae sunt iniquitates, & quorum testa sunt peccata, & alibi, impulsus eversus sum, ut cadere in dominus suscepit me.

Sap. 2.

Psal. 31.

302

Imo audeo dicere, & mirum fortasse videbitur tibi, quod di-
cturus sum: sed verum dicam: quod ex peccato emendato se-
quuntur multa bona commoda animæ. Primum est virtus
humilitatis Psal. Bonum mihi, quia humiliasti me: vt discam
iustificationes tuas: Bene dicit vt discam: quia sicut vir indo-
ctus cupiens scire, cū verecundia discit in schola puerorū pri-
mas literas: sic peccator primas virtutes morales, & theologales,
quas in peccato ignorauit: itaque discit humilitatem Au-
gust. audeo dicere utile esse superbis in peccatum aliquid etiā
publicum incidere: vt inde humilientur, vnde superbierunt,
& alibi in lib. confessionum sperabant dominum in aliqua
virtute mea, & fortitudine mea, quæ certè non erat virtus,
neque fortitudo: sed fragilitas. Dicebam enim. hoc faciā hoc
perficiam, & post nec siebat hoc nec illud. Currebam quidē,
sed ibi amplius cecidi: vbi viribus meis cucurri. Hæc ille.

Secundum bonum est gratitudo maior. Patet in exemplo
Luce. 7. Christi ad Pharisæum, duo debitores erant cuidam focnera-
tori &c. Cui magis dimittitur magis diligit, licet beatus Aug.
ibi dicit. Non me piceat ab eo medico sanari, à quo præstítū
est mihi ne ægrotarer, imò tanto amplius te diligam: quia à
quantis malis me sanasti, à pluribus me præseruasti: vnde iu-
stus tantum habet gratificare peccata, à quibus illum præser-
uavit. peccator maiorem rationem habet gratificandi: quia à
præseruatis & dimissis.

Tertium bonum est maior diligentia in abluendo venia-
lia peccata, sicut qui habet tunicam aliquantulum immun-
dam, & dissimulat immunditiam: sed contracta grandi ma-
cula omnino mundat illam, sic peccator mūdat mortale cum
venialibus.

Quartum bonum cautius ambulat, & cauet à reciduo: si-
cū bestia prudens, quæ casum timet, vbi cecidit semel. Sed ve-
tibi: quia cum in honore esses non intellexisti. Comparatus
Psa. 48. es iumentis insipientibus: quia vbi cecidisti semel, iterum ca-
dis: sicut spinæ vineæ de vulnæ valent pro custodia vineæ: sic
Psa. 50. peccator peccata dimissa reducit in memoriam, vt sint quasi
sepe ad non peccandum, sic psalm. Peccatum meum contra
me est semper, & ad hūc finem utile est iustis reducere in me-
moriam peccata sua.

Quintum bonum quia cognoscis, quod dormisti in peccato & surgens ambulas velocius, sicut viatores quorum unus dormiuit in via, videt, quod socij recesserunt, procurat consequi illos, & etiam ultra illos progrederi. ¶ Cōcluduntur quinq;
vtilitates ex peccato emendato, & sic Deus non arguet nos de peccato emendato. Et ad istum sensum dicit beat. Paulus Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum Glo. lapsus etiam in peccatum mortale. Sed certe ego mallem esse, iustus innocens, & sine peccato: quia nunquā frātum æquialet fano: nec infirmum bene valenti: licet bene possit reparari ruptum ex peccato cum tali petia gratiæ, quæ valeat ad maiorem gloriam. Exemplum de filio prodigo: & Luce. 13.
de illo, qui resurgit dignus maiori gratia & gloria.

Tertius articulus est, quod aliqui ponunt os in coelū & ar-
guūt Deū de opere creationis quare creavit dæmones, & ho-
mines malos. Alij opus gubernationis: cur permittit tot mala
alij opus distributionis, cur malis plura bona distribuit, quā
bonis, alijs opera prædestinatiōs, quare illū trahit, & istum nō.
alijs opera redēptionis cur Deus in propria persona tam gra-
uia imposuit. s. dilectio inimicorum, remissio iniuriarum, pau-
pertas spiritus, cōfessio peccatorum. Hæc omnia blasphemiae
sunt: quia iudicia dei nō sunt arguenda, sed admiranda, nō di-
scutienda: sed venerāda, nō iudicāda: sed timēda Augu. Qua-
re Deus istum trahat & nō illū. Noli iudicare, si nō vis errare.
In his enim quod lego, credo, & veneror: non autem discutio:
neq; iudico. Hæc ille an non habet figulus potestatem ex ea-
dem massa facere vas in honorem & in contumeliam.

*Sermo Tertius dominice Quintæ in Quadrage-
sima. Thema. Quem te ipsum facis?*

Ioannis. 8.

QVatuor interrogations solent fieri de homine Prima,
quem te ipsum facis secundum naturam: vel substan-
tiam. Secunda, secundum personam, es Christianus an turca
an saracenus? Tertia de qualitate. Es grammaticus albus
vel niger? Quarta de quantitate, si est magnus aut paruus, &
sic duo videbimus.

Primo hæc quatuor quæram de Christo. Primo interrogo Christum quæ te ipsum facis secundum naturam aut substantiam? Respondetur: quia habet duas naturas aut substantias

Ioc.1. scilicet diuinā naturā, & humanam. Vnde Iaco. in Cano. comparat Christum arbori insitæ, dicens, Suscipite insitum verbū quia potest saluare animas vestras, optime comparatur Christus arbori insitæ: quia arbor insita est vna arbor habet tamē distinctos fructus, & si arbor est vna tamē rami sunt distinctes in natura: quia unus ramus est piri & alter est pomi, quod patet si separantur ad inuicem. Similiter unica persona est Christus sicut vna arbor: tamen est verbū insitum, quod patet in duobus. Primū quia dat differentes fructus. i. distinctas operationes alia est operatio humanitatis: alia diuinitatis, sic videbis à principio nativitatis Christi vsq; ad terminum vitæ, reclinari in praesepio. Operatio differens est à vocatione magorum, pannis in uolui: differt ab adorari à pastoribus: in passione ligatur, & sanat auriculam: comprehenditur & retrorsum deiicit hostes. Emisit spiritum: vt homo. clamans voce magna: vt deus, & sic sunt operationes differentes: nō est mirum quia est arbor insita, apparet si rami separantur. Ramus est corpus, ramus est anima: separatis in morte apparet duæ naturæ in corpore sepulto probatur, quod sit homo: sed in anima descendente ad inferos, & spoliante infernum: probatur quod sit deus: in morte probatum est, esse hominem: sed quod sic clamans expirasset, dixit centurio verè filius dei erat iste.

Similiter habet diuersas naturas. i. voluntates, scilicet, carnis seu hominis, & voluntatē deitatis. voluntas Christi diuina volebat mortem Christi: voluntate carnis fugiebat mortem: in horto orās, dixit nō mea, sed tua fiat in omnivolūtas, Christ⁹ vt deus volebat mortem: secūdū quod homo fugiebat mori, & nolebat mortem pati. Totū prouenit: quia Christus est insitum verbum. Per separationem ramorum cognoscitur esse arbor insita sicut speculum integrum unicam imaginem representat fractum duas representat imagines. Comparatur Christus speculo. Diuinitas significatur per lunā speculi: humanitas per ferrum significatur antequā moreretur unicam imaginem repræsentabat, scilicet, hominis. Vnde Iudæi. Unicam imaginem, videntes dicebant cum sis homo facis te deū:

sed fracto

sed fracto speculo in morte duplex imago apparuit in speculo. Imago hominis in morte: imago dei in hoc, quod sic clamaans expirasset: imago Dei in obscuratione solis, & lunæ: in resurrectione mortuorum in scissione veli templi. Conclude ergo, quia duas naturas habet Christus.

Secundo quem te ipsum facis, secundum personam? Respondetur, quia est diuina persona, & non humana. Hoc prabatur: quia actio conuenit supposito, secundum Aristotelem de anima. plurimæ actiones Christi, sunt miraculosa. Ergo non progredebatur à supposito humano, transmutatio voluntatum repente & subito facta opus mirabile est, Mat. 9. transmutatio voluntatis Matthæi, & Pauli Apostoli mirabilis est. Vedit hominem sedentem in Theloneo, pondera sedetem: quoniam illud genus hominum communiter est cupidum pecunia, & campores sunt amatores pecuniarum, de nullo alio cogitant, nec loquuntur, nec volunt audire. Hac de causa credo quod Matth. Sedebat per amorem inordinatum pecuniarum, quam significat fessio, innitebatur cupiditati illarum aperchugaua in lucro: hoc sapiebat, hoc diligebat.

Præteriens Iesus. Pondera præteriens: quia non iussit illum adduci ad se ut cæcum, quem ad se adduci iussit. Non illi persuasit suis verbis, nec blanditiis: nec promissis: sed præteriens dixit illi sequere me, & statim surgens transtornando arcum: nec accipiens consilium ab amicis suis, sequutus est eum, o mirabilis transmutatio voluntatis. Mutatio est dexteræ excelsi. Verè hæc mutatio tam subita arguit Christum esse deum. Videre cogitationes soli deo competit, Psalm. Scrutans corda & renes Deus. Remittere peccata soli deo competit: Christus remisit peccata Magdalena & paralyticos: illuminatio cæci nati resurrectio mortuorum. Vnde mittenti Ioanni discipulos ad Christum, vt interrogarent eum tu es, qui venturus es? Respondit dicte Ioanni, quæ audistis, & Mat. 11. vidistis, quasi diceret ad opera me remitto. Hispa. callen cartas y hablen obras. Et Ioan. clarius dicit opera, quæ ego facio testimonium perhibent de me. Ioā. 14.

Tertiò quæramus de quantitate Christi. Job. Respondit. Excelsior cœlo est, profundior abyssō, latior mari longior terra. Quatuor possumus in Christo considerare ad

cognoscendam eius deitatem. Et in anima duplicem portionem, scilicet superiorem & inferiorem & carnem & tunc sic exponitur auctoritas Iob. Excelsior cœlo est secundum diuitatē per coelos intelligendo angelos & homines beatos profundior abysso secundum portionem superiorem. Quoniam in ipso sunt omnes thesauri sapientia & scientia dei. secundū portionem inferiorem est latior mari. Quoniam bene compatur mari in passione magna est velut mare contritio tua. Se cūdum carnem est lōgior terra, quoniam in omni loco offeratur corpus Christi.

¶ Quarto queramus, quem te ipsum facis secundum qualitatem: ad hanc quæstionem: seu interrogationē respondit Christus habere proprietates aëris & ignis. De aëre dicit. spirit⁹ vbi vult spirat: vocē eius audis, nescis vnde veniat, aut quo vadat, Vide in sermone spiritus sancti. De igne dicit ignem veni mittere in terram: & quid volo nisi ut ardeat? quod exponens beatus Antonius de Padua, Pater noster dicit. Tria considerat in igne, quæ in Christo perfectissimè reperties, scilicet leuitatem splendorem, & calorem. In leuitate significatur paupertas. Diuitiae onerant hominem. Stultitia magna est te onerare ad ambulandum iter longum. Dives ibit oneratus: pauper leuis. Vnde Christus monebat apostolos non portare facultū, nec peram per viam: nec æs ligatum in Zonis omnia sunt ponderosa, & multum grauant homines ad ambulandum.

In splendore significatur munditia mentis & corporis. In Mat. 17 transfiguratione resplenduit facies Christi, sicut nix: totum significat puritatem & munditiam. Splendor significat munditiam mentis: per faciē anima intelligitur, & albedo vestimentorum significat munditiam corporis. Calor in igne charitatē significat ardentē. Cui⁹ ignis est in syon & camin⁹ ei⁹ in Hierusalem. Secundo queramus ab hoīe. primo de substantia eius & natura Gene.2. Formauit deus hominem de limo terræ & inspirauit in eo spiraculum vitæ, habet duas substantias corpus & animam. Corpus de limo terræ formatum, & in corpore infudit animā deus quæ in Psal. Appellatur cœlum. extendens cœlum sicut pellem. Ber. Inde habet nomen, Vnde traxit originem. Cœlum sursum, terram deorsum, Eccle.1. Animā quæ præminet corpori, sicut cœlum terræ. Et sicut terra à cœlo accipit

accipit calorem virtutis: sic corpus ab anima gubernatur. Mirum artificio simul in homine coiunxit Deus terram & cœlū, id est animam & corpus. Contulit Deus homini librum creaturarum, scilicet seipsum, in quo legat lectionem charitatis, fiduciæ, & spei. Charitas vocatur vinculum, quo ligantur Deus & homo & similiter proximi. Non debes mirari, quomodo deus & homo ligantur amore: quoniam qui adhæret Deo unus spiritus est cum eo. Cum videoas in te ipso duas substantias tam distantes, tantum adhærere, ut efficiant unum hominem & inter proximos licet unus sit diues alter pauper: unus nobilis alter ignobilis sit omnes debent esse unum charitate: sicut credentium erat cor unum, & anima una: cum videoas in te qualiter Actu. 4vniuntur corpus & anima amore indissolubili, qui in morte non destruitur: quoniam anima soluta desiderat & amat suum corpus secundum illud Apocali. Vidi sub altare Dei animas interfectorum, &c. Vide in te originale bonæ politiæ & ciuitatis bene ornatae: quoniam ciuitas est ciuium unitas, & concordia differentium statuum: sicut in cithara concipiunt chordæ & faciunt musicam & consoniam perfectam. Omnia istorum originale. Vide in homine. quia mirabilis harmoniam & consoniam faciunt substantiae tam contrariae, & distantes in omnibus membris corporis: ita quod secundum Senecam: homo delectatur in musica exteriori: quoniam illa consona est musicæ interiori, quam formant compages & artus omnium membrorum corporis humani. Est originale fidei nostræ, quia sicut anima rationalis & caro unus est homo: ita Deus & homo unus est Christus. Est instructio spei nostræ: quoniam speramus, quod Deus erit omnia in omnibus & nos adhaeremus Deo per fruitionem & voluntas Dei erit voluntas nostra. De quo non est mirandum, ut faciat Deus unum per amorem & ut duo sint unum: cum Deus fecerit unum per se hominem, qui est tam unus, ut nisi destrueretur non possunt esse duo. Ut patet in morte sunt duo, scilicet corpus & anima & haec de natura hominis. Ioan. 18,

Interrogemus de persona, an sit Christianus vel paganus, multi existimant Christianos esse veros & iactantur titulo Christiani. Opera tamen sunt infidelia. Nota duplum comparationem. Prima de nobilibus perdentibus hereditatem & nihil rei

rei remanet in domo intra nec extra domū aliquid possidet:
sed titulus nobilis remanet, scilicet de mendoça, cerda, & hu-
Luc. 15. iusmodi, sic Christiani dissipant hæreditatem gratiæ & om-
nes pefectiones interiores, sicut filius prodigus & dicere pos-
Tre. 5. sunt illud Tre. Hæreditas nostra versa est in alienos: solo gau-
dent titulo Christianitatis. Comparantur domibus magnati-
tum, quas Hispanici vocat solares. In porta sunt arma & bla-
fones illorum: intus tamen sunt dissipati & vacuae à nullo ha-
bitantur sic contingit malis christianis præsertim hypocritis
habent signa christianitatis in apparentia exteriori faciunt
multas cruces, vadunt ad ecclesiam, audiunt sermones: deni-
que habet signa veri christiani, sed intus sunt vacui omni bo-
no, carentes omni virtute. **Hac de causa à Christo comparan-**
Mat. 25. tur sepulchris dealbatis.

De quantitate autem animæ, id est, perfectione spirituali:
quia secundū Augustinū: in his quæ mole magna non sunt,
idem est maius, quod est melius. Charitas dat quantitatē ani-
mæ: & secundum mensuram charitatis anima mensuratur.
Psal. 103. Vnde Ber. exponens illud Psal. Tendens coelum sicut pellem
dicit, quod charitas dilatat animam sicut coelum est latum.
Aposto. 2. ad Cor. 6. Dilatamini in in charitate. si tantum ami-
cos & benefactores, diligis modicam habes charitatem. Si vis
crescere & dilatari ama inimicos.

De qualitate hominis dicam⁹ quod qualis esse debet, dico
quod verax: quia mendacem tenet tribulatio & vallabit eum
angustia **Iob. 15.** sicut rex præparatus ad bellum timet inimi-
cos, & amicos, inimicos, vt eum non impugnant, amicos
timet, vt eum non deserat: sic mendax timet ipsam veritatē
sicut hostē & inimicum, & etiam timet suos amicos, id est ar-
gumenta falsitatis suæ ne eum deserat, id est ne deficiat quan-
do percipiuntur ab aliis.

Mendacium maximè destruit politiam mundi & chari-
tatem proximi: patet quia multi boni christiani mutuassent
& commodaissent, & alia multa opera charitatis fecissent si
adesset veritas: & quia adest mendacium præfata negant: quia
pauperes non soluunt mutuum & hinc oritur odium paupe-
rum ad diuites. Vnde date hominem diuitē & statim est ma-
lus, & inimicus pauperum. Diligamus ergo Christum paupe-
rem in

rem in veritate & opere & non verbo tantum & conferet gloriam Christus.

*Sermo primus feria quarta post quintam Domini-
cū, in quadragesima. Thema. Facta sunt
encænia. Ioannis. 10.*

SALVATATIO.

IN euangelio præsentis feriæ fit mentio, de ouibus quibus virgo Maria assimilatur in trib⁹, primò in fructu, sicut ouis est fructifera: sic virgo Maria. Vnde bñdictus fructus ventris tui, Fructificauit nobis agnum dei, qui tollit pctā mundi. Unde sicut olim hebrei nō in multis signis liberati sunt de AEGYPTO: sed tātū in sanguine agni positi super vtrunque postē: sic nos non miraculis incarnationis nativitatis & alijs mirabilibus, redempti sumus: sed in passione Christi. Secūdo assimi-
latur ouī virgo Maria in cognitione agni: quia in voce & ge-
mitu cognoscit agnum suū: sic Maria. Existente enim Chri-
sto in cruce in medio latronū audit Maria agnū suum dicen-
tē mulier ecce filius tuus tuus: cōmota sunt quippe viscera ei⁹
super filio suo. Date huic infantēiuū, hēc enim est mater ei⁹. Exo. 12.
3. Re. 3.
Et stabat iuxta crucem Iesu Maria mater eius. Tertio assi-
mulatur Maria ouī in partitione & communicatione fructus
sui cum oībus. Maximus fructus est lana ouis, qua vēlitur
pastor dñs, & filii & serui: sic Maria vestiuit angelos, iustos &
peccatores, & ipsum deum. Omnes nāq; domestici eius vesti-
ti sunt duplicib⁹. s. veste gratiæ & gloriæ: sed etiā spinas & tri-
bulos vēlit lana sua: quia le repelan, & euellū lanam, sic vir-
go Maria ambulans inter nos semper dimittit nobis aliquam
gratiā pro qua dicamus Aue Maria. Prou. 31.

Facta sunt encænia, toto sermone dicemus de reuerentia &
honore exibendis ecclesiæ Christianorū. Habebant hebræi
in tanta reuerētia locum orationis sux, id est templum, quod
ter in anno faciebant festum dedicationis, id est encænia. Pri-
mum festum erat in mense septēbri & hoc ex præcepto legis.
Exo. & Leu. Quintadecima die mēsis illius, qñ Salomō p̄secit
templum, & dedicauit illud deo. Secūdū festū fiebat in men-
se Martio, qui erat primus mensis anni apud hebræos. Et hoc
festū fiebat ppter hoc, quia destracta Hierusalem & templo
à Caldæis

Tom. I. Ser. I. Fer. 4 post. 5. Do.

à Caldæis, quando ducti sunt hebræi in captiuitatem Babylonis, Rex Zorobabel, & Propheta Esdras illo mense & quarta decima die illius mēsis reparauit, & reædificauit templum.

Tertium festum erat de quo loquitur euangelium hodiernum in hyeme celebrando. 25. die mensis decembris. De quo festo, & mense fit multa memoria in libro Machabæo, quando iterum destruncto templo ab Antiocho idolatra, & posito idolo Iouis in templo, ille magnus dux Iudæorum Machabæus, deuictis Paganis reparauit templum illo mense, scilicet, vigesima quinta die mensis Decembris, in quo die post multa curricula annorum natus est dominus noster Iesus Christus ex virgine Maria. Verus imperator templi animarum nostrarum. Hæc est ergo intelligentia huius literæ, facta sunt encænia Hierosolymis, & hyems erat.

Ex quo colligitur doctrina de reuerentia, & honore exhibendis ecclesiæ: siquidem hebræus tantam reuerentiam habebat in templo suo: quia in unico tantum templo. i. Salomonis. Erant duæ tabulæ testamenti, virga Aaron modicum Manna, & tantum in uno templo, id est, Salomonis. In cæteris erat prototypus Christianus habens originale verum: id est Christum in qualibet ecclesia, quanto maiorem reuerentiam habere debet? Exemplum regis, quia ex hoc quod magis communicat cum suo secretario si insipiens est habet illum in contemptu si sapiens est, habet in maiori reuerentia

Lucæ. 5. sic Petrus dixit. Exi à me dñe: quia homo peccator ego sum. Vnde oratio melior est si fiat in ecclesia, & magis acceptata, ppter realē præsentia Christi: sicut differt ire ad domum regis & spectare tempus ad dādum illi petitionem, vel vocare eum in domum tuam, & petere aliquid ab eo.

Et vide in quanto honore habuit ecclesiam: quia nullum delictum: ita puniuit: sicut delictum profanatum templum, quando eiecit vendentes, & ementes de templo.

Ecclesia est domus Christi multiplici ratione tum: quia illa dicitur domus principis, quam fundauit immediate per se, & eam dotauit Deus. Primum lapidem angularē posuit in ecclesia, ad Ephesios secundo. Ipso summo lapidi de angulari Iesu Christo, in quo omnis ædificatio constructa crescit. Lapis fundamenti debet esse magnus. Est ang-

Est angularis: quia amplectitur duos parietes, scilicet angelos, & homines, coelum & terram coniungit. Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum. Tum quia Christus est primogenitus. ideo illi competit possessio, quia licet de iure communi, haeres diuidatur inter filios: tamen dominium domus principalis pertinet ad primogenitum. Christus est primogenitus in multis Fratribus: ideo est princeps ecclesiae. Ego autem sum constitutus rex ab eo super syon montem sanctum eius, id est super ecclesiam. Tum quia princeps tempore belli: habitat in tentoriis & Papillionibus: sed tempore pacis: & victoriae: habitat quiete in domo, figura Paralip. 33. Tempore quo David fuit occupatus in bello voluit edificare domum, tamen dictum est ei. Multum sanguinem effudisti, & multa bella fecisti non poteris edificare domum nominis meo. Ante aduentum Christi fuit tempus belli: sed post aduentum eius fuit tempus pacis & victoriae. Vnde Christo nato cecinerunt Angeli. Et in terra pax hominibus, &c. Signum pacis est quando princeps intrat terram peditando & inermis & quando ostendit in habitu humili. Hoc fecit Christus in incarnatione, quando habitu inuenitus est, ut homo.

Similiter fuit tempus victoriae: quia in signum victoriae fuit vexillum crucis eleuatum in passione. Esa. 62. Eleuate signum ad populos. Sed nota quod quidam eleuant vexillum, ut pugnatores, alii ut mercatores. Boni pugnatores eleuant signum ad honorem domini sui, & ad inimicorum fugam & terrorem; sic sancti per devotionem eleuant crucem ad fugam & ad terrorum inimicorum. August. super Ioan. Signum crucis expellit a nobis exterminatorem. Mercatores signum domini sui eleuant & ponunt super merces suas & quadrigas: non propter reuerentiam domini sui: sed ne merces capiantur: sic quidam super merces suas & diuitias ponunt signum Christi, dicendo, quod bona sua sunt bona Christi, & bona ecclesiae, & non faciunt propter honorem: sed ut possint rafanas principium, & extorsiones euadere, & meritò rapiunt bona eorum: quia non distribuunt bona Christi, & ecclesiae pauperibus, ut debent. Concluditur ergo: quia tempus aduentus Christi est tempus pacis, & victoriae. Et licet ante aduentum habitauerit in tabernaculis & papillionibus: tamen post aduentum habitat in domo

domo ecclesiæ militantis: de qua dicitur in psalmis. Gloria & diuitiæ in domo eius. Pondera quia domus ecclesiæ ornatur honore claritatis: ideo dicitur gloria & bonitatis valore, ideo dicitur diuitiæ. Gloria & honor domus maximè consistit in debito ordine ministrorum: quia conferuntur beneficia secundum merita & vitam. Figura de regina sabba quæ videns ordinem ministrorum, ultra non remansit spiritus in ea: sic dico,

psal. iii. **3. Re. 10.** quod ordo ecclesiæ consistit in collatione beneficiorum secundum merita & vitam. Sic regina Sabba: si modo videret ecclesiam, non ultra haberet spiritum, videns mutatum ordinem ministrorum & vestes. Ordo ministrorum ecclesiæ est sicut ordo lapidum in ædificatione ecclesiæ: quia lapides magni ponuntur in fundamento & cooperiuntur terra: sed lapides parui, & leues ponuntur in altiori loco, & videntur sustinere totū ædificium, cum tamen nihil faciant, nisi occupare locum: quia lapides positi in terra sustinent totam fabricam ecclesiæ: sic homines nullius scientiæ, nullius virtutis ponuntur in dignitatibus & bonis pepliuntur in terra.

C Secundo ecclesia ditatur diuitiis spiritualibus: Ciuitas enim supra mare ditatur diuitiis: quia diuersi venti applicant ad eam diuersas merces, & naues varias merces ferentes. Eze. 28. In persona ecclesiæ dicitur vrbs perfecti decoris. Ego sum in corde maris, id est medio tribulationum, & amaritudinum huius mundi. Diuersi vēti. id est diuersæ tribulationes & persecutions. Diuersas naues, id est diuersos sanctos ad ecclesiam adduxerunt cū eorū meritis & passionibus ecclesia est dotata. Vnde Prover. 3. In sinistra ipsius diuitiæ & gloria, id est in sanctorum suorum persecutione ditata est ecclesia. Vnde thesaurus ecclesiæ conflatur ex Christi passione & sanctorum. verū est, quod ecclesia, quantum ad aliquos perdit thesaurum spiritualem & acquirit thesaurum corporalem, qui quandoque non stant simul: sed mutuo se expellunt, verbigratia, anima nostra, quæ est spiritus, quandiu est forma corporis regens & manens, tandem manet corpus integrum: si vero deserit informare, & regere corpus putrefacit: sic quando thesaurus spiritualis virtutum simul coniungitur cū diuitiis. i. homo regit suas diuitias secundū formam & regimē virtutis thesaurus honorum corporaliū & virtutum simul stant: si vero copia diuitiarum repugnat virtuti perditur thesaurus

thesaurus spiritualis. Vnde copia diuitiarū, non repugnat virtuti: sed abusus earū. Nam diuitiae sicut sunt impedimenta virtutū improbis: sic sunt instrumenta virtutū bonis: sed quādō thesaurus virtutū, thesaurū temporalium nō informat, nec regit, thesaurus temporalium putreficit. Vnde dicitur. diuitiae vestræ putrefacte sunt. Concluditur ergo dignitas ecclesiæ, quia est domus principis, id est Christi, quam ipse ædificauit, & in ea habitat per præsentiam. ¶ Secundo dotavit Christus ecclesiam suam propter quod debet haberi in magna reuerentia. ¶ Christus dotavit ecclesiam sua virtute & fortitudine. ¶ Secundo Christus suis vulneribus. ¶ Tertio largitate copiosa suorum munerum & de his tribus. Exponitur auctoritas, Gene. 49. Tu fortitudo mea, principium doloris mei, prior in donis. Christus habuit magnam fortitudinem, per quā fugavit hostes, quando iam intrauerant terrā, & quando erant in possessione castrorum, Dæmones ante aduentum Christi iam intrauerant mundum, iam erat in possessione cordiū. Esa. 26. Possederunt nos absque te gl. mentes hominum occupantes. Nota Dæmones acquisierunt & acquirunt hodie possessionē in hominibus: sicut per præscriptionem, homo de iure acquirit & lucratur possessionem domini propter negligentiā veri domini, qui rem suā neglexit, nec custodit, & derelinquit eā, etiam propter diligentia occupantis, q̄ rem vacante occupat longo tempore, dño nō reclamante, sic dæmō possidet corda hominū propter negligentiā non custodiētiū cor, cōtra consilium sapientis dicentis. Omni custodia custodi cor tuum. Secundo propter suam astutiam cor possidente & subintrante cor peccatore tacente, & non reclamante per confessionem. Sola reclamatio per confessionē Dæmonē expellit & fugat. August. lib. de penitentia. Confessio est salus animarū expultrix vitiorum, restauratio virtutū, oppugnatrix Dæmonū, fugādo hostem de terra ecclesiæ, q̄ iam intrauerat & possidebat Christus fortitudinem suam ostendit, lub. 6. Wade in fortitudine tua & liberabis Israel de potestate Madiam. Nota, quandiu equus est fortis & potens, nō oportet, qđ miles pugnet in fortitudine ne paopria: imò quandoq; pugnat in fortitudine equi: sed ex quo cadente & deficiente, quando miles stat & pugnat: signū est quod pugnat in fortitudine sua, non equi sui.

Prou. 4

Esa. 3

Esa. 3. Equi eorum caro quandiu caro est illæsa & intacta non
apparet fortitudo spiritus: sed quando caro cadit, & deficit in
tribulatione, spiritus non deficit: sed stat per potentiam,

Mat. 26 tunc apparet fortitudo spiritus & ita fuit in Christo, qui equo
carnis cadente & deficiente semper fuit immobilis spiritus. Spi

ritus quidem promptus est caro autem infirma, & hac fortitudine spiritus ditauit ecclesiam & sanctos præcipue martyres

Gene. 2. fig. sicut Adam dormiente abstulit Deus costam, ex qua for
mauit Euam: sic Christo moriente in cruce, fortitudo eius co
municata est sanctis martyribus. Nam Christus fuit quasi te

2.Re. 23. nerrim^o vermiculus, vt dicitur de David: Sed erexit nobis cor

Luc. 2. nu salutis, id est, fortitudinem Mariæ, ad vincendum Dæ
monem, nobis communicauit.

¶ Secundo dotauit suis vulneribus ecclesiæ: quia propter atrocitatem vulnerum habuit dominium ecclesiæ. Ratio est: quia vineam spinis vallatā impossibile est intrare: quin homo sentiat vulnera spinarum specialiter ille, qui primò intrat, quia talis oportet transire per medium spinarum. Vinea ecclesiæ erat circūdata spinis multorum peccatorum. Christus voluit intrare primus, tanquam dux, & princeps, qui fuit primus in aggrediendo & sustinendo. figu. Paralip. II. Omnis qui percussit jebusēum primus, erit princeps & dux. Et quia Christus debebat esse princeps ecclesiæ primus dolores peccatorum ipse portauit. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. in quo docet nos viam poenitentiæ intrare, quia videmus ducem nostrum per viam spinarū precessisse, & vulnera nostra ipsa pertulisse.

¶ Tertio dotauit ecclesiam largitione munerum, Ideo dicitur primus in donis. Usurarius volens pauperē attenuare, quandoque super partem terræ suæ tantum mutuat, vt non possit soluere. Tunc remedium est, vt per larga munera se redimatur. Dæmon tatum mutuauit homini super animam suam, quod non potest satisfacere, propter paupertatem. Ideo pater misit nobis filium ad satisfaciendum, & non redimendum: & cum eo donauit omnia necessaria ad salutem. Ad Roma. 8. Cum eo omnia nobis donauit. Modo pauper, cuius terra redēpta est non potest satisfacere redemptori ad munus tenetur, & afferre debet fructum, quem terra producit, quotannis annuatim: sicut nos

Esa. 52. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. in quo docet nos viam poenitentiæ intrare, quia videmus ducem nostrum per viam spinarū precessisse, & vulnera nostra ipsa pertulisse.

sic nos non potentes deo satisfacere super redemptione animarum nostrarum. Offeramus fructum Labiorum nostrorum Psa.^{67.} in ecclesiis benedicite domino, id est, orationem in ecclesia in praesentia Christi: quia sicut in curia bene ordinata, in atrio exteriori sunt homines, qui porrigerere debent supplicationes, & petitiones: in atrio interiori sunt: qui habent eas expeditre. Tota ecclesia triumphans & militans una ecclesia est, una est columba mea. Cant.^{5.} Atrium exterius est ecclesia militans. Ratio est, quia in atrio exteriori intrant diuites, & pauperes, amici & inimici: sed in palatio interiori non sic: quia ibi sunt ianitores admittentes amicos, & repellentes inimicos: sic in ecclesia militanti sunt mixti amici, & inimici, boni cum malis. Vnde ecclesia in qua est summum atrium, Psalm. Stantes Psa.^{121.} erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem. In isto atrio firmamus petitiones, & supplicationes: sed in ecclesia triunfante, Petrus est Ianitor, qui admittit amicos Christi, & repellit inimicos. Et modus, quomodo debent formari petitiones in ecclesia Eccl.^{35.} Oratio humiliantis se nubes penetrat. Nota quod posita eadem distantia vox existentis in loco profundiori melius auditur, quam existentis in loco altiori: quia natura vocis est ascendere: sic posita aequalitate potentium, melius & facilius exauditur oratio humiliis. Psalm. Respexit in Psa.^{101.} orationem humilium. Et alibi humiles spiritu saluabit, non Psa.^{33.} dicit corpore: quia animalia habentia magnum cor in quantitate sunt timidiora: vt ceruus: sed habentia paruum cor, sunt magna dignitatis, & ferocitatis, vt leo. Ideo dicit Christus. discite a me quia mitis sum & humiliis corde. Vnde Gregorius in secundo moralium. Ille ubique orationem deo offert, qui se ubique puluerem videt, & nihil virtutis sibi attribuit, bona quae agit ex dei misericordia recognoscit. Secundo ponit finem, quem prætendere debet, orans in ecclesia, scilicet, penetrans nubes. oratio est nuntius gratus deo, quem mittimus, vt impetreret, quæ petimus a deo. Et sicut fidelis nuntius omnia peragit omnia perficit, quæ desyderamus.

Tertiò principaliter est templum dei honorandum: cuius renouatio significat renouationem cordis nostri, quod est templum dei Apostoli. Templum dei sanctum, quod estis vos. 2. Cor.^{6.} Nam destructo primo templo per Chaldeos deductis hebreis. 1. dd. potentius

potentissimæ animæ in ægyptum per eisdram reparari potest: quæ interpretatur misericordia dei.

Iterum destrœto per Antiochum illustrem idolatram, id est, virum avaritiae, quæ est dolorum seruitus, reparatur per Iudam, qui interpretatur confessio, & in hoc nomine Iudas, ponuntur quinq; conditiones bonæ confessionis in quinque literis in litera I. notatur integritas confessionis, ut non confiteatur quædam peccata vni, & quædam alteri. In V. notatur verecundia, ut non misceantur extranea, & confessio per scripturam fiat, & verecundia dimittatur in Papyro, in litera D. notatur dolor cōtritionis &c. In litera A. vt confessio sit aperta & clara: vt poenitens tantum confiteatur sua peccata, & non aliena. Bene ergo facta sunt encænia Hierosolymis: quia tunc est tempus reuocandi spiritum mentis nostræ, & expurgandi vetus fermentum spoliandi veterem hominem, & induendi nouum, qui secundum deum creatus est, & sic induamus Dominum Iesum Christum, qui nobis concedat gloriam.

*Sermo Secundus Feriæ Quartæ post Quintam dominicam
in Quadragesima. Thema. Facta sunt encænia.*

Ioannis. 16.

In Sermone declarabuntur aliqua de euangelio.

Notat euangelista, quod hyems erat, quando calor, scilicet, diuinus aberat à cordibus Iudaeorum: & iam glacies, & nubes, & aquilo frigidus congelauerant corda eorum.
CSequitur in euangelio Pater meus quod tradidit mihi maius est omnibus ecce optimus locus in quo appareat, quod Christus sit dei filius, non adoptivus: sed naturalis, & consubstantialis patri. Deus de deo, lumē de lumine, deus verus quod maius est omnibus dedit mihi, non dicit mater, quoniā, quod dedit illi mater, scilicet, illam corpulenta substantiam, & carnem secundum illam, non est maior omnibus: quia illa caro non est maior omnibus: sed secundum illam diminutus est paulominus ab angelis. Nunc ergo cū dicit Quod dedit mihi pater maius est omnibus, hoc est illud quod dedit mihi pater ab æterno, & in quo sum ipsi filius, & ipse mihi pater, id est, in gene-

In generatione æterna, per quā mihi communicauit suā es-
sentiam diuinam. Quia sicut Pater naturalis communicat fi-
lio essentiam suā, qualis est pater, quia naturalissimum est al-
teri generare, quale ipsum est: sic pater meus: quia æternus:
quia omnipotens talem substantiam communicauit mihi fi-
lio. & hoc maius est oībus, potentius omnibus, fortius omni-
bus. Vnde dicitur, oīes meas, non rapiet quisquam de manu
mea: quia sicut pater maior est omnibus, sic filio dedit quod
maiis est omnibus. Quid est quod pater dedit filio, quod ma-
ius est omnibus, nisi omnipotentia suam, vt nemo rapiat ele-
ctos, de manu: filij sicut nec de manu patris. Quoniam et si for-
tis armatus custodiens atrium suū, in pace sunt omnia, quæ pos-
sident. i. dæmon. Si tamē fortior illo superuenit. i. Christus au-
feret arma & spolia. Vnde pater fecit sicut pater habēs plures
filios. Primogenito dat hæreditatē. i. maiorazgo: ceteris bona
mobilia: sic fecit Abraham, qui Isaac dedit hæreditatem: filiis Gen. 25.
concubinarum dedit bona mobilia: sic pater eternus, Primo-
genito. i. Christo, qui est primogenit⁹ in multis fratribus, de-
dit quod maius est oībus, ceteris dedit bona mobilia. i. bona
temporalia, & bona gratiæ, & bona gloriæ. Dicit euangelium.
Ego & pater vñ sumus: nō dicit vñus, sed vñ, in quo deno-
tat distinctionē personarū inter patrem & filiū: quia aliis pa-
ter, aliis filius, aliis spiritus sanctus: sed quia hi tres vñ sunt.
Ideo dixit, quia ego & pater vñ sumus. i. vna substantia, vñ
esse substantiale. Nec cōfundētes personas, nec substantiā sepa-
rantes, contra Arriū & sabelium: sabelius nāq; confundebat
personas diuinias: dicebat vñā nāq; personam patris & filij &
spiritus sancti. Arrius ē contra dicebat aliud pater aliud filius,
&c. Ideo cōtra Arrium, vñ sumus: per hoc quod dicit, vnum
vnitatem essentiæ significat, per hoc quod dicit sumus in
plurali distinctionem significat personarum in diuinis, &
etiam per hoc quod dicit, ego & pater dicitur in euangelio,
nemo potest rapere de manu patris mei, id est, sicut nemo
potest rapere electos, de manu patris mei. Ex quo omnipot-
tentiam habet: quia melior est omnibus: sic nec à me ipso
quispiam rapiet oīes meas, id est, electos & propter hoc fuit
Christus figuratus in David, quem fecit Deus robustum,
qui manu fortis interpretatur. De quo dicitur posuisti,

vt arcum æreum brachia mea, qui. i. Regum. 17. dixit Sauli,
quando voluit congregari cum Goliad. Pascebat seruns tuus
patris sui gregem: & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietē
de medio, & sequebar illos, & percutiebam eruebanq; præ-
dam de ore eorum: & insurgebant contra me, & apprehe-
debam mentum eorum, & perseguebar, & suffocabam eos.
Exponitur de Christo, & nobis, qui sumus oves pascuae eius.
Qui erant leo & vrsus, nisi Annas, & Caiphas, & alij Pharisei
& scribæ, qui isto tempore conabantur, vt nulla ouis sequere-
tur Christum, quos quasi fures, & latrones ouium condem-
nauit, ad mortem & furcam inferni, sicut bonus Iudex pro-
tulit sententiam, & exequutioni mandauit: quia nullus po-
tuit rapere de manu Christi. Ex quo pater quod dedit illi
maiis est omnibus.

Dicitur in euangelio. si tu es Christus, dic nobis palam. Nō
dicunt si tu es filius Dei, aut Deus. Primo, quia Iudei nō cre-
debat deum verum: sed potius regem magnum in tempora-
libus. Vnde & mater filiorum Zebedei dixit Christo, dic vt
fedeat hi duo filij mei vñus ad dexteram tuam & alius ad fini-
stram tuam in regno tuo. Secundo quia intentio Iudeorum
erat accusare Christum coram Pylato de crimine læsa mai-
statis, id est, de usurpatione regni. Vnde quia Pylatus modicū
curauit, quod esset filius dei, multum autem quod esset rex.
Propter hoc querunt non cur sit deus, sed an sit Christus, id
est, rex vñctus, sicut reges Israël olim vngi solebant. Vnde &

Mat. 20. de hoc in passione accusant corā Pylato dicentes. Inuenimus
Luc. 24. hunc subuententem gentem nostram, prohibentem tributa-
dari cæsari, & dicentem se esse Christum regem. Dicitur ultra
oues meæ vocem meam audiunt & vos non estis de ouibus
meis. Ratio est: quia electi habent conditiones ouium. Primò
quia signum prædestinationis est fides, sicut ouis subiicitur
pastori facile: sic Christus intellecūm electorum captiuat in
obsequium fidei. Et quia sicut oues humiliant se, non saltant,
vt capræ. Vnde & Paulus de conuersis ex gentilitate dicit.
Timeo ne sicut serpens seduxit Euam: sic sensus vestri à sim-
plicitate, quæ est in Christo Iesu. 2. Cor. 11. Bene sicut serpens:
quia sicut Eua tunc decepta est argumentando cum dæmo-
nio: sic Christianus decipitur & cadit in infidelitatē, si dispu-
tat de

tit de fide. Secundum signum prædestinationis, in quo assimilatur ouis est amor: quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, etiam lapsus in mortale peccatum: quia aliquando prædestinatus aberrat à pascuis domini, sicut ouis ad quæ reuertitur per poenitentiam. Tertio assimilatur ouis in patientia: sicut ouis transiens de extremo ad extremum, per semitam strictam, quæ appellatur cañada, & sustinet inediā donec intret in extremum. Extremum nostrum est gloria paradiſi: quod desiderabat ecclesia dicens, indica mihi ubi pascas, ubi cubes, in meridie. Interdum patimur multas tribulationes. Ve mihi dicit Bernar. quod longe sum ab illis pascuis. Valde de longinquò illas oues saluto, ut pote quia sedeo super flumina Babylonis. Quarto in communicatione per elemosynam: sicut ouis cōmunicat Lanam suam ad vestiēdum & lac, & butyrum ad cibandum.

Dicitur ultra in Euangelio. Opera quæ ego facio testimonium perhibent de me: quia si opera non fecissem, quæ nemo mo alius fecit, opera Christi excedunt in tribus.

¶ Primò in difficultate: quia quatri duanum suscitauit à mortuis, & se ipsum suscitauit. Secundo in generalitate: quia sanab omnes. Tertiò maximè excedebat: quia in virtute propria, & in hoc tertio signo, id est in virtute propria, defecerunt magi pharaonis, id est, omnes haeretici dicentes. Digitus dei est, hic. Vnde caballa, & magia naturalis maximè conferunt ad veritatem fidei catholicae. Sequitur, Et si filios dixit deos, ad quos sermo dei factus est, & nō potest solui scriptura: & vos dicitis blasphemas: quia dixi, filius dei sum. Nota, quod dixit Deos, quia triplex est modus deorum per naturam, per opinionem, per participationem, omnes iusti. Psal. Ego dixi dii estis. Sed dicit ad quos sermo dei factus est. Et principales sunt tres, quibus sermo dei de incarnationis mysterio factus est ad Abraham ad Dauid, ad Ioseph. Abrahæ quasi de futuro homine, Sermo dei & verbum dei factum est Gen. 22. In semine tuo bene dicentur omnes gentes, & nō dicit in seminibus, quasi in multis: sed in uno semine qui est Christus. Secundo eadē promissio & sermo dei factus est ad Dauid, cùm dicit iurauit dominus & non poenitebit eum, de fructu ventris tui, ponam super sedem tuam. Ecce quia cùm dicit super sedem

Psal. 81.

Psal. 109.

- 112
3. той
- ad dicit humanitati Christi regnum & principatum dicens, **Po-**
nam super sedem tuam. ¶ Tertiò eadem promissio & sermo
dei factus est Ioseph, addēdo homini Christo regi diuinitatē:
& hoc fuit, quando angelus aparuit, in somnis Ioseph dicens,
Mat. 1. Ioseph fili David noli timere accipere Mariam cōiugem tu-
am, quod natum est in ea ex spiritu sancto est. Paries enim
filium & vocabis nomen eius Iesum. Et subdit ad propositū:
ipse enim saluum faciet populum à peccatis eorum. Saluos fa-
cere homines à peccatis solius dei est. Vnde Iudæi dixerunt:
Lu. 7. quando dixit Magdalena. Remittuntur ei peccata multa,
quoniam dilexit multum. Blasphemat quis est hic: quia pec-
cata dimittit isti tres Abraham, David, Ioseph, sunt principa-
les ad quos sermo Dei factus est, de quibus dicit hic.
Et nota, quod non sine sacramento magno dixit Deus, ad
quos sermo Dei factus est, quia mediāte sacramento incarna-
Ioan. 1. tionis & mortis Christi quotquot receperūt eum dedit eis po-
testatem filios dei fieri per gratiā & adoptionem. Itaque dii
facti sunt participatione gratiæ. Vnde bene dicit: quia si illi
ad quos sermo Dei factus est, id est ista repromissio facta est,
dixit deos esse participatione, diuinitatis, & fruitione. & om-
nes electi, qui secundum hanc gratiam, descendūt ab illis san-
ctis patribus per gratiam & fidem, & non potest solui scriptu-
ra à minori ad maius arguendo. Si omnes illi sunt dii: quia e-
go dixi, dii estis, & non potest solui scriptura: quanto magis,
qui sum filius Dei duplii filiatione, scilicet per gratiam secū-
dum quod homo, & naturali generatione ab æterno Deus de-
deo lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, secundum
quam pater, quod maius est omnibus tradidit mihi.
Et nota, quod in ipsa Christi nativitate: quod Deus istis
tribus personis, Iudeis in tanta diuersitate, & discursu tem-
porum repromisit sive in diuersis temporibus sermo dei fa-
ctus est, in adoratione, & aduentu regum gentilium unico fa-
cto monstrauit, scilicet illum esse hominem, regem, & Deum:
hominem in mirra Deum in thurre, regem in auro.
¶ Vnde etiam nota, sicut in tota genealogia salvatoris tres
prædicti sunt principales, scilicet, Abraham, David, & Ioseph
Quia Abraham in principio, & bis repetitus: similiter David
ter repetitus Ioseph in fine quasi lapis claudens clauem, & fi-
nis

nis lineæ generationis Saluatoris, & consequenter omnium electorum & bonorum: sic alii tres quasi mali & quasi principes malorum tolluntur de genealogia saluatoris, ut dicit beatus Hieronymus, scilicet. Ochozias, Ioab, & Amasias, quia, scilicet per impiissimam Iezabel, quem occiderat prophetas domini, ad quos sermo Dei factus est, descendebant. Vnde non sit mentio de illis in hac generatione bonorum: quia omnes isti mali, & pessimi reges fuerunt, ut patet tertio Regum decimo octauo, & capite ultimo, propter occasum eorum quibus sermo Dei factus est. Hæc Rupertus Abbas, hic super Ioannem.

¶ Patres ergo qui Christum Dei filium sibi re promissum prius fide suscepserunt, quam in carne incarnatum Dii sunt ad quos sermo Dei factus est. Dii namque non natura: sed gratia. In quorum Synagoga stetit Deus in medio eorum quia similis illis secundum carnem factus est.

Et hoc est quod in Psal. dicitur. Deus stetit in synagoga deorum in medio autem deos di iudicat. Psalm. 81. In hoc enim, quod Christus dixit in hoc euangelio, Si enim illi ad quos sermo Dei factus est dii sunt: in hoc enim maxime di iudicat id est discernit & diuidit illos ab ipsis, ut scilicet illi tres sancti patres, ad quos principaliter sermo factus est, & omnes, qui ab illis descendunt per gratiam & fidem sunt dii. Ipsi autem Pharisei & omnes ab eis descendentes sunt quasi Demones.

¶ Sed quare dixit ego & propter unum sumus & non fecit mentionem de spiritu sancto. Et alibi dicit, Non ego solus Ioan. 10 sed pater mecum est. &c. Non explicat spiritum sanctum, Ioan. 16 Ratio est, quia ipsi Iudei erant infideles: & vt magi Pharaonis defecerunt in tertio signo, id est cognitione spiritus sancti. Nam Ezechias perdidit regnum: quia thesauros domus 3. Re. 20. domini ostendit extraneis: sic non oportebat Christum thesaurum bonitatis ostendere infidelibus: quia bonitas attribuitur spiritui sancto: sed huc thesaurum ostendit apostolis, tanquam amicis, dicens, Alium paraderetur datum vobis, quem mundus non potest accipere. Hæc sufficiunt pro literali expositione Euangelii. Ioā. 14

dd. 4 ¶ Sequitur

¶ Sequitur secunda pars huius homiliæ, in qua moraliter nota, quod quinque genera animalium renouantur, Phœnix secundum Lactantium renouatur hoc modo, sentiens se peruenisse ad senium: vadit ad Arabiam, & congregat ligna, quibus congregatis flat ventus Auster & accenditur ignis in quem se iniicit, & combusta remanet vermis, ex quo generatur noua Phœnix: sic peccator sentiens senectutem peccatorum, & se inueteratum in peccatis vadit ad Arabiam in qua viget calor id est laborat in dei cognitione & in propria cognitione sui Augusti. Da domine cognoscere te & me, colligit ligna, id est dei beneficia, quæ in magna multitudine inueniuntur in monte caluariæ, post beneficia creationis & glorificationis, vel colligit ligna de môte libano, id est diuinæ perfectiones, scilicet, summam sapientiam, scilicet bonitatem æternitatem, iucunditem & ea colligat in memoria, & flat Auster, id est gratia spiritus sancti, & in meditatione mea exardescit ignis, & acceditur ignis contritionis, & relinquitur vermis conscientiae pœnam infligens, & sic renouatur homo interior, & mortificatur homo exterior Apostolus renouamini spiritu mentis vestræ. ¶ Secundo renouatur coluber, transiendo per foramen strictum, & dimittit ibi pellem: sic peccator confitens peccata sua, transit per confessionem, quasi per foramen strictum. nā confessionis præceptum difficilius est aliis: quia licet contritio generalis peccatorum sit sufficiens: tamen confessio peccatorum secundum numerum est necessaria si peccator potest illorum recordari. Confessio est angusta porta per quam contendimus intrare. Vestimenta nostra, id est virtutes siant alba per confessionem, quia mediante illa mundantur nostræ virtutes, & peccata licet sint, vt coccinū, quasi nix dealbatur.

Esa. 1.. ¶ Tertiò renouatur ceruus, qui mutat cornua: sic peccator renouatur totus virtute satisfactionis. Nā si sit surdus: tamen satisfacit audiendo verba dei. Vnde dicitur. Vox dominii preparantis ceruos.

Psa. 28. Tob. 6. ¶ Secundo peccator est cæcus: ideo oportet renouare oculos ieiunio. Nam fel pescis, quod valet ad vngendum oculos, significat amaritudinem ieiunii, quo illuminatur intellectus.

Psa. 150. Mutum oportet satisfacere oratione, & laudibus diuinis sic. Psalm. Laudate eum in timpano & choro, id est ieiunio significato

ficato per tympanum: quia corpus maceratur iejunio: sicut tympanum iectu. in choro, id est oratione, & laudibus diuinis. Et si sit possessus a dæmone, vincitur dæmon oratione, iejunio, & eleemosyna, & aduerte, quod satisfactio medicinalis fit de directo contra ægritudinem, & sic renouatur totus homo.
¶ Quarta renouatio est Aquilæ. Psalm. Renouabitur ut Aquila inuentus tua. Aquila videns se famelicam percutiendo petram frangit rostrum, o el pico, & comedit & renouatur. Petra est Christus in sacramento. Percute Petram adorando, credendo, & confitendo, & recipe eum, & exhibit ignis deuotionis licet sis siccus. Habes ignem in domo tua, ut calefias: ignem habet ecclesia, ut calefiat cor: est tamen absconditus in altari, ut facies Moysi erat velata. Ideo Christus velatur: ut se conteneret fragilitati nostræ. Ideo datur sub specie panis & vini.
¶ Quinta renouatio est accipitris, qui expandit alas suas ad Austrum & immergit se aqua: & sic renouat plumas: sic peccator prius madidus aqua cōtritionis expandit alas, id est intellectum, & voluntatem ad prædicationem: & dimittit plumas veteres, scilicet peccata luxuriæ & rācoris. Et si deficit calor respice ad Austrum, id est Christum crucifixum, vnde venit calor amoris. Vide latus apertum, caput inclinatum, cerebrum transfixum. O superbe, o ingrate, renouare totus per Christi passionem, ut renoueris in gloria, quam nobis concedat Iesus filius Dei.

Psa. 102.

*Sermo primus feria sexta post quintam Domini-
cū, in quadragesima. Thema. Collegerunt
Pontifices & Pharisæi conci-
lium. Ioan. 12.*

Sermo moralis de Euangelio.

INTRODUCTIO.

Dominus noster Iesus Christus in tantum extendit suam benignitatem, quod existes sine peccato, adeo se conformatuit peccatorib⁹, ut peccator crederetur. Mat. ii. Venit filius homi-

dd 5 homi-

Mat. 26

hominis manducans & bibens, & dicunt ecce vorax & potator vini & in passione, tanquam ad latronem fustibus & armis existis comprehendere me. Non est mirum, quod creditus esset latro: quia portabat signa latronis, scilicet humanitatem & circumcisionem, quæ inflicta est in signum furti commissi à primis parentibus. Humiliauit se vsque ad creaturam vilorem, quam ipse fecerat, scilicet, pœnam. Nam in principio infantiae apparuit inscius & ignorans, & impotens ad ambulandum, Deinde esuriit & sitiuit: & in passione contra eum fuit collectum concilium: ut se conformaret peccatoribus, & moraliter significaret concilium, quod fit contra peccatorem ad condemnandum eum morti. Et fundamentum est: quia hic homo multa signa facit, quæ sunt digna morte æterna. In concione dicam de concilio cōtra peccatorem. Quatuor aduocati allegant pro peccatoribus, scilicet spes longiores vitæ & timor pœnitentiae, erubescētia & hypocrisis. Spes longioris vitæ allegat iuuentutem. Dicit in senectute ibis ad pœnitentiam, in die bona fruere bonis: & malam diem præcaue

Eze. 18. in quacunque hora ingemuerit peccator, &c. Non inquirit contritio tempus determinatum: sed in momento haberi potest. Secundus aduocatus, scilicet pudor allegat honorem esse magno pretio habendum, quomodo confiteri debes vile peccatum, & si caderes in latrinam nolles ab aliquo videri.

Tertius est timor recidiui vel timor pœnitentiam agendi. Allegat quomodo poteris abstinere à tali peccato, quomodo poteris continentiam seruare. Quartus aduocatus est hypocrisis dicens, iste bonus confessio forte repellet te de corde suo nec bene sentiet de te. Consilia horum aduocatorum sunt fraudes & doli. Cōsiliū primū nō valet: quoniam vis ut comedat Deus reliquias prandii tui, scilicet tuissim & sputa senectutis tuae, consumpta iuuentute tua, & obsequio mundi. Erubescētia nō bene allegat: quia erubescētia est frānum quo dāmō tenet infrānum os tuum. Nec cōsiliū timoris valet: quia existens in carcere, si nollet exire: quia timeret iterum incarcerari, stultus esset: sic peccator existens est prope carcerem inferni: quia existit in carcere peccati. Valde stultus est si non vult exire propter timorem iterū redeundi ad pētin. Nec valet consiliū hypocrisis: quia talis aduocatus plus diligit im-

ginem

nem rei. q̄ rem: auricaleū, q̄ aurū: plus videri bonus, q̄ esse bonū simpliciter: plus falsitatem q̄ veritatē. habet enim causam apparentē, & cooperit latrinā vitorū & apparētiā falso religio nis. Ber. Tristitia hypocrita nō in corde, sed in facie est. hi oēs sunt habitu & astutia vulpes: astu & crudelitate lupi. Hi sunt, qui boni videri, & non esse mali videri, sed esse mali volunt. Accusator est Dæmon, qui accusat in hoc concilio peccatorē: nam nō potest dæmon affligere eum, nisi Deus illum dimittat: sicut apparet in Iob. i. & 2. Nō potuit Dæmon afflige re Iob, donec dixit deus. Ecce in manu tua est. Accusat Dæmon peccatorē: sed non creditur ei: quia est pater mēdaci. Ideo ad ducit testes in cōcilio: & testes sunt libri cōscientiarū: & testes omni exceptione maiores. s. sancti & sancte: & ipsa sancta trinitas. Nā tres sunt: q̄ testimoniū dant in cōculo. Pater, verbū, & spūs sanctus. & sc̄ti dicunt, q̄a verū est testimoniū eius. Et in terra habet testimoniū certū. s. cōsciētię. ad Ro. 2. Testimoniū redē illici consciētiā eorū. Vnde Adagiu. Cōsciētia mille testes.

Allegat Dæmon, quia hic hō multa signa facit: nam signū est occultae rei, vel futuræ manifestatiū: & sic opus malum exterius potest dici aliqualiter signū. Nam sicut opus virtuosum est signum gratiae latentis in corde, & signū gloriae futuræ habenda: q̄a gratia est Arra glorię. sic malū opus est signū pēti mortalis, existētiis in aīa. i. q̄ aīa est priuata gratia, & etiā significat q̄ homo punietur poena æterna, nisi egerit pœnitētiā. Et sic peccator facit multa signa, ostēdēntia suā damnationē, quæ in exemplo filii prodigi notari possunt. Primo, dixit patri. Pater da mihi portionē substatię quę me contingit: & hoc est signū magnæ fatuitatis. Tū quia existēs sub tutela optimi patris, vult immunis esse ab eius tutela, & viuere ad voluntatē suā. Tū, quia sicut puer dimissus à nutrice sua, cito cadet. Tum quia vult gubernare bona sua, cū sit pupill⁹: quæ à Deo sunt gubernāda. Thre. 3. Pars mea dñs, dicit aīa mea: propterēa expectabo eū. ps. Expecta dñm, & custodi viā eius? vt Psal. 36. hēreditate capias terram. Secūdū signū mortis æternæ: quia occidit & mortificat seipsum. Vnde peregre profectus est in regionem longinquam, recedendo à Deo. & sic inuenit mortem culpæ: quia longe à peccatoribus salus. Tertium signum pœnæ futuræ: quia dissipavit bona sua luxuriose viuendo. Psa. 118.

Bona

Bona naturæ vulnerauit: bonis fortunæ male vsus est: bona gratiæ perdidit: & sic in fine perdet bona gloriæ. Quartum lignum, est famæ & afflictio, post peccatum commissum: quia maiorem miseriam habet peccator post peccatum, quæ delectationem habuit in peccato. & significatur per famam, quam habuit, dissipata omnium substantia, & hæc famæ & Angustia est virga Dei: per quam vult ad se trahere peccato rem: sicut pater grauiter verberat filium, q̄ sine licentia patris

Psa. 44 sui recedit. ps. Virga directionis, virga regni tui. Quintum signum perditionis est, quia adhæsit vni ciuium regionis illius id est diabolo, qui est princeps regionis mortis: & misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. Villa est peccatum: porci sunt sensus nostri, quibus nihil vilius, cum ordinantur ad malum. Tactus est vilissimus, ad inhoneste tangendum: oculus vilis ad concupiscendum: auris, ad detractoria audiendum: os, ad loquendum turpia: gustus ad ebrietates & crapulam: nares, ad sentiendum lubricos odores. Superbi pascunt ventum, id est ventosos homines. Inuidi canes, id est detractores homines: sed luxuriosus, porcos, & vacas, ecce signa quæ facit peccator.

Sequitur in euangelio, Si dimittimus eum sic, scilicet facientes signa mortis eterne quæ prædixi, scilicet viuere ad libitum voluntatis suæ, sine lege, sine Deo: & dimittimus, vt occidat animam suam peccado: & vt dissipet bona sua: & dimittimus eū viuere in miseria, & egestate spiritus: & finaliter, si dimittimus seruum dæmoniorum: venient Romani qui dicuntur excelsi, id est angeli tanquam ministri Dei & exequutores tollent locum nostrum & gentem. Loc' animæ nr̄æ, est corpus nr̄m, in quo habitat: qui locus tollitur per mortem, qn̄ corpus separatur ab anima, & gentem, id est membra corporalia, quæ conuententur in vermes. Vel locus noster est res amata, in qua quiescimus, & sic diuitiae sunt locus auarorum, honores ambitium, gaudia turpia carnalium. Hæc loca tolluntur in morte: quādo vivi diuitiarum, vt dicit. ps. Nihil inueniunt in manibus suis. Gēs nr̄a viuēs sine lege est appetit⁹ nr̄ sensualis, nulli legi subiect⁹: sicut gētes q̄ legē nō habēt. Tollit hęc gēs, & destruit, q̄a perit mūdus, & cōcupiscētia eius. In perditione mundi significat, q̄ peribit locus, i.e. res mūdanæ. In perditione cōcupiscētiae significat,

significatur perditio gentis, i.e. appetitus rerum mundanarum scilicet concupiscentia oculorum, & concupiscentia carnis, & superbia vita.

Sequitur. Cayphas cum esset pontifex anni illius, prophetauit. Cayphas, moraliter significat intellectū seu rationem: nā interpretatur explorator seu inuestigator: quod optime conuenit intellectui: quoniam ipse explorat, vt custos de nocte, qui appellatur cintenela: quae explorat inimicos egrediētes à longe: & de turri alta eiiciunt lapides contra appropinquentes castello: sic officium intellectus est, explorare inimicos, & amicos. id est virtutes & vicia. Sed, quid si cintenela dormiat, id est ratio, ingredientur hostes, & occident hisbosheth: quia puella mūdans triticum, obdormiuit. Quid est munda re triticum, nisi explorare grana munda, & zizania, & ea ab inuicē separare: sic ratio separare debet preciosum à vili: qua dormiēte per negligentiam, occiditur liberum arbitrium per cōsensum peccati mortalis. Intellectus est etiam inuestigator: sicut carnis venaticus, qui odore prædæ ductus, discurrit huc atque illuc, multum laborando: vt inueniat prædam: sic intellectus adorem beneficiorum Dei, & ad odorem creaturarū: quae odorem infinitę sapientię, potentię & bonitatis emitunt, intellectus inuestigat Deum: inuisibilia Dei per ea quae facta sunt, intellecta conspicuntur: diuinitas & sempiterna virtus eius. Tertio intellectus debet prophetare, vt Cayphas. Dupliciter dicitur aliquis prophetare, vel quia cognoscit occulta: & sic Samaritana vocavit Christum prophetam: quia cognoverat occulta illius. Secundo prophetat quis, videndo à longe futura: his duobus modis intellectus prophetare debet, scilicet cognoscendo occulta, scilicet per donum intellectus, scilicet cognoscendo quid diuitiae intus contineant: nam continent viscum, quo capiuntur auari, continent limum, quo maculantur possidentes: continent spinas, quibus corda lacerantur: sunt laquei, quibus anima ligatur. Consideret intus, & videbit, quod honor est casus & præcipitium: est scala, per quam ascendunt suspedendi infurca inferni. Similiter cognoscat intus gaudia mundana, quorū extrema latus occupat: qualiter sunt mixta fleuit: & sunt vinum mirrhatū felle mixtum. Cognoscat qd intus continet paupertas spūs: quia continet regnum

2.Re. 4.

ad ro. 1.

- gnum cœlorum, quid contineant cæteræ beatitudines intus: quoniam continent beatitudinem in spe. Debet prophetare, & procul videre quatuor nouissima, ad prouidendum, quid
Deu. 31. agere debeat. Vnde Moyses. Utinam sapient, & intelligeret ac nouissima prouiderent. Primo intelligat mortem: quoniam
Eccle. ii. vbi ceciderit lignu, ibi erit: siue ad Austrum siue ad Aquilonem. Regat se memoria mortis: vt aues reguntur cauda. Memorare
Eccl. 7. nouissima tua: & in æternum non peccabis. Facile cōtemnit omnia qui cogitat se moriturum. Memorare iudicii, vt prius places iudicē muneribus: vt Iacob placauit Esau. Memorare
Gen. 32. gloriae, vt quæras media, quibus illam possis attingere, & mittas illuc cibos, & pecunias tuas in schedulis, seu chyrographis sicut faciunt transeuntes de regno ad regnum: qui ferūt suas pecunias in schedulis camporum, id est pauperum. Memora re poenæ æternæ, & interroga te ipsum: sicut Angelus interrogauit Agar. Vnde venis, aut quo vadis: in primo notatur poena damni: peccator perdit Deum. sanctos & aut quo vadis: in quo notatur poena sensus: reliquit omne bonum, & vadit ad omne malum.
Consilium optimum est, vt vnu homo moriatur, ne tota gens pereat, id est homo vetus in peccatis nutritus. spoliantes veterem hominem: immo excoriantes, & destrucentes eius pelle,
Hier. 13. id est conuersationem & malitiam. Nunquid æthiops potest mutare pelle suam: & vos discretis facere bonum? Moriatur vnu homo: quia est dux totius perditionis, scilicet mala voluntas. Primo: quia mala voluntas, vt pessimus dux facit bellum, & militat. i. compite cum suo rege. Nam exaltatur supra omnem quod dicitur Deus: quia deus solus vult iusta & recta: sed voluntas prava vult iniusta & iniqua. Voluntas depravata resistit Deo. Psal. Domine quis resistet tibi? extincit ira tua: nam quia Lucifer restitit Deo ex illa resistentia ira Dei orta est: & elecit Sathanam, tanquam fulgur in infernum. Secundo ex
Psal. 75. pedit, vt iste dux, id est voluntas moriatur: quia dissipat exercitum Dei, id est virtutes: nam castra Dei sunt haec virtutes. Principaliter dissipat duo præcepta charitatis, scilicet amorem Dei, & amorem proximi: quia duo amores fecerunt duas ciuitates: amor sui usque ad contemptum Dei & amor Dei usque ad contemptum. Ita chalybes ordinat exercitus suum virtutum.

Pulchra es amica mea, filia Hierusalē. charitas reddit animam pulchram & amicam: etiam terribilem, vt castrorum acies. quia Dæmon non timet patientiam: quia multa sustinet. Nō ieinium: quia nunquam comedit: non castitatem: quia est spiritus: sed charitatē timet. Fortitudo exercitus, y de esquadron cōsistit in hoc, q nō rumpatur, sed claudatur: voluntas iniqua rumpit charitatem Dei & proximi.

C Tertio expedit, vt moriatur: quia est dux scandalosus: quoniam voluntas propria in celo excitauit scandalum, & in paradise terrestri. Amor proprius excitat bella, seditiones, & scādala. Psal. Fiant viæ in scandalum ipsis. **Q**uarto, quia maior est superbia eius, quam fortitudo eius: quia ipse se defendere non potest: quoniam est imago somnii. Ultimo debet mori quia castrū animę dat demoni contra voluntatē dñi sui. Ergo expedit, vt moriatur: ne tota gens pereat: quia totū corpus est quasi vn° exercitus: caput, quasi dux: pectora, quasi cōfiliarii gens de ordenāça, manus & pedes sunt, quasi pedestres. In bello spūali, voluntas est, quasi dux, quę deberet habere tres cōditiones boni ducis, scilicet fortitudinē: q̄ cōfert fides: ideo fides comparatur grano sinapis: quāto magis teritur maiorē fortitudinē habet: sic fides recta. Tū debet habere prouidētiā. Utinā saperent, & intelligeret ac nouissima, pūiderēt. Tum quia dux in bello spirituali debet esse extraneus: licet in bello corporali aliquando sit extraneus, aliquid naturalis. Ratio est: quia magis conueniens est sequi voluntatē alienā: q̄ propriam: qm̄ vir obediēs loquitur victorias. Tum quia omnes tenētur obe Pro. 21. dire, seruus dño, filius patri, rex papæ, Papa cōfessori, & omnes tenentur obedire Deo. Tum, quia voluntas est pessimus dux, & facit illa quinq; mala, qua paulo ante diximus.

Sed nota, quod voluntas prava debet mori, & est condēnanda in concilio misericordiæ diuinę: & non in concilio iustitiae. Ratio est, q̄a de rigore, iustitia est condēnanda ad poenā eternā: qm̄ peccator est dignus poena eterna: sed phac vita misericordia super exaltat iudiciū: ideo peccator appellat ad cōciliū misericordiæ. ps. Miserere mei deus secūdū magnā misericordiā tuā. In quo cōcilio iudicatur pētōr, & crucifigitur in cruce poenitētię: in qua figurū duo pedes, pes dexter supra siistrū: quia amor dei super oīa debet esse, & in tali cruce debet

Psa. 48.

Deu. 32.

Pro. 21.

Psal. 50.

perma-

permanere vsque ad mortem, & si adulatores dixerint. Descēde de de cruce: non descendat: quia non coronabitur, nisi quile gitime certauerit: & sic perseverans, reputabitur filius Dei: in hac vita per gratiam, in altera per gloriam.

Sermo secundus in .6. fer. post quintam Dominicam
Thema. Collegerunt pontifices & pharisei concilium. Ioan. 11.

SALVATATIO.

Lu. 23. **Q**uidam sanctus Doctor dicit, & non sine ratione, virgo Maria sciuuit concilium mortis Christi. Quod probatur: quia inter multos, qui interfuerūt concilio, unus fuit Ioseph ab Arimathia: qui erat decurio vir iustus & bonus, & subdit euangelium. Hic non consenserat consilio & actibus eorum & creditur pie, quod hic Ioseph reuelauit secretum virginī: & ambos rogaſte Christum, ut declinaret, y se retirasse. Vnde dicit euangelium hodiernum in fine. Iam ergo Iesus non palam ambulabat apud Iudeos: sed abiit iuxta desertum in ciuitatē, quae dicitur Ephrem: & ibi moratur cum discipulis suis. & in significationē huius recessus & occultationis, sacerdos in misera, quae passionem significat, abscondit faciem suam populo, ab offertorio vsque post communionem. Si ergo Maria hodierna dies sciuuit consilium diffinitum, qualem alterationē habuit: potuit dicere angustiae sunt mihi vndique: & facta est quasi vidua Domina gentiū. Rogemus, ut ppter hanc angustiam cōferat gratiam & dicamus Ave. In sermone isto expōnam euangelium partim in sensu literali, & partim in sensu morali.

Dañ. 13.

Collegerunt ergo pontifices, &c. Nota, quatuor status erant in populo Iudeorum. Pontifices, qui regebant populum in spiritualibus & temporalibus. Secūd⁹ Pharisæi, qui intendebant diuinis, quasi religiosi. Tertius. Leuitæ qui intendebat cultui diuino, ut sacerdotes. Quartus. Scribe, qui intendebant scientiæ legis, ut periti.

Cur ergo in hoc concilio, cōuenientibus sacerdotibus. Pharisæis,

risæis & Leuitis, Scribæ non conueniunt, à quibus tanq à littore ratis maxime erat capiendū consilium. Respon. Ne forte scribæ contradicent eorū voluntati: dicentes, quanta mala contigissent regibus & principibus Israel, propter occisionem prophetarū: ut Sauli Achab, & aliis. Vel, ne forte isti, quia docti erant in lege, dicerent illis, Christū esse verum Messiā: & sic celaret vñctio illorū: & maxime reditus tēpli. Vnū propter auaritiam, q̄ maxime inter oīa p̄ctā excēcat intellectū occiderunt Christū. Vnde nō est aliud peccatū difficultioris emēdæ, q̄ auaritia. Sicut ergo olim Acab noluit Michæā sibi prophetari: q̄a nunq̄ mihi bene p̄phetabat. i. non ad voluntatē mēā, propter 3. Re. 22. quod hodie sancti & boni prædicatores sunt minus accepti populo, & maximē magnatibus. Sic forte hi Pharisei noluerunt sribas eorum consilio adesse.

Collegerunt concilium. Triplex concilium fecerunt contra Christum primū monopolii. i. demonipodios, secundū rationum apparentiū. Tertiū operum prauorū. Primum conciliū est leuiatham: de quo in Iob. corpus eius, quasi scuta fusilia cōpacta scamis, vt vna adhæreat alteri scamæ coniunguntur & Iob. 41. stringuntur, quando mutuo dant manus, vt sint amici amicis suis: & inimici inimicis suis. Hoc concilium facit Dæmon cū anima peccatrice: vt sola morte diuidantur, id est pala y aca-
don, isti arma, arcum & scutum habent, de quibus. ps. Arcum conteret, & confringet arma & scuta cōburet igni. In arcu nō tatur malitia, & subtilitas ad intentionū: quia filii huius lœci prudenter sunt in generatione sua filiis lucis. Dicuntur ma-
litia arcus, quia repente, y adesora eiiciuntur sagittæ. Sed con-
fringit Deus arcum: cū cautelis & fraudibus eos capit: sicut ceperit istos Phariseos, quia occiderūt Christū, sunt capti à Romanis: & si dimisissent eum liberum, nō fuissent capti nec occisi. Arma horū sunt fauores mūdanii: sicut dicitur vnū bonū brachium habet. s. mundanū fauorem: sed arma confringuntur, cū moritur amicus, qui illi fauore dabat, vel fortuna mutatur, & q̄ fauebat, indiget alieno fauore: & diuēs efficitur pauper. Scuta cōburet igne. i. obstinationē voluntatis: & scutū iētu, sed si cadit scutū tangitur: sic peccator incidit in foueam peccatorū: vt videre poteris in his phariseis: qui insidiantes morti Christi, innumerū occisi sunt.

¶ Secundū concilium, est rationū apparentium. Cōtra iustitiam & veritatē non deficiunt ratiōnes: vt appetet in litigantibus. Esa. 4. ibi accusabit lamia, habens faciem hominis, id est, peccator, qui colorem rationum habet: & sic faciem hominis habet in rationibus apparētibus. Corpus lamia habet bestiæ: & sic peccator habet vitam bestialem, ibi habuit foueam e. i. cius, id est peccator cuius facies & pedes sunt rationes appa- rentes. Sed totus est scamosus & spinosus in peccatis: sic isti Pharisæi habebant rationes apparētes & coloratas. scilicet ve- nient Romani, & tollent gētem & locum. Sed scame cadunt: Christus erat pauper: nō habet liga, nec prædicabat cōtra imperatōrem. has scamas ericīi habebat Paul⁹, quādo persequeba tur christianos: quia Iudæi cū apparentia rationū de ceperāt eum. sed scame ceciderunt ab oculis, id est, intellectu: quibus dimissis vidit Christum. ¶ Tertium concilium malum in esse eti: sicut vas carens spiraculo frangitur. Multa bona fecerat Deus istis Pharisæis: propter qua decebat dare bonū consilium, sed in contrarium dederunt. Auaritia, & cupiditas tem-

Psal. 68. poralium eos destruxit, ps. Dorsum eorū semper incurua, per Psal. 10. avaritiam & cupiditatem, in reliquiis tuis preparabis vultum eorum. Cibi dei sunt gloria, & fruictio, & tentio dei nostri. Re-

liquiae sunt bona temporalia quæ serui diuitiarum expectat: & sic expectabant Iudæi. ¶ Moraliter dicit Ber. Omnes vi- dentur concilium facere, vt Iesum, interficiat. Videte quomo do superbi militant, vt destruant Christi humilitatem: qui di- cit, Discite a me, quia mitis sum & humilis corde: auari con tra paupertatem: luxuriosi contra castitatem: gulosi contra temperantiam, irati contra patientiam, iracundi contra man- fuetudinem. Sed in uno quoque peccatore mortaliter peccan te, & in te ipso considera, quomodo facis concilium, vt Iesum in te occidas. Quomodo studet auarus die ac nocte, & cōgre- gat exercitum suarum cogitationum, quomodo acquirat, & decipiāt proximum, & rapiat aliena, Adulter & fornicarius, quomodo impleat voluptatē suam: inimicus quomodo se vindicabit: ambitiosus quomodo acquiret principatum & statum: colligunt intellectum, voluntatem, memoriam, ad cō- plendum sua consilia. Psal. Cogitauerunt consilio que non potuerunt stabilire.

¶ Quid

¶ Quid facimus? Multi sunt hodie, qui de bono statu & virtutibus multum deliberant, & valde tarde determinant: & tardius exequuntur. Sed quod peius est, dimissa virtute in qua diu deliberauerunt: subito in vitia labuntur. Exemplum in eo, qui longa determinatione considerat intrare religionem: & subito oblata parua occasione, sic labitur, & cadit in statum contrarium: quasi nunquam cogitasset de religione.

Exemplo istorum Pharisæorum, qui diu deliberauerunt, dicentes. Quid facimus? & quid facimus? & subito in mortem Christi prolapsi sunt. Sic etiam multi diu cogitant restituere ablata: & tarde, vel nunquam ponunt in execuzione. Sunt sicut imago pœta, que tenet semper manum ad crumenam. & nunquam extrahit pecuniam: sic propONENTES emendare vitam, & sunt pleni bonis propositis, & nunquam emendantur. Similes ficiui, cui maledixit Christus Mar. ii. quia solum habebat folia. Infernus est plenus bonis propositis: & quia non mandata sunt executioni, patientur pœnas inferni. Hic homo multa signa facit, scilicet, quia apperuit oculos cæci nati: & suscitauit Lazarum quatriidianum.

¶ Si dimittimus eum sic, omnes credent in illum. O altitudo diuinarum! quam incomprehensibilia sunt iudicia Dei! Ab isto concilio colligitur doctrina, quod non est consilium, no est prudentia contra dominum. Et nota, quod in hoc Deus maxime ostendit omnipotentiam suam, & quam terribilis est in consiliis super filii hominum: quod homines non carentes de Deo, non solum non implent consilia sua, sed volentes ea implere, eadem via destruunt consilia sua, & implent consilium Dei. Exemplum primum in fratribus Ioseph, quando dixerunt. Ecce somniator venit: occidamus eum: eadem Gen. 34. via fuit constitutus gubernator totius regni Egypti. Secundum. Saul contra David: qui dixit. Si dederit centum preputia Philistinorum, Dabo ei filiam meam, &c. 1. Re. 18.

¶ Tertium exemplum in Iona, recusante ire ad Niniuem ingressus est cete, qui eum applicuit littori. Niniue. Quartum exemplum in his Iudeis: qui propter mortem Christi perdididerunt locum & templum: quando deuastata sunt à Romanis sicut prophetatum fuerat. Et si dimisissent eum sic, pauci credidissent in eum: sed quia non dimiserunt, sed occi- 1. &c. 2. Io. næ. cc. 2 derunt

derunt, omnes crēdēt in eum. iuxta parabolam Christi.
 Nisi granū frumenti cadens in terra mortuū fuerit ipsum so-
 Ioan. 12. lum manet: si autē mortuū fuerit: multū fructū affert, & alibi
 Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.
 ¶ Et venient Romani: & tollent locū & gentē, imo vide frustra
 tum consiliū eorū: quia propter hoc venerūt: sicut prēdictum
 fuit primo à Moysē Deu. 28. Adducet super te dñs gentem de-
 longinquo in similitudinem aquilę volantis cū impetu. Ar-
 ma nanq; & signa Romani Imperii, erant aquila volās expā-
 fis alis. & subdit, gentem procacissimā, cuius nō possis intel-
 ligerē linguam: quē non deferat seni, nec misereatur paruulo,
 & deuoret omnia atque disperdat in cunctis vrbibus terræ:
 & destruat muros tuos, in quibus habes fiduciam. Similiter
 hoc ad litteram dixit Balaam. Num. 24. Venient in te tribus
 de Italia, i. de Roma: & vastabunt Assyrios: & superabunt He-
 br̄eos: & ad extremū ipsi peribūt. Dicat ergo popul⁹ Hebreo-
 rū, timor quē timebam: euenit mihi, & quod verebar, accidit
 Iob. 3. Et nota, q̄ causa huius cōsiliū fuit resurrectio Lazarī. Im-
 mediate nāq; pōstq; testimoniū perhibuit turba, quæ erat cū
 eo, qn̄ suscitauit Lazarū Io. 11. statim dixerunt: quid facimus?
 Ex hoc habetur doctrina christiana, q̄ differentia sunt dona
 Dei in bonis, & malis: qn̄ bonis, pficiunt ad maius bonū: ma-
 lis nocēt ad maius malū. Vn̄ bea. Pau. Bonus, inquit, odor su-
 m⁹, aliis in vitā, aliis in mortē: sicut ex eodē flore accipit mate-
 riā fabricandi apis: & conuertit in mel: & aranea conuertit
 in venenum: & sicut idem sol sal indurat, & ceram liquefe-
 cit: & vultum reddit nigrum, & linū albefacit: sic Christus in
 passione sua Iudam indurauit, & Petrum molefecit: Pharao-
 nem indurauit: & Nabuchodonosor liquefecit: & sicut cibus
 in stomacho bene disposito conuertitur in substātiā aliti: &
 in malo stomacho conuertitur in malos humores,
 ¶ Cayphas cum esset pōtifex anni illius Prophetauit: sed nō
 fuit propheta. Ratio est, quia opus est intelligētia in visione
 Da. 10. i. in ppheta, q̄ dici vidēs. Vn̄ nota, q̄ ad veritatē ppheta
 tix, requiri tñ ppheta intelligētia. i. q̄ intelligat illud qđ pro-
 phetat magis q̄ bonitas & sanctitas. q̄ sit bonus aut sanctus
 Vnde Balam licet infidelis & idolatra, verūs propheta fuit.
 Num. 22. & 24. quia intellexit quod prophetauit: qn̄ missus
 Abaldach

Abaldach rege, ut malediceret exercitui Israel, potius benedixit: vt habetur ibi. & Pharao licet prophetauit in visione vacarum septem pinguum, & septem macraru: non fuit verus Gen. 4:1 Propheta: quia non intellexit: sed Ioseph interpretat⁹ est somnium. ¶ Similiter Nabuchodonosor, quando vedit statuam non fuit verus propheta: quia non intellexit: Sed interpretationē accepit à Daniele. Danie. 5. Similiter Balthasar vidēs manum scribentis in pariete Phares, Tethel, Mane, non fuit verus propheta: quia non intellexit. Sic iste pontifex Cayphas non fuit verus propheta, licet prophetauit. Nota beatus Paulus non fuit propheta in raptu: quia tunc non intellexit si in corpore, an extra corpus fuerit. Vnde quia pro illo 2. Cor. 11 tunc non intellexit, an in corpore, an extra corpus non fuit propheta. Et beatus Ioannes addidit prophetæ Cayphæ, dicens, Non tantum pro gente. scilicet, Iudaica, sed ut filios Dei dispersos congregaret in vnū. Filios dei intellige, per æternam prædestinationem: licet non secundum presentem iustitiam: qui erant dispersi secundum diuersos ritus, in diuersis mundi partibus, etiam tunc. Vnde in A&t. Apostolorū. Erāt habitantes in Hierusalem Iudei, viri religiosi ex omni natione, quæ sub cœlo est. &c. 1. Pe. 1. Petrus Apostolus electis aduenis dispersionis ponti Galatæ, Capadociæ, Asiacæ, & Bythinia. In unum congregaret: in unam ecclesiam. Vnum baptisma: vnum Deum. Sed altero sensu exponamus prophetiam beati Apostoli: & interrogemus Christum sedētem in domo Marthæ: quare domine es tristis? respondebit nobis: quia cogito de morte, quā in proximo passurus sum. Quare domine tristaris cum sit in manu tua non mori? non, quia mandatum habeo à patre ponendi animam meam, & iterū sumendi eam: quia debes scire, quod ab instanti conceptionis acceptavi mortem: & sum obligatus mori. O domine videtur crudelitas & iniustitia: quia magis teneris conseruare vitam tuam, quam aliorum. Respondit, sciatis, quia statim ut acceptavi mortem, constitutus sum Monarcha, & rex totius vniuersitatis. ps. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Syon, montem sanctum eius. & constitutus sum caput. & sicut caput gubernat, & influit in totum corpus: sic est equum, ut ego gubernem totam rem publicam, & ut illi mercari, & opera illorū sint accepta

Deo: oportet: vt ego moriar: quia méritum prouenit à passio
ne mea. Et hic est thesaurus, quem ego volo diniittere ecclesię
vt non ponendo obicem, mereātur gratiam, & remissionem
peccatorum. Et hinc prouenit, q̄ indulgentia collatā à sum
mo pontifice, non pro sint existētibus in pētō mortali: nisi ac
cipiens sit in gratia: nec pro sunt existētibus in purgatorio:
nisi accipiens sit in grā. Et hic thesaurus, pficit oībus propter
grā capitis: q̄ est in Christo. Vnde ponunt doctores triplice
grā in Christo. s. grā vñionis, q̄ nihil aliud est, nisi benigni
tas dei & bonitas, qua voluit esse homo. Secūda grā est singu
laris, plonē q̄ i Ch̄o fuit summa: q̄a nō est illi dat sp̄us ad mē
surā: & habuit habitus oīm virtutū in summo: & quātum ad
vsum perfectissime illis v̄sus est, & fuit virtuosior oībus hoīb
& quantū ad effectus, grā Christi excessit oēs sine proportio
ne, propter cōtaetum ad verbū. Et sic meritū fuit infinitū: q̄a
erat persona diuina: & opera eliciebantur à persona: & sic mé
ritum fuit infinitū: & infinitis mundis potuit pficerē, si essent
possibiles. & sic profuit præteritis præsentibus & futuris. Ter
tia grā dicitur capitis, quia sicut caput regit corpus, & influit
in illud virtutē: sic Christus mediante hac grā, est caput eccl
esiæ militatis & triūphatis. Et vt intelligatur bene, accipe simi
litudinē. Oēs homines habemus cognitionē: quia ab uno pa
rente Adam descendimus: & sic Ioānes & Petrus sunt cognati,
pter Adā: quo sublato de medio, non erunt cognati: & su
mus damnati: quia filii Adam. eodē modo Consideratur co
gnatio spiritualis propter Christū. Nam secundū hominem
interiorē habemus cognitionē spiritualē: quia Christus tan
quā caput infundit grā oībus: & propter illū contrahimus
cognitionē spiritualē, & sicut sublato Adam Petrus & Iaan
nes nō haberēt cognitionē: sic sublato Christo, nō haberem⁹
gratiā, nec cognitionē sp̄ualē: & sic non pficerēt nobis virtu
tes sancti Francisci: nec pœnitētię diui Hiero. nec iciunia san
cti Ioannis. Ergo oportebat Christū pati, & mori: quia ipsum
cōstituit Deus caput super omnē ecclesiā qua ratiōe nō tm̄ p
gente Iudaica mori expediebat, vt dixit Cayphas: quia bonū
cōmune erat præponendū bono particulari. & sic licet Christ
us esset sc̄tūs & innocēs, expediebat mori. Sed Ioānes dilata
uit fructū, quia debebat mori pro filiis dei. i. pro oībus creatu
ris ra

Ioan. 3.

ad ep. 1.

ris rationalibus: quæ magis propriæ dicuntur filii Dei, quia licet omnes creaturæ possint dici filii Dei: quia à deo sunt creature sed tamen conuenientius homines dicuntur filii dei: quia habent intellectum, voluntatem, & memoriam. Et sic inter omnes creaturas, homines sunt magis similes Deo: propter quod vocantur filii Dei. & sic scriptura dicit. *Vidētes filii Dei filias hominum, q[uod] pulchræ essent acceperunt eas in uxores.* Quare ergo ibi homines appellat filios dei, nisi quia viri sunt similes patribus, q[uod] foemine, & etiā quia viri sunt fortiores, & constantiores foeminis. Ideo foeminas appropiat humanæ naturæ, quæ est fragilis & debilis.

Sermo primus, Dominicæ in Ramis. Thema.

Benedictus qui venit in nomine domini. Mat. 22.

Intra omnia facta Christi hodiernum maximæ est admirationis propter multa. Primo quia homo pauper despectus & odiosus Iudeis quæ biduo ante voluerūt occidere, tam cito receptus in regem de cōmuni consensu omnium. Certè dñe, dominum & motorē cordium hodie te ostendisti. Contradicebant discipuli Christo adhuc ire volenti in Bethaniam ad resurrectionē Lazari. Dixerūt enim discipuli. Heri voluerunt te lapidare, & hodie reuertis illuc? Secundò inducit admirationem iste ingressus Christi in hierusalē: quia cum Christus solebat pedester ambulare inter spinas, discalciatus, vnguisbus emitte tibus sanguinē. Iesus fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontē. Et tamē hodie pro ingressu Hierusalem, ascendit asinam, expectat illam, & si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia dominus his opus habet. Bernar. O domine nunquid vis currere, la posta de redēpcionē: vt non moreris in via, pigrū animal assumpsisti ad hoc. Amplius currit tua voluntas ex quo dixisti Iude. *Quod facis, fac citius.* Tertio inducit in admirationē, vt homo, qui tātū fugit ambitionē, applausum, & fauorem mudi dices, *Discite à me: quia mitis sum, & humilis corde, hodie introiuit in templū honoris:* & nō solū honorē recepit: imò reprehēdit impidiētes. Nā paruulis dicētibus, Benedictus, qui Mat. 11. venit in nomine domini, osanna. Dixerunt Pharisai, *Audi quid isti dicunt?* dixit sūnite illos. Nonne legit̄is quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem?

CO altitudo diuinitarum, sapientiae & scientiae Dei. Ruper-tus dicit. quod gaudiū hodiernum prænósticum est lætitia, & gaudii victoriae Christi in resurrectione: quasi præueniēdo & anteponendo diem octauum, id est istam dominicam futu-ræ resurrectionis: quia Ioan. dicit. Turba multa quæ venerat ad festum cum audisset: quia Iesus venit Hierosolymam acce-perunt ramos palmarum & exierunt obuiam Iesu quasi in si-gnum repentinae victoriae, & discipulorum eius, & omniū cō-fessorum, & virginum & martyrum futurorum. quod maxi-mè figurant palmae. **M**iranda res: Nondū incepto bello pro-deunt vexilla victoriae dicentes. Osanna filio Dauid: Benedi-cens, qui venit in nomine domini.

Et aduerte quod turba ista afflata spiritu sancto cognovit mysterium, & intellexit factum: sicut dicit ecclesia in benedi-cione Ramorum huius diei & laudes obtulit Christo, pro-pter victoriam resurrectionis, & cognoverunt isti pueri sacra-mentum, quod occultatum est omnibus Iudeis, scilicet quod

Luc. 4. Christus esset Deus, & prohibuit Christus dæmonibus loqui quia dicebat ipsum esse Christum. Et ex ore infantium & la-étantium perfecit laudem & gloriam, Christo enim nato sta-tim exercitus angelorum cecinit Gloria in excelsis Deo: sed hanc concionem nullus perfecit, nisi turba puerorum dicen-tium, Osanna, Laus deo, gloria & victoria.

Et est mirabile quod hæc eadem turba in die veneris cruci affixit Christum: vnde credēdum est quod illa notitia infusa auxilio spiritus sancti, deleta est sicut contigit Ioanni Bapti-stæ, cui notitia de Christo infusa est, cuius notitia oblitus est, factus grandioris ætatis. Vnde post factus tringinta annorum dixit. Ego nesciebam eum: sic isti obliiti sunt notitia, quam spiritus sanctus illis reuelauit: propterea a cruce affixerūt Chri-stum. Vnde nota, quod non sine sacramento, à seculis abscondito pueri hæbreorum cantantes & prænósticantes victoriam istam dicunt, Osanna in excelsis: & sapientia diuina fecit istos plenos sapientia, & quasi plenos spiritu prophetia. Prophe-tant quod ignorauerunt Apostoli. Nūquid sciebant isti pue-ri victoriam Christi, qui ignorabant, si ad pugnandum venis-set. Istud enim sacramentum absconditum erat à seculo prin-

Eph. 3. cipatibus & potestatibus huius seculi. Dicit Paulus. Vnde bene

bene isti pueri Hebræorum ignorâtes, quid parentes sui age-
rent, & quid ipsi dicerent, prophetant dicentes Osanna filio
Dauid. Benedic^t, qui venit in nomine domini, figurata fuit
ista hodierna victoria in pugna Dauid cum Philisteo, post cu-
ius victoriam in occursum eius exierunt puellæ Israelicæ ca-
nentes. Percusso Saul mille Dauid decem millia, in tympanis & psalteriis canebant: sic in illa octaua resurrectionis eges-
sæ sunt animæ delimbo dicentes, Cantemus domino, glorio-
se enim magnificatus est. Tūc enim diuiso mari in duas par-
tes, id est anima Christi separata à corpore, in meritis illi^o mor-
tis transeūtes, omnes veri Israeliciti subueris inimicis in mari
exibant de limbo cantantes. Et tunc Maria soror Moysi di-
xit, Cantemus domino: gloriose enim magnificatus est.

¶ Secunda ratio solemnitatis hodiernæ est, vt copiosa apud
deum esset redemptio: quia enim genus infelicitatis est, fuisse
foelicēt dicit Boe, & ideo in pari causa necessitatis melius est
succurrere pauperi: quandam nobili & diuini, quam ignobili
ideo Christus assumpturus mortem, accepit, primo hunc
honorē in eodem loco in insigni ciuitate in eodem festo
inter cognatos & notos inconspectu matris sue. Et in pecto
re patris propter unionem verbi, ad humanitatē voluit pati.

¶ Tertia ratio hodierni ingressus tam solemnis fuit, vt doce-
ret nos utrari honorem cum morte, execūdo obuiam ei: sicut
olim Abraham, quādō suscepit Deum in tribus pueris in ip-
so feroce diei, stetit in hostio tabernaculi sui: quia sic homo
melius expectat deum ad hostium mortis, faciens quod ipsa
mors factura erat, scilicet spoliare me ab omnibus temporali-
bus & existimare me mortuum, & sepultum, & obliuioni tra-
ditum, & quod res meas, jam alter possidet, & forte eas male
expendit.

¶ Quarta ratio, vt ostendat, qualiter cito transeūt omnia mū-
dana, & etiam qualiter inter ipsa gaudia consistat luctus. Ex
hoc Christus in medio processionis & gaudii videns ciuitatē
fleuit super illam. O bone Iesu tu te obtulisti gaudio. & omnes
te lætantes suscipiunt, & tu in medio gaudii ploras? Certè cre-
do vt ostendat absynthium, quod habent omnia mundana,
quasi si quis luctatus cum mundo reuento la hiel enel cuer-
po: sed nos quasi phrenetici ridentes morimur: & sicut de-
elli mi

Exo. 15.

Geū. 18.

Luc. 19.

Tom. I. Serm. I. de Domnica.

phrenesī paucis anantur: sic de hac stultitia & gaudio mun-
dano pauci anantur.

¶ Sequitur secunda parshuius sermonis.

¶ Moraliter castellum significat animā clausam in culpa cū
primō in baptismo fecisset homagium, dicens, Abrenūtio Sa-
thanæ. Habet tamē pro sui defensione quasi alcaçar tres tur-
res, scilicet rationalem concupisibilem, & irascibilem.

¶ Per rationalem regitur: per concupisibilem se prouidet: per
irascibilem defenditur. Has turrem nititur dæmō impugnare:
sicut Absalō impugnauit patrem suum. Primā turrim impug-
nat fraude, i. malo cōsilio. Secundā turrim impugnat fame, i.

a. Re. 18. cupiditate & ambitione regnandi. Irascibilem impugnat metu.
Vnde Absalon p̄æ metu inimicorū nesciuit regere mulum,
cui insidebat, & per capillos suspensus remansit. Isti tres id est
cōbates sunt, quasi tres lanceæ, quas infixit, Ioab, i. Dæ-
mon in corde eius. ¶ Sed tu adhibe custodiam istis turribus
tuis. Contra fraudē pone potentiam rationalem, vt sit exami-
natrix omnium, que ingrediuntur in castellum animæ.

¶ Contra metum pone irascibilem fortiter resistēdo tentatio-
nibus mundi & Dæmonis: & carnis. En lectulum Salomonis
ambiunt sexaginta fortes omnes doctissimi & ad bella para-
ti: vniuersiisque ensis super fœmur suū propter timores no-
cturnos: sic sanctus Vincentius irascebatur contra Tyrannū,
dicens cur blandè loqueris hunc Tyrannum. Ad tertiam tur-
rim, scilicet concupisibilem impugnatam fame pone custo-
diam famem bonorum coelestium. Nullus enim sic vincit ter-
rena, nisi qui concupiscit cœlestia. Vnde Danieli dictum est.

Dan. 9. Ego veniam, & docebo te, quia vir desyderiorum es.

¶ Anima quasi clausa encastillada abundat omni commeatū
id est participatione carnali: ita vt non sit pratum quod non
pertranseat luxuria nostra, fossam habens profundę consue-
tudinis in qua canunt ranæ, cras, cras, id est pœnitentia diffe-
ratur usque ad mortem. Murum habet, id est obstinatū cor.
misericordia motus Deus mittit duos discipulos suos, scilicet
amorem & timorem, vt soluant asinam ligaram, id est intelle-
ctum & voluntatem, quam antea inequitabat Dæmoniū pro-
pter arbitrii voluntatem: quia dominus his opus habet pro-
pter liberum arbitrium. Tunc anima ex lætitia aduentus Dei
in illa

in illa præscindit omnes ramos superfluos vitiorum suorum,
ne arbor animæ suæ cadat iuxta inclinationem suam sicut scriptum est, lignum ubi ceciderit, ibi erit siue ad Aquilonem, siue ad Austrum. Tunc sternit propria vestimenta in via dando eleemosynā, & de necessariis, ut sunt vestimenta propria: tūc portat palmas, id est victorias de septem vitiis: tunc in morte canit. Benedictus qui venit in nomine domini: quia cupit dis-
solui & esse cum Christo, &c. Canit Osanna in excelsis. Et nota, quod coniunguntur hodie oliua & palma ad suscipiendum Christum & bene: quia in oliua oleum misericordiae figuratur. in palma victoria Christi: quia vñcto oleo latitie præ confortibus suis ne scilicet Demonium haberet unde teneret illum venit enim princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Itaque in hoc negotio ante bellum prænoscitur victoria.

¶ Et nota quod Iudæi si voluissent aduertere in mysterio ho-
dierno, in multis cognouissent Christum esse deū ut in sequen-
ti sermone videbitur: Sed abscōditi hæc à sapientibus & pru-
dentibus, ita pater quoniam sic fuit placitum ante te. Hic tan-
gun̄ duę causę agnitionis Christi. Prima ex parte dei. s. volū-
tas & prædestinatio diuina dices ita pater, Quoniā sic fuit pla-
citū an te, secunda ex parte nře humilitatis, cum dicit Abscō-
disti hæc à sapiētibus & prudētibus, & reuelasti ea paruulis: qđ
potissima causa agnitionis diuine & prædestinatiōis æternę est
humilitas: sicut potissima causa pſciētie est superbia, vñ Chrs
ibid. dicit. Discite à me: qđ mitis sum & humilis corde. q.d. Ne
obscureſ inſipiens cor vrm, & tradat vos deus in reprobū ſen-
ſum: captiuare omnē intellectū in obsequiū meū. Et nota, qđ
priùs ſedit in pullo, ſecundū magistrū historiarū hic &c. & ſan-
ctū Vincētiū & ſic mudo la poſta, qđ nō erat, ſecura & ſedit in
afina tanq̄ magis ſecura: pullū quaſi indomitiū, cui nullus in-
ſederat, reliquid. Moralis doctrina. quia deus ſuper iuuene &
ſenem ſedere vult: quia anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ. Bonū
erit viro ſi portauerit iugū ab adolescentia ſua. Et vult Chri-
ſtus equitare in anima ornata, & ligata frāno, id est Vult ani-
mam ornatam virtutibus, & infranatam timore à malis &
vitiis. Psalm. In chamo & frāno maxillas eorum conſtrige,
qui non approximant ad te.

Pſal. 11

Pſa. 44

Iob. 14.

Mat. 11

1. cor. 10

Sap. 7.

Luc. 3.

Tre. 3.

Pſal. 5.

¶ Vel

CVel aliter prius Christus eq̄tauit sup pullū: & post sup asinā, quia in creatione prius est animale deinde quod est spirituale, ideo prior est caro. Deinde anima creatur, & infunditur in dominatione tamen & gubernatione prius dominatur anime, id est in libero arbitrio: quia cor regis in manu domini: & quocunque voluerit vertet illud. Et deinde vult dominari carni: vel melius dicitur: quia prius glorificat animam in morte. Deinde corpus in ultimo iudicio glorificabit.

Pro. 21. *ad M* **Mat. 21.** *ad M*

CPlurima turba strauerunt vestimenta sua in via, martyres strauerunt vitam: virgines munditiam: confessores bona temporalia per eleemosinam. Quidam dicunt, quod effectio vendentium, & emuntium factō flagello de funiculis fuit maximum opus Christi, & effusio æris, & eversio mensarum, quod vix potuisset facere unus magnus exercitus, sed iste ingressus hodiernus maius miraculū est, propter plura mirabilia, quæ in illo sunt inuenta: de quibus in alio sermone differendum est, maximè motis in odium cordibus inimicorum: quoniam celeriter deserunt Christum, & cito sunt mutati, Hispanice. Quia amor de nīos agua en cesto: sed Christo ingrediente super asinam pueri acclamauerunt dicentes, Benedictus, qui venit in nomine domini; qui det nobis vitam æternam.

*Sermo secundus Dominicæ in Ramis. Thema. Be-
neditus qui venit in nomine domini.*

Matth. 21.

DVo articuli erunt in sermone. Primus de cæcitate Iudæo rū: scđus de nr̄a: qualiter non cognoscimus Christum in operibus suis. De primo querunt sancti an Iudæi cognouerunt Christum messiam & Deum: quoniam si cognouerūt, excusationem nō habent de peccato suo: quod nec in hoc seculo, nec in alio remittetur, scilicet impugnatio agnitæ veritatis: quod est peccatum in spiritum sanctum: licet alii dicant, quod intelligit de finali impenitentia. Maximū crimen istorum Iudæorū est si cognouerunt Christum esse deum & occiderunt illum: quod de nulla gente idolatra legitur infideli & pagana: quod Deum suum falsum occiderit: si vero illi hæbrai

bræi non cognouerunt Christum esse deum suum, excusationem aliquam habent in casu tam arduo, scilicet habere illum pro Deo.

¶ Quæstio est ardua & difficilis, grauissimi doctores tenuerunt partem affirmatiuam, auctoritates: quia expresse videntur hoc sonare, præsertim ex euangelio hodierno, scilicet turbæ q̄ præibant, & quæ sequebantur dicebant, Osanna in excelsis. In duobus apparuit Iudæos cognouisse Christum esse deum. Primo quia in hebræo sunt aliqua nomina significantia deitatem: quia loco huius Osanna in altissimis. In hebræo ponitur: quia dixerunt Osi anna, loco adonai. In hebræo ponitur Iehona, quod est nomen Deo conueniens, nomen tetragram maton, quod soli Deo competit. Nam adonai commune deo & creaturis est: Hebrai tamē nō audent proferre nomen Iehona propter dei reverentiam loco ejus pronuntiant adonai, & ultra hoc isti hebraei non dixerunt, Osanna in terris: sed in excelsis, quod est proprium dei. Nicolatis de Lyra latissimè discutit hanc quæstionem. Dico ergo quod iudei errauerunt in duabus articulis principalibus nostræ fidei, scilicet in articulo trinitatis, & in articulo incarnationis: & non processit ex defectu scripturæ diuinæ: quoniam ut statim videbimus satis expresse tetigit istos duos articulos, sed error processit propter peccata quibus obcepserat sunt, scilicet superbia, avaritia, inuidia, ira, vel potius odium conceptum contra Christum. Scriptura in psalmis ostendit trinitatem personarū. Vnde in. ps. 39. In capite libri scriptum est, de me. scilicet in priu. Gene. qn̄ dixit Moses, In principio creauit Deus coelum & terram, in Hebræo habet heloim creauit & heloim pluraliter ubi exprimitur unitas essentiae cum pluralitate personarum: in termino, creauit, notatur unitas, in heloim pluralitas personarum.

¶ Similiter in secundo articulo de agnitione deitatis Christi satis expresse posuerunt Esaias, David, Daniel, Christum esse Deum & messiam. Vnde minores hebræorum non cognoverunt Christum esse messiam nec Deum: quia hoc non tenebantur scire: sed adhærebant maioribus iuxta illud Job, Boeues arcebant, & asinæ pascebauntur iuxta eos, id est, simplices adhærent doctrinis maiorum.

¶ Sed quæritur quæ vitia obcepserunt eos. Responde-

pallit

Iob. x.

Tomi. I. Serm. i. de Domini.

tur, superbia, inuidia, auaritia, ira. Primo superbia, & arrogatio sapientiae suae obsecravit eos nolentes captiuare intellectum in obsequium Christi, superbia causa est omnium errorum, & herescon. Isti Hebrei obsecrati sunt a sole. Pylatus encandilose a veritate, quae est Christus existente coram se: similiter Cay-

Mat. 26. phas cum adiurasset Christum. Si tu es filius dei benedicti, responde: tu dixisti, quid clarus? quid expressius dici potuit? sed obsecravit eos malitia eorum.

Ioan. 22. Secundum peccatum fuit inuidia, de qua Christus Pylatus, Qui me tradidit tibi maius peccatum habet, quia Iudei ex inuidia traderunt Christum. Pylatus autem timore. Et benedicitur inuidia a non videndo: quia quod mente fugimus odimus, videre non possumus: licet in prospectu sit.

Ioan. 19. Tertiū peccatum est auaritia: quia legerunt in aduentu Christi cestaturā oblationē in templo, cum venerit sanctus sanctorum

Dañ. 9. cestabit uincitio vestra. i. sacerdotium: & hoc est peccatum quod maximè cœcat, iuxta illud dictum antiquo serpenti. Terram comedes & super pectus tuum gradieris cunctis diebus. Nullū est qui tam obscurum habeat intellectum, quod diues auaros considera quod at multo maiora bona creauit te deus. scilicet ab aeterno. Portio mea in terra uiuentium psalmi 118. Quartum peccatum est ira. Conueniamus ergo Iudeos & dimittant passionem irae. Videte mysteria hodierna. Doctrina nobis datur cauendi a passione irae, quae valde impedit animum ne possit cernere rerum. Vnde tempore ire faciamus sicut olim Dauid ad Semey. Reg. 16. Dimitte illum. ut maledicat mihi si forte dominus respiciat afflictionem meam dñs precepit ei: & credet mihi bonus pro hac meleditione. Magna iudicia & consilia transierunt illo paruo tempore in corde Dauid. Subito namque reduxit in memoriam pectus sua, scilicet adulterium Bersabeæ, homicidium Virae, numerationem populi. Et quia prout Deus iudicauit illum & dedit sententiam contra illum. scilicet quod homo ille vilis Semey affligeret & puniret ipsum tanquam virga furoris domini. Et quia acceptauit sententiam sustinuit cauterium: conuertit illud in medicinam salutarem: sicut olim Abner persequentem Asael percussit extremo lanceo. Quia persequentes nos debemus blande occidere, id est blande eis respondere: sicut qui dat vinum febricitanti nocet illi: sic qui consulit vindictam inimici. Et sicut qui in tantis

¶ R. 2.

rantiis debitor est, est paratus fugere, id est, para alçarse, & nō vult recipere fideiussorem fidelem, o abonado, sic q̄ non vult dimittere, vt dimittatur ei. Similiter qui transit pontem debet necessario transire fluum magnum. Similiter qui occidit aliquos affinium suorum, vt ipse occidat filiu suum. Paul. Sol non occidat super iracundiam vestram. i. non veniat.

Eph. 4:9

Concluditur ergo cæcitas Iudeorū, quā habuerūt de Christi mysteriis quæ in hac die sunt facta. Primum, vt unus homo tā cōtrarius & odiosus vobis, quē heri voluisti lapidare pauper sine aliquo fauore, quē heri cœcisti extra ciuitatē. Et hunc eundē equitatē supra asinā suscipitis in tanto triūpho, & honore, qualem nunquam Romani dederunt Romæ Julio Cæsari, nec Paulio AEmilio, neque Catonibus, neque Scipio nibus, neq; Metellis. Nonne hoc maximū miraculū est oīm quæ vidistis? maius miraculū est mutare corda tam subito de odio in amorē: quā suscitare mortuos. Nonne ergo videtis in vobis metipis, quō tam subito cōuerit odiū in amorē: vt quē heri tñ odistis, hodie tāto amore psequamini vnanimiter suscipiētes eū. O altitudo diuinitatū, nōne p̄ hoc oñdit esse verum deū: q̄ solus illabitur, & manet q̄a cor regis in manu dñi est, quo cūq; voluerit vertet illud. Et q̄a duodecim sunt hoīæ diei.

CSecundū mysteriū est quomodo nō cognoscitis illud canticū puerorū. Osanna filio Dauid, Bñdictus qui venit in nomine dñi: & loco domini ponitur verbū Iehoua Adonai: quod vero deo conuenit tñ apud Hebræos: qua ergo cæcitate dicitis ad Christū. Audis qd isti dicūt. i. cur nō spernis, q̄ dicūt, q̄a attribuūt tibi deitatē: imò cur non vos audistis illos & intelligitis, quid isti dicunt? quoniam tacere non possunt: quia prophetant de me: & vt dicit Job non possum continere conceptum sermonem: & quando isti tacuerint lapides clamabūt, id est quando prophetæ cessabunt in morte, lapides scindentur & monumēta aperientur & manifestabunt me esse Deū.

Mat. 28:19

CTertiū mysteriū, nonne intelligitis illud sacramētū. singredi super asinam & pullū: cū semper pedestre ambulauerit: tū quia fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem.

Iob. 4:14

Sed vos Iudei videte sacramētū: q̄a pri⁹ equitat sup pullū, & post sup asinā. Per asinam enim mansuetam & demitā signatur populus vester mansuetus, & obligatus iugo fidei & per pullum

Luc. 12:14

Tom. I. Serm. I. de Domini.

pullum intelligitur populus gentium viuenſ sine lege & ſine rege, id est Deo ſic concuditur sacramentum de equitatura ſuper pullum, & afinam, de quo longius differuimus praecedenti concione.

¶ Quartò non aduertitis sacramētum palmarū ſemper nāq; palmæ ſunt datae triumphantibus in ſignum victoriæ. Sic Romani dabant ducibus palmas: ſic etiam ponuntur in manibus martyrum: ſed nonne vidiftis vos Iudei alicui dare honorem triumphi ante victoriā certe non. Prius enim vincit dux: quā detur victoriæ palma: imò pro vno tantum viēto nollebant Romani dare triūphum. Cū ergo hodie vos ipſi Christo noſtro datis palmas victoriæ, & gloriam triumphi non dum dato bello, & habita victoria in cruce, Nonne prafagitis & prophetatis, quoniam hic eſt Christus veſter, qui mortem noſtrā moriendo deſtruxit: & vitam reſurgendo reparauit? Et propter quod exaltauit illū Deus & dedit illi nomē quod eſt ſuper omne nomen.

Phil. 3.

¶ Imo nota, amplius quod nunquam mundus dedit triumphum duci mortuo, & viēto: ſed victori viuo. Quomodo ergo vos quem paulo ante proposuifit occidere modo datis illi triumphum?

Apo. 7.

¶ Quinto non aduertis conformitatem omnium in cantum? quoniam turbæ quæ præibant, & quæ ſequebātur canebant osanna in excelfis. Certe hoc euenit quoniā turba multa, quā dinumerare nemo poterat antecellorum veſtrorum figurata ex omni tribu filiorum Iſrael, & qui nos præcesserūt cum ſigno fidei: & dormierunt in ſomno pacis, ante aduentū Christi, & post nos, in quos fines ſeculorum deuenerunt omnes in una fide, vno deo Christo ipſo que iuſtificante ſalui facti ſumus.

1 cor. 10.

¶ Sextum sacramētum eſt, hic cursus Christi hodiernus tam honorificus. Nam ille qui dicit. Discite a me, quia mitis sum,

Mat. II.

& humilis corde qui gloriā mundi ſpreuit, præſertim cum eum regem conſtituere voluerunt, hodie currit ad illam. Cer-

Ioan. 6.

te credo, quod hac intentione fecit: ut illam ſepeliret, & ſciret mundus: quoniam omnis honor eſt vanitas vanitatum. Psal.

Pſal. 4.

Filiū hominum uſque quo graui corde? ut quid diligitis vanitatem? & queritis mendacium? Et aduerte, quomodo hono-

rem.

rem morti tradidit, & secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius Macha. Hodie introducunt Christum, in Hie i. mac. i. Iusalem, cum laetitia magna, & cum cantu puerorū. In die veneris: eiicūt extra ciuitatem, & baiulans sibi crucem exiit in Ioan. 19. eum qui dicitur Caluariæ, locus, vbi crucifixerunt eum. Hodie sternunt in via vestimenta propria, & aliena in reuerentiam Christi: Tūc exuentes eum, veste alba induerunt, ponentes arundinem in manu eius, deridentes eum. vt stultum. Omnes hodie dicunt, Osanna, & Benedictus, qui venit in nomine domini: tunc omnes dicēt, Tolle, tolle, crucifige eum. Hodie omnes comitantur usque in templum & subito factō sermone diurno, vt patet ex euangelio, statim tollitur ab eo omnis fauor & honor. & ipso manente in templo nullus fuit, qui inuitaret eum ad prandendum: sed iejunus, quasi ad solis occasum rediit in Bethaniam: vbi refectus fuit ista die, & nobiles illæ dominę cibarunt pauperem Christum. Quantū discrimē iter virides ramos hodiernos, & crudelia flagella veneris & inter flores hodiernos! & spinas veneris. Ex quo milites plebētentes coronam de spinis posuerūt capiti eius. Quantum discrimē inter laudes hodiernas & blasphemias diei veneris: tūc dicent, Vah qui destruis templum dei? Hodie dicunt, benedictum regnum tuum: tunc dicent nō habemus regem nisi cæsarem. O quam differēs processio ab illa. Portemus ergo eius ignominia, vt mereamur eius gloria frui, quam nobis præstare dignetur, Iesus Christus.

Luc. 32.
Ioan. 19.
Mat. 17.

Sermo tertius Dominicæ in Ramis. Thema. Cum appropinquaret Hierosolymis. Mat. 21.

Appropinquauit Christus Hierosolymis, vt mysticè significet ad quid venit in mundum, scilicet ad componēdum pacem cum Deo, & hominibus: & inter populum gentilem & Iudaicum: vt det pacem his, qui prope, & his qui longè Qua de causa insedit pullo, & asinæ: vt duos prædictos populos vniat. Oliua etiam signum pacis est: qua Romani vtebantur in signum pacis. Hierosolyma similiter interpretatur ff visio

Coll. i. visio pacis. Itaque omnia ad pacem tendunt, ut significet Christum in cruce & passione per sanguinem suum siue quem in celis, sine quod in terris sunt pacificare. Multis mediis haec pacem tractauit. Primo iustitia. Prou. 26. Iudicium terminat causas. Homo enim non sufficiebat per iustitiam Deo satisfacere. Ideo orabat Psal. 142. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine. Quae de causa petebat Christus holocausta vaccarum & arietum, & non sanguinem humanum: ne putarent homines cum sanguine brutorum satisfacere infinitas offenditæ Dei, immo nec vindicta perpetua de animabus erat sufficiens ad satisfaciendum offenditæ diuinæ: sicut si aliquis percuteret gladio imperatorem, mors percutientis non satisfaceret iniuriæ imperatoris propter improportionem personarum, & inæqualitatæ dignitatis unius ad alterum. Hac de causa deus factus est homo, ut satisfaceret iustitiae diuinæ: & ipse in quantum homo, satisficeret sibi in quantum Deo, & satisfactio esset infinita, ratione personæ: quia est persona diuina complectens duas naturas, diuinam & humanam homo Christus Iesus.

¶ Secundus modus ad reformandum pacem. Vulgo dicitur legitima inquisitio per quam utriusque parti adjudicatur, quod ei conuenit: quod inuentum fuerit per legitimam inquisitionem: sic inter Christum & Deum: & nos videamur per attestacionem scripturarum, quod à quolibet est faciendum, & inuenietur, quod sic oportebat scripturas impleri. Et per prophetas constat oportere Christum pati, & ita introire in gloriam suam: & ut dicit euangelium hodiernum, totum hoc factum est, ut scriptura adimpleretur. Ecce rex tuus venit tibi misericordia & sedens.

¶ Tertius modus reformandæ pacis est per consensum utriusque partis, scilicet conformitatem Christi ad voluntatem Dei. Nam obediens fuit dei voluntatisque ad mortem, mortem autem crucis, & non mea: sed tua fiat in omni voluntate. Mortuus est propter obedientiam patris. Vnde mandatum habeo à patre.

¶ Quartus modus reformandæ pacis est arbitrii cum beneplacito, id est constituedo arbitrum ex placito partium. Iste arbiter queretur à Iob, & non inueniebatur qui concordaret utrumque, & manum poneret in ambobus. Homo non poterat esse arbiter: quia totus erat ex parte hominis: nec angelus

gelus, quia totus erat ex parte dei. Vnde angeli erant exequatores iustitiae diuinæ. Arbiter ergo ex placito diuino & humano Christus Iesus mediator Dei & hominum. Hic arbiter mirabiliter composuit pacem inter Deum & hominem. In sermone eius composita sunt omnia. Eccle. 43. Allegavit sapientissime pro homine orans. Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt, & sicut bonus mediator soluit symbolū, quod Hispanice dicitur, alboroque effundens sanguinem suum. Lu. 23.

¶ Quintus modus reformanda pacis est dono vel præce quæ offeruntur à seruo domino suo, sic mundus desiderans facere pacem cum deo misit donum & munus infiniti valoris, propterea quia ipsum donum erat in se pretiosum & nullibi reperiebatur. Nam Christus est homo mirabilis: quia cùm sit homo est Deus, & est deus mirabilis: quia cùm sit Deus est homo. Et vocatur nomen eius admirabilis deus fortis. Esa. 9. Est donum magni pretii, ratione portantis, scilicet verbi diuini, quod portabat humanitatem benedictam ratione mittentis: quia totus coetus sanctorum misit ad patrem, præsertim virginem Mariam, & coetus Apostolorum.

¶ Sextus modus est victoria, quæ interdum bellis finem pacis imponit. Mirabiliter Christus vicit deum humanitate & obedientia, Deus pugnabat duobus brachiis, scilicet iustitia, & potentia, Christus humilitate & obedientia, vicit eus: remansit vicit & de⁹ vicit. Quod pulchre figuratum est in lucta Iacob. Iacob, id est humanitas Christi luctabatur cum Deo Gen. 32. duobus brachiis, scilicet humilitate & obedientia & tribus cauteriis, y cansadole: sic Christus per noctans in oratione, vt beatus Lucas dicit, Orabat deum semper pro remissione nostrorum peccatorum. ¶ Secundo Luctator inclinat se, vt aduersarium prosternat supra se: similiter Christus humiliavit semetipsum usque ad mortem, & remansit vicit. Unde sequitur propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. Luc. 6.

¶ Tertia cautella qua luctator vtitur est, quod eleuat se sup humeros aduersarii, & sic delicit inimicū in terra. Humanitas Christi tota innitebat ybo diuino, qā nō habebat esse suppositale, ī oīb⁹ cōformis dei voluntati, ideo vicit deū recepit bñdictionē

Tom. I. Serm. 3. de Dominica.

in aurora resurrectionis in qua remansit victor. Cùm dixit,
Mat. 28 data est mihi potestas in cœlo & in terra. Et nota, quod dicitur de Jacob. Fleuit & inualuit, quod verè conuenit Christo, cum de eo dicat Apostolus cum clamore valido, & gemitibus inerrabilibus in diebus carnis suæ orauit. Ecce fletu. Statim Heb. 5. subdit de victoria, & exauditus est pro sua reuerentia.

Sequitur secunda pars moralis..

Primo, debemus facere iudicium & iustitiam de nobis. Et primum quod secundum iusticiam facere tenemur est restituere fundum quem Deo abstulimus, scilicet, nosmetippos qui sumus fundus & hæreditas dei: & sic Deus potest dice re illud Tren. Hæritas nostra versa est ad alienos. Hic enim mūdus est vallat⁹ inimicis: & ad illū mittit Christus duos discipulos suos, scilicet timorem & amorem, ut illum capiat bello ab inimicis. Expugnare vult Deus animam tuam à parte superiori, scilicet amore bonitatis diuinæ. Respice ipsum summum bonum, & trade te illi, & à parte inferiori vult te impugnare ponendo ignem inferni per timorem: vult secretas minas facere, quæ extenduntur tantu. ut consideratione per il-

Psa. 54. Ias videas ignem inferni. Psal. descendant in infernum viuētes.

CSecundus modus reformandi pacem cum deo est per legitimam inquisitionē. s. quod inuentum fuerit conueniens utriusque parti: & verè cognosces, quod tu es pullus, & asina alligata. Pullus est appetitus sensitius solutus libere viuere volens sine lege, sine rege, sine ratione. Asina alligata est anima comparata iumentis insipiētibus, & alligata vinculis peccatorum super ipsam sedet dēmon: solus deus potest eam soluere à peccatis. Ex legitima inquisitione seu pesquisa, resultabit, quod omne malū nobis attribuitur: & ecōtrario omne bonū deo: & propitiatio, iuxta illud Daniel. 9. Nobis confusio facie: tibi autem Deo nostro misericordia & propiciatio.

Act. 9. **C**Tertius modus reformandæ pacis inter Deum & peccatorem est per conformitatem voluntatis cum Deo. Nam Saulus interrogauit Deum, Domine, quid me vis facere. Pax reformatur inter peccatorem & Deum, cum peccator inducitur ad obedientiū deo. Quæ cōformitas significatur, cū hodie discipuli seruabāt vestimenta p̄pria super asinā. Nā obediētia est vestimentū seu Enxalmo aīc n̄rē, super qđ Ch̄rus insidere vult, nam

nam interrogat, super quem requiescat spiritus meus, nisi super humilem & trementem sermones meos?

Esa. 66.

¶ Quartus modus reformandæ pacis est committere negotiū arbitrio confessorum: nam à Deo cōstituti sunt arbitri: & instituit eos dicens, Quorum remiseritis peccata remittentur eis, & quorum retinerit uis. retenta erūt. Itaque omnes causas peccatoris commisit Deus sacerdoti, & in eius beneplacito irrevocabiliter commisit & commissum signauit figillo filii sui, & eius literis autenticis. Hanc commissionem significauit hodie, cum duobus discipulis dixit, Inuenietis asinam aliquatā, soluite & adducite mihi. Ecce qualiter data est discipulis a Christo facultas animas soluendi, & ligandi.

¶ Quintus modus est tradere se miserationi domini sui, & sic peccator reformabit pacē cum deo ex si toto corde dicat. Mi serere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, vel dicat, in manibus tuis sortes meę. In manus tuas commendo spiritum meū. In his autoritatibus notatur, quod peccator se tradit beneplacito Dei.

Psa. 50.

Psal. 30.

¶ Sexto modo reformatur pax dono & p̄cio siue prece. Multa dona & obsequia potest poenitens pr̄stare deo, scilicet votum peregrinationis, ieiuniū, orationē & eleemosynam, offerat saltem fructus dignos poenitentia. Det saltem calicē aquę frigidā: vel duo minuta, scilicet displacētiā de peccatis commissis & cautionem non iterum illa committendi.

¶ Ista significantur per vestes, quę hodierno festo sternebantur in via. vt calcarentur à Christo, scilicet peccata, qnæ sunt vestes veteres, concissæ, dissipatae. Abiiciamus has vestes: conculcetur ab omnibꝫ. Vestibꝫ estrinatur asina, id est virtutibus ornatur, vt super eam equitet Christus, quia Psalm. dicit, Justitia & iudicium præparatio sedis tuae. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & conculcemus vestes veteres nostrorum peccatorum. Nō in commessionibus, aut incubilibus, aut impudiciis. Ecce vestes, quę sunt conculcanda: sed induimini dominum nostrum Iclum Christum. Hac veste est ornanda anima nostra, vt super eam sedeat Christus.

Psal. 88

Rom. 13.

¶ Septimus modus reformandæ pacis est per victoriā, nam victoria interdum pacem imponit bello. Aliquando deus vincit poenitentes beneficiis. Vnde scriptura, dicit, In- Esa. 48.

Tom.i. Serm.i. de Domini.

frænabo os tuum laude mea, & alibi, in vinculis Adam trahā
Osi. ii. cos, id est beneficiis meis eos ligabo & vincam. Interdum vin-
cit Deus flagellis poenitentes ita ut aduersus deū non audeat,
vel nō velint pugnare. O peccatorem inquietum, qui nec amore,
nec timore vult vinci. i. rendit se deo, o audaciam, o feroci-
tatem. Aliqui peccatores sunt similes Pharaoni, qui inter fla-
gella indurabatur & nouam fortitudinē contra Deum ostendebat,
dicēs, quis est dominus, vt dimittam populum meum?
Exo. 5. Interdum poenitens vincit, quod facit cūm verè poenitet, &
conteritur de peccatis. Vnde vt Guillelmus Parisien. in tra-
statu de poenitentia dicit, Contritio est victoria de peccatis, &
confiteri peccata est manifestare te victorem tuorum inimico-
rum & proiectorem illorum à campo cordis tui. Multi inimi-
ci armati sunt intra cāpū cordis peccatoris imo aialia ferocia:
Leo superbia, Vrsus luxurie, vulpes hypocrisis reptantia sup-
terrā & super pectus suū. Hęc aialia occidūtur gladio cōtritio-
nis: cūm illa cōfiteris & asseris te victorē. f. Leonis: quia super-
biā humilitate vicisti: & sic de alijs. Quamobrem porta palmas victoriæ in
manibus tuis: non erubescas confiteri peccata postquam cō-
fessio pectorū te coronat, & dat triumphū tanq; victori. Cum
hac victoria sine pones bello exorto inter te & deū: & renoua-
bis pacem factam in baptismo, & in signū pacis porta oliuam
viridem significantē pacem, quæ exuperat omnē sensum, quę
nunquam marcescit: sed semper erit viridis: vt oliua quam no-
bis præstare dignetur Iesus filius.

Phi. 4.

Sermo primus in cœna domini. Thema.

Scitis quid fecerim vobis.

Ioannis. 13.

IN hoc sermone exponam literam euāgelii. Et euangelium
continet duo principalia, scilicet proœmium & hystoriam:
& licet beatus Ioannes in aliis capitulis ostendit se mutilum
& breuem in scribendo: In hoc tamen capitulo largum pro-
cessum facit. Prohœmiū continet tres partes: quia præsup-
ponit in Christo tres supremas perfectiones, scilicet, summā
scientiam

scientiam & omnipotentiam, & summam bonitatem, ut scias Christum fecisse hoc lauatorium non absque magno proposito & grādī vtilitate totius ecclesiæ. & vt obuiaret calumniæ, quæ posset opponi illi. Nam quæ fuit intentio facere vnum opus tam extraneum, tam nouum nūquam visum: vt homo tam grauis, tantæ estimationis, tanta prudentiæ: & quia fuit receptus à Hierosolymitani cum tanta solemnitate, maiori, quam Scipiones, aut metelli: & resuscitauerat Lazarū: quod fuit majus opus q̄ vnquā fecerat. Et quia totus mundus abit post ipsum, quod ante esum agni surgat à coena, & lauet pedes discipulorū, quod si surrexisset ad lauandas proprias manus, tollerabile esset: si cena fuisset sicut conuiuum; sed surge re à coena ad lauādum manus aliorum, fuisset multum extra propositum, & omnes prouocaret ad cachinnū: quanto magis velle lauare pedes aliorum: quod nullo modo solet fieri, nisi sint hospites de nouo venientes. Et isti non erant hospites: sed discipuli: & sic hoc factum videtur impertinens, & indignum tanto viro & ignobile, y de mala crianga. Et ad istud propositum, & ad satisfaciendum huic quæstioni, & obiectioni beatus Ioannes fecit prohœc cium, quasi diceret. Non putatis, quod fecit hoc indeliberatè, y como tonto, sed magna deliberatione, & cum magna aduertentia, Quia sciens Iesus quod venit hora eius. Illud participiū sciens in græco stat pro præterito de futuro, quia græci non habeant participium de præsenti, id est cū sciuisse Iesus Christus scientia dittina, quia erat prope passum mortis & horā transeundi ex hoc mundo ad patrē sicut homo fortis & animi virilis: quia pie creditur quod nullus homo fuisset tanti vigoris, quod sciens se ante vñ diem moriturum, haberet tantam fortitudinem, vt surgeret, & lauaret pedes discipulorum, & tradentis eum in mortem: sed vt daret mundo exemplum, & relinqucret ordinem viuendi voluit facere officium. Officium non est aliud nisi buen tratamiento. Et sic eiā dicimus officium circa Deum. Et hoc officium innititur duobus fundamentis à hazer bien, o el mal. Bonum est triplex, honestum vtile, & delectabile: & illi cum quibus exercendum est hoc officium sunt in triplici differentia. Nam se habent, vt superior & inferior, vel inferior, & superior: Vel vt æqualis.

Et omnes isti ad inuicem tenentur facere officium: & sic dominus seruo, pater filio, princeps vassalis: & econtra seruus domino, filius patri & vassali domino: & omnes tenentur facere officium deo, & omnes proximi ad inuicem. Et Christus cum dilexisset suos fecisset officium mirabile, id est tratamento suis discipulis. stabant attoniti: sed non audebant eum interrogare: sed ipse interrogavit eos, scitis quid fecerim vobis? Christus in quantum Deus habebat infinitam sapientiam, & in quantum homo, erat prudentissimus: & inimici eius non deridebant facta eius: sed cogitabant & ruminabant in corde suo. Ideo apostoli credentes eum esse deum, & in humanis valde prudentem, tacebant tractates eum cum magna reverentia. Et coena facta, non intelligatis completa, cum dictum sit, quod ante eum agni surrexit: sed intelligitur facta id est preparata.

¶ Sciens Iesus, nota, quod Christus viuebat quadruplici vita scilicet diuina, quia erat Deus: vita beata, quia ab instanti conceptionis erat beatus: vita prophetica, quia per reuelationem omnia sciebat, & applicabat his quæ videbat: vita experimentali, secundum quam crescebat sapientia & ætate. Et secundum hanc vitam fuit homo heroicus & tam illustris, & altissimum & profundissimum ingenium habuit sciuimus plusquam Aristoteles. Et vixit ita ordinatissime quod nihil fatuitatis unquam habuit. Ideo in hoc facto non potuit notari, tanquam fatuus.

¶ Sciens, licet posset referri ad oēsvitas: quia secundum quod Deus, & secundum quod beatus, & secundum scientiam reuelatam sciuimus præterita, præsentia, & furura, sed melius quadrat scientiæ in quarta vita, secundum quam cognoscet officium Phariseorum circa eum, & concilium diffinitum: & sic secundum istam quartam vitam, multæ actiones Christi intelliguntur, ut est illud cum ieunasset quadraginta diebus, & quadragesima noctibus, postea exsuriit. Sequitur, ut transeat ex hoc mundo ad patrem non intelligitur de transitu ad mortem, sed de transitu ad impassibilitatem resurrectionis. Ratio est, quia in hoc differt mors sanctorum à morte Christi. Quia sanctorum labor finitur in morte, & post mortem vident Deum, quæ ante non videbant: sed per mortem anima Christi non vidit de nouo

de nouo deum: quia quotidie eum videbat: sed acquisiuit im-
passibilitatem corporis, qui ante habebat passibilitatem.
¶ Sciens ergo Iesus, id est cum sciisset, quod venit hora eius,
in qua suum corpus impassibile redditurus erat, & suum no-
men celebre facturus erat per resurrectionem & quia in cor-
pore & anima simul erat trāsitus ad patrem in Ascensione
cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.
Loquitur de multis prædestinatis, quos dilexit Christus in
quarta vita, & quia erat valde gratus & nobilis cōditione sua,
in finem operibus & effectu ostendit suum amorem: & inter
amicos magis dilexit tres, scilicet Petrum, Iacobum & Ioan-
nem: & Ioānem magis dilexit, quia illum magis amabat. Per
hoc quod dicit, qui erant in mundo, significat habuisse alios
amicos extra mundum, scilicet Ioseph, Ioannem baptistam,
& alios patriarchas & prophetas.

¶ Et coena facta, hic incipit hystoria, & terminatur phœniū.
Et cum misisset diabolus in cor Iudæ, Hic ponit euangelista
vnam parenthesim, in qua ponit tria. Vism fuit euangeliste
res digna scribi: quia sciebat Iesus, quod Iudas vendiderat eū
& celeriter erat illum traditurus Iudæis: & quod habuit tantā
benignitatem circa iudam, ut & permitteret eū sedere ad men-
sam. Ex quo elicitur doctrina moralis ad ignoscendum ini-
micis. Et sciens scientia in quarta vita, quod pater tradiderit
ei omnia in manus suas. Pater hic accipitur essentialiter pro
tota trinitate: sicut quādo dicimus. Pater noster, qui es in cœ-
lis. Et Moyses in Cantico. Nonne ipse est pater tuus, qui crea-
uit te & fecit te? stat pro tota trinitate. Omnia in manus suas. Deu. p.

Aliqui vt Chrysost. exponūt de prædestinatis: quia secūdum
Paulum omnia propter electos, id est cœlum & terram & om-
nia, quæ in eis sunt fecit propter electos & Christus factus est
homo propter electos. Itaque sublati bonis, & relictis præci-
tis non fuisset homo. Hæc expositio est bona, sed non vide-
tur germana textui. Dicamus ergo, quod pater omnia tradi-
dit in manus suas, quod exponit hoc modo. Propterea quod
acceptauit Christus in instanti conceptionis morte, & passio
ne in pro genere humano, dedit ei tota trinitas omnia in ma-
nus suas. Ut omnia expediret negotia hominum, & daret illis
gratiam & gloriam, id est, seculata gratia singularis personæ.

Ereō quod Christus se subiecit morti, tota trinitas constituit eum dominum gratię & gloriae: ita ut in manu eius esset gloriam dare, & gratiam cui vellet, & illam auferre: & illum constituit caput, & dedit illi gratia capitis: ut visum est sermone. Sextæ feriæ ante Ramos. Vnde infertur quod congruentius propter istam gratiam capitis, qui est de familia Christi, mereatur gratiam & gloriam: quam qui habet cognationem Adæ me retur infernum. Et hoc sentit Origines hic. Omnia tradit propter electos, & multo magis propter Christū, per quem omnia, & in quo omnia fecit secula. Ergo cū tradidit ei pater omnia, nō est extra propositum lotio pedum. Et quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit, dimissis aliis expositionibus, hæc est literalis: quia à Deo exiuit per assumptam humanitatem: quia conceptus est de spirito sancto: & ad eum vadit corpore glorificato in mirabili ascensione, & sedet ad dextram patris. Et hoc est possidere bona patris, scilicet sedere ad dexteram patris, ut declarat Iacob. de Valentia super. ps. Dixit dominus dominō meo, sede à dextris meis. Et ccena facta accepit lintheū, & precinxit se, credo, quod surgente domino surrexerunt discipuli eius por buena criança: sed diceret illis. sedete. Et cœpit lauare pedes: quod est mirabile. Nam si lauasset manus tollerabile esset: sed pedes, est res stupenda. Theophilactus dicit hic, Quod per istam lotionem nihil honoris Christus perdidit: immo ostendit se affabilem, officiosum: sicut quando aliquis dominus nobilis genere conuersatur humiliiter cum suis subditis, & comedit cū illis. Attribuitur affabilitati & nobilitati & nō paruitati animi. Quod si esset ignobilis haberetur tamquam despectus, & vilis. Ideo Christus cum esset vertex nobilitatis, nihil perdidit in isto officio vili, præsertim cum à Deo exiuit & ad Deum vadit. In primo notatur nobilitas generis: in secundo testudo vitæ. Iam dictum est, quod Christus in hac lotione prætendebat aliquid aliud. Et sic sensus literalis est mysticus. Ideo Christus dixit Petro. Quod ego facio, tu nescis modo: postea autem scies. Videamus ergo quid prætendebat Christus in hac lotione.

Nota, quod Christus in hac lotione intēdit docere ecclesiam seruare, & ordinem definitum à deo in omnibus rebus mundi, inter superiores, & inter inferiores, & in reb⁹ mediis. Et iste ordo

ordo consistit in hoc quod inferiores summā obedientiā obseruent superioribus: Et superiores habeant charitatem & benignitatem inferioribus. Et sic beatus Bernardus loquens pontifici dicit. Officium accepisti non dominium. sic Christus voluit lauare pedes discipulorum, vt doceat prælatos lauare pedes subditorum à peccatis venialibus, & non frangant caput illorum prebendo eis occasionem peccandi mortaliter. Malus prælatus tyrannide in exercet contra subditos, & de conuento religioso facit galera, in qua sunt omnes coacti. Misit aqua in peluim, iam dixi quod sensus literalis huius euangelii est mysticus, sicut in multis locis scripturæ contingit, vt et illud si oculus scandalizat te erue eum, & si pes tuus scandalizat te, absconde eum: neque præcipit oculum eruendum, neque pedem abscondendum: sed præcipit concupiscentiam oculorum abscondendam & gressus malos similiter. Ergo Christus intendit sensum quem tetigimus, & latius prosequemur. Itaque venit ad Symonem Petrum. Super expositione huius est magna controversia inter doctores. Origenes dicit, Quod incepit à sancto Ioanne, qui erat caput unius chori, & incepit in secundo choro & venit ad Petrum itaque discipuli erant ordinati, vt fratres in choro. Christo. & Theophilactus asserunt, quod intentio Christi erat lauare Petrum. Et alius discipulus fortassis, Iudas maliciose se atraveso, vt Christus prius lauaret illum. Beatus Augustinus dicit. Quod primum peruenit ad Petrum, tanquam futurum principem Apostolorum, &c. Ergo valet tantum sicut & : ac si diceret surgit à cena & præcinxit se, & venit ad Symonem Petrum. Itaque incepit à Petro: sicut à principio chori, Petrus ergo videns Christum humiliatum in tam vili officio dixit. Domine tu mihi lauas pedes? recordatus est, quoniam Christus interrogauit. Quem dicunt hoines, esse filium hominis. Petrus respondit. Tu es Christus filius dei vivi: & sic dixit modo. Creator meus, deus meus, factor meus, & ego vermiculus. Respondit Iesus, Tu nescis modo quod ego facio: Non cogites, quoniam tibi menos quam vos: sed quia sum magister tuus hoc facio. ¶ Nisi lauero te non habebis partem mecum: Hæc aduersaria nisi videtur similis illi. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum: non vidit essentiam diuinam: Sic dixit Petro.

Mat.16.

Nisi

Nisi lauero te, non videbis essentiam dei, Te inuitum & ligatum potuisse lauare: sed oportet, ut te volente lauem pedes tuos. Hic dicunt aliqui, quod Petrus resistens ablutioni peccauit: quia sententiae superioris est obediendum. Ex quo Christus protulit contra eum sententiam excommunicationis, quod est valde rigurosum: quia excommunicatio fertur pro peccato commisso. Respondet quod Petrus non peccauit: sed restituit propter reuerentiam, & honorē, Respondit Petrus Christo, Non solum pedes, sed manus & caput. Nesciens, dixit verum: quia erat passurus mortem crucis, in qua manus & pedes & caput erant passura. Itaque dicunt aliqui, quod tam excessuum amorem habuit Petrus ad Christum, ut pro illo vellat acceptare omnem laborem. Hoc verbū, Non habebis partem mecum, intelligitur in quantum homo, id est non videbis mecum essentiam diuinam. Nam ubi ego sum illic & minister meus erit. Et si intellexisset de diuinitate dixisset mei: quia ego in quātum deus sum obiectum beatitudinis. Et poterat Christ⁹ dicere: nō cogites quia hoc ego facio: ex quo habeo te tanquam superiorem: quia ego dominus & magister: sicut si vna domina lauaret pannum, & ille haberet linguam & diceret: nolo, ut me laues, responderet illa, o andrajo tace, non lauo te propter te: sed propter me: quia debes mihi seruire: & ego sum munda, volo ut tu munderis: sic Christus potuit dicere Petro. Non lauo te propter quod magnifico te, nec propter tuum honorem, sed quia seruiturus es mihi. Qui lotus est, nō indiget, nisi ut pedes lauet. Curiose Christus vsus est methaphora. Nam exiens à balneo totus est lotus, & mundus, sed volens intrare lectum ponit pedes in terra vel in calcenos, ut pedes non indigeant iterū lauari & mundari: sic discipuli erant mundi, quia loti erāt, propter baptismum, propter quem nos sumus mundi: sed ad intrandum in gloriam oportet lauare pedes à venialibus: quoniam, sumus concepti in originali peccato, venialia nō possumus vitare: & hinc beatus Ioannes si dixerimus, quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, quia nō sum⁹, ut horologium quod semper est regulatum, y de molde. Et nos venialia contrahimus committendo, & amorem inordinatum habēdo ad creaturas, vel omittendo non amando, tantum sicut Deus præcipit. Vnde Psal.

Ps. Delicta iuuētutis meæ & ignorātias meas, ne memineris dñe. Sequit̄ q̄ Ap̄l̄ erāt baptizati: q̄a dicit Christus, q̄ lotus Psal. 14. est non indiget, nisi vt pedes lauet. Sequitur, quod virgo non fuit concepta in peccato: quia venialia cōmis̄let, vt dicit beatus Augu. Sequitur etiam, quod charitas stat cū veniali: quia est mundus totus. Peccatū veniale. licet remittat feruorem, non excludit charitatem.

¶ Scitis quid fecerim vobis? quasi diceret aueys caydo en la cuenta huius obsequii tā naui, credo quod nō. Ego volo vobis declarare, Vos vocatis me Dñe, & Magister (sum etenim) sed vellem, vt intelligeretis hæc nomina, quibus me vocatis: quibus cognitis intelligetis mysterii magnitudinē. Quis est dominus sicut deus noster. Hæc vocabula sonant magnum quid: ita complectūtur magna. Quis vere poterit dicere ego sum dominus? nemo: quia in communi modo loquendi hoc vocabulum dominus est corruptum, & est cōmuni modus dicendi: quo subditus ostendit officium suum domino: sed vere domin⁹ nullus est nisi solus deus. Sic ecclesia canit. Quoniam tu solus sanctus, tu solus dominus. Nullus homo est vere dominus, quia nec angeli sunt veri domini, quia licet Deus communicat potentiam generandi, sed potentiam creandi nulli creaturæ communicauit. Ideo nullus homo est dominus vnius laetucæ: quia illam nō potest facere: tum quia homines reddituri sunt rationem, de omni verbo otioso, quod loquuti fuerint & verbū otiosum egreditur à nobis, & de eo quod est proprium nostrum reddituri sumus rationem. Et non sumus domini verbi nostri: Ergo quomodo possumus esse domini eorum, quæ nō sunt nostra. O bone deus. Quanta tyrannis viget in mundo, cùm nullus sit dominus alicuius rei existentis in mūdo, quam rationem daturus est tyrannus? Dicit, & Magister, quod est nomen maiestatis, & dignum honore & reverētia, & forte tam honorabile sicut dominus. Est magnum officium magistri: quia ipse debet concipere, imaginari cogitare omnes actiones humanas, & paulatim suggere-reillas discipulo, quo vsque intelligat omnia, quæ ipse magister intelligit: & vt intelligatur dignitas magistri, pone exemplum: vt si aliquis dominus habeat seruum, dominatur illius vt dominus: sed si seruus sit magnus medicus & dominus sit

eger

eger, & indigeat curatione, & medicina serui, in omnibus obediens illi, & tunc est maius esse magistrum, quam dominū: quia dominus neque auderet comedere, neque bibere, neque dormire sine licentia serui. Vide ergo quomodo Christus se nominat istis duobus nominibus: quia est dominus vniuersorum in quantum deus: & magister in quantum homo, quia influit in eis doctrinam, & est dominus in quantum influit gloriam & in quantum docet hominem scientiam, & est magister in quantum homo: quia docuit ecclesiam doctrinam tam necessariam, sine qua nullus potuisset saluus fieri. Vocatis ergo me dominus & magister sum etenim. Exemplum enim meū dedi vobis. Christus est exemplar, De quo in Exodo. Fac secundū exēplar quod tibi in monstratu est. Nam in hac ablutione pedum est exemplar ordinis & decoris seruandi, inter superiores, & inferiores: est humilitatis, est exemplar fortitudinis, charitatis, patientiae, misericordiae, quia pedes pauperū lauare debemus, id est consolari eos in operib⁹ misericordiae. Et hoc exemplar imitari debemus non solum in opere: sed in ordine: ut superiores lauent pedes inferiorum, non solum ut videantur superiores: sed ut imitentur exemplar, id est Christum. Et non lauemus pedes seruantes odium in corde: sed diligamus verbo, & opere proximos. Et peccata venialia eorum lauemus ut Christus concedat nobis vitam æternam.

Sermo secundus in coena domini. Thema. Si non lauero te, nan habebis partem mecum.

Ioannis. 13.

Maria super omnes considerauit opera Christi: quia considerabat omnia verba hęc conferens in corde suo plusquam Prophetæ & Euangelistæ. Ex hoc enim dimissa est post ascensionem Christi, ut esset magistra & doctrix disciplinæ dei: Nam maius bonum est cognitio Christi: quia hęc est vita æterna, ut cognoscant te & Iesum Christum, quem misisti: & maius malum est ignorantia. Vnde in Cant. Ignoraste, o pulchra inter mulieres. Et quia haec mox cum in honore esset, non intellexit comparatus est iumentis insipientibus, ut nobis faciat cognoscere, hoc opus Christi mirabile dicamus Ave.

¶ De

De dilectione & ablutione erit tota concio. Paulus ad Eph. 3. dicit in charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere, quæ sit longitudo, altitudo, sublimitas, & profundum: scire etiam scientiæ supereminētem charitatem Christi, dicit in charitate fundati: quia ubi charitas ibi amore est, Deus noster, sicut pater omnipotens, & ditissimus nullum preciosius iocale habet pro dilectis filiis suis, quam charitatem. Ideo dicit hæc mando vobis, ut diligatis inuicem. Vnde subdit, ut possitis comprehendere, &c. Quia sicut ad credendū est fides necessaria, sic ad comprehendendū opera diuina, necessaria est charitas. Hinc est, quod simplices aliquā magis cognoscunt de deo: quā sapientes: qā abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus: & reuelasti ea parvulis. Quæ sit longitudo: quia in finem dilexit eos, id est usque ad beatitudinem, quæ est finis omniū: vel in fine. i. quia finis. i. mors non potuit frangere tantum amorem, immo charitas vicit horrorem mortis: quia sic fortiter dilexit nos sua morte saluandos: vnde fortis est, ut mors dilectio, immo fortior: quia propter amorem mortis etiam moriendo amare non destitit. Rom. 5. Commendat in nobis Deus charitatem suam Id est in hoc apparet charitas Dei, commendabilis: quia in nobis peccatoribus charitatis suæ beneficium impendit cum enim essemus peccatores pro nobis Christus mortuus est. Si enim pro iustis mortuus esset, non tantum eius charitas commendabilis esset. Magnitudo amoris significatur in transitu ad mortem. Nam spiritus Christi semper erat cum deo beatus, sed transiit non mutando locū, sed statum: quia ad plenā glorificationē transiit, Vnde ps. Transibo in locum tabernaculi admirabilis usq; ad domū dei. Trāsiit ad p̄parandum nobis locū mēsam & lectū cognitiōis & fruitionis. Vñ ipse dicit. Vado vobis parare locū: vel tertio intelligitur in fidem, quia in fine vitæ, id est in agonia mortis, quando amplius exaltata est iniquitas humana, tunc amplius exaltata est diuina clementia dicens. Pater ignosce illis. Et tunc spiritus domini ferrebatur super aquas, id est amor Christi eleuatur super iniquitatē crucifigentium, & super tormenta & sic tenebrae non comprehendenterunt spiritū Christi, neq; tunc suffocauerūt. Quarto in finem dilexit eos. i. in sacratissima incarnatione incepit amor Dei in morte perfecta est charitas in manendo semper nobiscum

Luc. 23.

Gene. 1.

nobiscum in dimittendo se ipsum in cibum, in incorporando nos in se ipso: sicut Balena incorporat filios suos in se ipsa tempore tempestatis. Et sicut sol quanto amplius ascendit tanto maiorem calorem ostendit: sic Christus in cruce eleuatus maiorem dilectionem ostendit.

Esa. 31. ¶ Vbi dominus, cuius ignis est in Syon, id est amor in ecclesia, sed caminus, id est perfectissimus amor in Hierusalem, id est in gloria in qua beatitudine transeunt in Deum, sicut ferrum candens in ignem.

Mat. 26. ¶ Quæ sit latitudo de qua dicitur. Cum dilexisset suos, qui erant in mundo: quia dilectione beneplaciti diligit Deus omnia quæ fecit: tamen charitatiua dilexit suos, sed latitudo a-
moris ostenditur in dilectione, quam vide ostendit dicens. Amice ad quid venisti: & quod facturus es fac cito, quia charitas uerget me. Et baptismo habeo baptizari: & coarctor nimis, donec impleatur. Vnde scriptura dicit: Recordare transgreditionis meæ & absynthii, id est excessus charitatis, de quo excessu Moyses & Elias loquebantur, quem completerus erat in Hierusalem.

¶ Quæ sit etiam sublimitas, quæ ostenditur in institutione sacramenti: quia Iesus in qua nocte tradebat accipies panem, &c. Quia quando occiditur in concilio Iudæorum. Hic ex sublimi charitate tradidit se ipsum manducandum discipulis, vbi donator venit in donum vbi est continuum miraculum in hac vita, scilicet in hoc sacramento, in quo multa continuantur miracula.

¶ Ut sciat quid sit profundum, id est profunda charitas & humilitas: quia sciens, quod omnia dedit ei pater in manus, surgit a cena. In his paucis verbis summatim complexus est euangelista omnem Christi maiestatem, & humilitatem: quia quid maius dici potest, quæ quod dedit ei pater omnia in manus suas? Nam quod pater dedit maius est omnibus. Quod si sapientia facit aliquem magnum.

¶ Omnem sapientiam dedit filio: si omnipotentia, si gloria faciunt magnum, totum dedit Christo, & quæ maior humilitas annexa tantæ maiestati: quam surgere a cena & lauare pedes discipulorum. Miratur Petrus maiestatem & humilitatem. Et dicit, Domine, tu mihi lauas pedes? tu qui es filius

Dei

Dei viui, non adoptiuus sed naturalis mihi pertinet prostrari in terra, & adorare scabellum pedum tuorum. Mihi pertinet in carcerem, & in mortem ire: & extēdere collum, manus & pedes in cruce, tibi conuenit, vt omne genu flectat in nomine Iesu: vt adorent te gentes, seruant tibi reges, & incuruerint ante te filii matris tuae. Sed quid miraris Petre? quia præcinxit se lintheo? Potius mirare, quando se vestiuit humanitate. Miraris: quia exuit se vestimentis suis? potius mirare quod cras exuetur vestimentis naturalibus, & carne propria. Miraris quia misit aquam in peluum? Mirare, quod cras totum sanguinem fundet. Quod ego facio tu nescis modo: postea autem scies & intelliges mysterium, vt dicit beatus Augu. qualiter Christus surrexit à cena gloriae cum accessit ad nos factus homo, tum vestimenta ponit cū diuinitatem carne abscondit, & semetipsum exinanivit: & lintheo se præcinxit, quando habitu est inuentus vt homo: aquam misit in peluum, quando sanguinem effudit in ecclesia, & passione sua lauit pedes, id est affectus nostros. Et lotis pedibus, id est impleta purgatione nostra assumpsit vestimenta, id est immortalis est factus, & reuixit: quia ad patrem redijt.

CIntellige mysterium, quia cena significat passionem: quia post coenā nō comeditur, & Christus iam non moritur, tum surgit à coena: quia crucifixus surrexit à mortuis. Et vestimenta depositum, quia impossibilitatem reliquit. Et lintheo se præcinxit: quia priorem carnem impassibilitate induit. Dominus regnauit: induit fortitudinem. ps. Aquam, id est gratiā misit in Psa. 92. peluum, id est in sacramento baptismi. lauit pedes Discipulorum sacramento baptismi extersit lintheo: quia baptizato nullum peccatum præcedens imputatur. Sic peractis, in fine accipiet Iudæos nunc cæcatos & abiectos: sed in fine mundi sibi applicabit: quando fiet vnum ouile & unus pastor, &c.

CSequitur secunda pars moralis de ablutione. Si non lauero te non habebis partem mecum. Respondit, Non tantum pedes, sed manus & caput, id est desideria, & prauas affectiones: quæ intelliguntur per pedes: & manus, id est opera, & caput. i. cogitationem: quæ est caput volitionum: & operum. Secundū Ger sonē. Tres pueræ disponunt isto tempore lauatorium nostræ animæ, nā contritio calefacit aquam, scilicet calefaciendo la-

chrimas. Vnde, Effunde sicut aquā cor tuum. Dña confessio
 abluit sordes: dñā satisfactione quasi lintheo satisfactionis, ter sit
 hoc Gerson hic. Hęc tria facit hodie Chrs. Primo misit aquam
 in peluum. i. grām in cor cōtritū. Ecce cōtritionē. lauit pedes: ec
 ce confessio. deinde ter sit lintheo: ecce satisfactione. Oportet, q
 isla aqua lotiōis nře sit calida per cōuerzionē ad Deū, qui est
 ignis: & extrahenda est de p̄fundo m̄rā diuinā, corda triū fu
 nicularū. s. fide, spe, & charitate: q̄a funiculus triplex difficile
 rūpitur. Sed iste puteus altus est, neq; in quo haurias habes:
 ideo recurre ad cor tuū, & ibi inuenies aquā purgationis. s. la
 chrimas. hęc aqua haurif à puteo alto cordis nři, & p̄fundo:
 profundū nāq; est cor hominis: & quis cognoscet illud? Neq;
 ex primo ičtu. i. ala primera a cādonada extrahitur ista aqua:
 quia quādā hoīm corda sunt valde dura. Vnde oportet, vt cū
 pico acutissimi doloris, percutiamē bis venā cordis nostri: vt
 egrediantur aquæ largissimæ bina percussio significat consi
 derationē duplicitis mali inique incurrit peccator. s. pena dāni,
 & pena sensus. Vas in quo extrahitur ista aqua, est fides: que
 est substantia rerū sperandarū: mediante qua extrahitur, & lō
 ad he. ii ga spes remissionis peccatorum. Ignis calefaciens aquam, est
 charitas. Cineres admixti huic aquę lachrimarū, sunt peccata
 reposita in memoria. Maculae abstergēdā, sunt quādam pec
 cata, quę quasi sordes valde immundā. Vix lauari possunt:
 vt est infamia, malum exemplum, corruptio morum, pecca
 tum malorum aduocatorū, iniustum bellum, iniusta promo
 tio in spiritualibus, propositas seu sumptuositas status: hęc
 peccata ponit hic Gerson. Sed hęc aqua cōtritionis debet esse
 clara, & viua: & tum tēporis est, Quando peccator habet pro
 positum verū emendationis vitę, & probabile scientiā de scip
 so: quia est in gratia. Hęc tunc vere habet, qn̄ facit omnia, quę
 potest. Vnde licet contritum, non oportet credere firmi
 ter ex scipso, qđ de cātero non peccabit: imò formidare debet
 de ruina, ne cadat in Petri peccatum. Et si oportuerit, me mori
 tecum, &c. Tamen tenetur proponere firmiter qđ non pec
 cabit in futurū: licet quidam dicant, peccatorem sufficere pro
 illo tunc non habere propositū actuale peccati. i. negatiue se
 habere. Sed tamen securior est sententia aliorū dicentium q
 oportet se habere, & positivę, id est, positivę detestari pec
 catum

catum. i. de meliori vita actualiter propositum habere. Si ergo habes contritionem de peccatis, doles, & lachrimaris: tamen voluntatem habes peccandi: hæc contritio non est aqua clara, & calida: sed turbida frigida & immunda, & sic non lauat. Quis ergo dabit capiti meo fontem lachrimarum? percutie ergo. O bone Iesu bis silicem. i. duritiem cordis mei, vt egrediantur aqua largissimæ vt bibant pecora, et omnis populus id est Angelii in cœlo? quibus est gaudium super uno peccatore, pœnitentiam agente. Figura de puteis quos Jacob effudit, & impletuit humo, & limo, aperuit, & inuenit venam aquarum viuentium. Et hæc purificatio fit per ieiunium, exemplo Christi, qui surgit a cena: & per eleemosynam, quæ significatur per dispositionem vestium, quas Christus induit.

CPassio Christi est aqua clara, inunda & calida ad lauandum maculas peccatorum nostrorum: quod patet dupli ex exemplo. Primū de chirurgo, qui lauat vulnus, & mundat à sanie & veribus: & post curat emplastro. Christus est quasi chirurgus, qui digitum cooperuit pano subtili, vt tagat vulnus: sic illius dei panno nostri corporis inuoluit digitu suæ potentie, vt deliciatus tageret nostra vulnera. Lauit vulnera nostra aqua lateris sui: lauit plagas eorum. Act. 6. Adhibuit emplastrum suæ mortis. Ratio est, quia in emplastro inuoluuntur herbae, & species aromaticæ. Sic in morte Christi coiungitur diuinitas, si piëtia bonitas: nā oīa tradidit ei deus in manus suas. s. deitate & omnē virtutē. Craftina die applicabitur emplastrum peccatoribus: & oīa vulnera peccatorum sanabuntur: q. a virtus de illo exibat, & sanabat oīes. **T**Secūdo, passione Christi lauatur & mundatur cor nřm, quasi tēplū pollutū: nā misceat aqua cineribus, & poti sex aqua ita aspergit tēplū pollutū, & illud mūdat. Cor. 3. Tēplū sanctū, quod estis vos, & homo pollutur per peccatum: si cut tēplū pollutur per sepulturam hæretici, vel excōmunicati: si tamen transeat per templum, absq; eo q; sepieliatur, non pollutur tēplū. Ex quo elicitur doctrina, q; per solū consensum peccati mortalis pollutur cor: nam licet tentationes transseant, & motus primi, & secundi, non pollutur cor. Ratio est, quia peccatum non sepelitur, neque absconditur in corde per consensum.

Hier. 9.

Luc. 6.

¶ Tertio, sanguis Christi emundat conscientias nostras: sicut balsamum curat à vermis, si recipiatur in vase mundo & solidio: nam balsamum est penetratum, sicut oleum, & si ponitur in vase poroso, effluit: sic sanguis Christi si recipiatur in corde habente peccata venialia, effluit sanguis Christi: quia venialia remittunt seruorem charitatis. Vnde cor ad recipientem sanguinem Christi, debet esse quasi vas auri solidum, & sanguis Christi comparatur balsamo, non solum quia emundat conscientias nostras, sed etiam quia extrahitur ab arbore, quæ scinditur & percutitur: & sic extrahitur succus. Christus est tanquam arbor ferens balsamum: & sic fuit percussus in toto corpore, & vulneratus in quinque partibus corporis, & effluit sanguis præciosissimus: qui receptus in corde, & seruat per deuotionem, emundabit conscientiam aqua gratiae, & perfectissime aqua gloriae: ad quam nos perducat.

*Sermoprimus in cœna domini, sermo de euangelio
& de sacramento. Thema. Scitis quid
fecerim vobis.Ioan. 13.*

SALVATATIO.

Conceptio Mariæ qua concepit Christum, & hostia assimilantur: quia venter Mariæ intactus, & vester hostiae ex pane azimo sine fermento. Maria verbis concepit Christum, dicens. Ecce ancilla dñi: fiat mihi secundū verbū tuū. Et Christus cōsecratur, dicente sacerdote: Hec est ēm corpus meum. Maria interrogavit, Qūo fiet istud: de sacramēto interrogaue rūt Iudæi, qūo potest hic nobis dare carnē suam ad manducā dū? Ad intelligendū mysterium incarnationis, virtus altissimæ obumbravit Mariæ. Oremus, vt ad intelligendū hoc sacramētū, virtus Mariæ obumbret nos ḡa sua: p̄ qua dicamus, Aue. Duo dicemus circa sacramētū eucharistie, primum institutio nem illius: secundum, ad quid est institutum. De primo. Tres summas perfectiones dicit beatus Ioā. Christum habere, quæ sunt per necessariæ ad institutionem huius sacramenti: singulariter apparent in ipso sacramēto, scilicet omnipotētia, & infinita sapientia, & infinita bonitas. Philosophi de tribus matriis sunt in vniuerso. scilicet de magnis rebus: vt de Cete grandi: de rebus

derebus in solitis: ut de eclipsi vniuersali sicut cōtigit in morte Christi, de qua admiratus Dionysius dicit, aut Deus natura patitur, aut tota machina destruitur, aut de rebus incognitis, ut de serpentibus, vulneribus, piscibus, &c. Sed potius admirari debemus omnipotentiam Dei in creatione mundi, & sapientiam in gubernatione mundi, & bonitatem in miraculis, sed has perfectiones in sacramento ostendit Deus. Vnde possumus dicere illud Eccle. 96. In nova signa immuta mirabilia. Nam signa & mirabilia in veteri testamento facta, sunt umbra mirabilium, quæ facit Deus in sacramento. Vnde in Psa. Mementote magnalia, quæ fecit in Aegypto, Mirabilia in terra Cham, Terribilia in mari rubro: nam Christus veniēs in mundum, in incarnatione & nativitate multa mirabilia fecit in terra Cham, multa mirabilia operatus est, conuersando docendo. Terribilia in mari rubro, scilicet in passione: Nam tenebrae factæ sunt: Petre scisæ sunt, &c. Sic summam omnium posuit in sacramento.

Ideo Psal. dicit, Memoriam fecit mirabilium suorum: escam dedit timentibus se. Nam istud sacramentum est memoriale incarnationis, vitæ & mortis Christi: Et missa non est aliud, quam memoria siue remembrance passionis Iesu Christi, & sic in hoc sacramento reluent potentia, sapientia, diuina, bonitas summa, & iustitia diuina. Qua de causa beatus Euangeli sta in procēdio huius euangelij facit mētionē de potētir Christi, & de eius scientia & bonitate. Omnipotentia Christi notatur, cum dicit, quia omnia tradidit ei Deus in manus suas, & in hac potestate fundat Scotus possibilitatem sacramenti: quia Christus habet omnes creaturas in manu sua, ut faciat de eis secundum beneplacitum suum: & sic quilibet creatura est in potentia obedientiali, ut possit anihilari à Deo, & de novo creari. Et sic panis materialis est in manu Christi, & corpus suum similiter. Ideo potest facere de eis ad libitum suum. Et sic potuit transsubstantiare panem in corpus suum. Ratio est, quia omnia tradidit ei Deus in manus suas: coelum & terram, & omnia quæ in eis sunt. Hęc potentia obedientialis notatur in virga Moysi: nam interrogāte Deo Mosem, quid habes in manu tua? Respondit, virginem. Et statim cōuersa est in serpentem, & præcipiente Deo, Accipe caudam eius: subito Exo. 4.

conuersa est in virgā: vt significaret Deus potētiā obedientiam creaturæ, quia nec est hoc, nec illud: sed omne illud, quod procedit de ore Dei. i.e. de voluntate dei. Qm̄ oīa quæcunq; voluit, fecit, siue in coelo siue in terra: & pōt annihilare, siue mutare substantias oīm creaturarum. Vnde beat. Ambro. dicit, Qui potest creare res potest & mutare. Hæc etiā mutatio rerū per experientiā patet in natura: nam semē seminatū in terra virtute solis & terre cōuertitur in herbā, & spicā, similiter aqua in vite conuertitur in vinum: & sic transsubstatiatio panis in corpus Christi faciliter fit: quia pater omnia tradidit in manū Christi. Secundo supponit in proœmio beat. Ioannes Scientiam infinitam Christi in tribus, primo, quia dicit, Sciens Iesus, quia venit hora eius, nam scientiā futurorū nullus potest scire, nisi solus Deus. Vnde Esaias dicit: Anunciate quæ futura sunt, & dicemus quia dij estis vos. Secundum manifestans Scientiam Christi, est, quia scit, quia à Deo exiuit per eternam generationē: & per carnis assumptionē vidit, se concipi in vētre virginis: & vidit, se nasci ex virginē incorrupta. Sed nullus nisi deus, aut per reuelationē scit scientiā evidentē. Vnde natus est, & quomodo nat⁹ est, quia nullus vidit se nasci, & quomo do natus est. Vnde Christus dixit, vos nescitis, vnde sitis: Sed ego scio vnde sum, & vnde venio, scilicet scientiā diuina, & quia Deus est: scit scientia beata, quia omnia videt in essentia diuina: & scientia prophetica, siue per reuelationem. Ex tertio verbo patet scientia infinita Christi: quia ad Deum vadit in corpore glorificato, & anima: quod null⁹ homo scire potest, q; per mortem vadit ad Deum, vt fruatur beatitudine statim post mortem: quia nemo scit, vtrū odio, vel amore dignus sit, quia licet de præsenti posse secūdum probabilitatem sciri q; sit in gratia, faciēdo quod in se est: tñ an moriturus erit in gra tia vel in peccato, nulla via scire potest, & sic nec potest sciri, an ibit ad Deum, & fruatur beatitudine: an ibit ad infernū, & punietur in æternū, & sic ad solam scientiam infinitam Christi pertinet scire quod ad Deum vadit per carnis glorificatio nem: & à Deo exiuit, per carnis assumptionem. Etiā scientia infinita requiritur ad instituendum sacramentum. Vnde interrogabant Iudæi: Qūo potest hic nobis dare carnē suam ad manducandum. Difficultas oritur ex duobus, scilicet ex magnitudine

gnitudine corporis Christi præparat^o. i. guisado, vt cibus, non possit ab vno comedи, nisi haberet stomachum leonis. Secundo, ex qualitate cibi: quia licet cibus paruæ quantitatis, crudus tū nullo modo possit comedи, sed causaret horrорē. Ergo requiritur scientia infinita, ad inueniendū modum, quo corpus Chri daretur in cibum, & istum modum ponit Euangeli sta dicens, Et cœna facta, surgit à cœna, & depositus vestimenta & accepit lintheum. Totū hoc exponitur allegorice de sacra-mento. Cœna facta, id est præparata significat præparationē sacramenti in figuris: nam pictores in tabula præparant, & disponunt lineamenta, quæ sunt quasi exemplar imaginis pingendæ: sic Deus in multis figuris præparauit sacramētū. Quid enim fuit conuiuum Abrahæ quod fecit tribus Angelis, & dixit. Lauentur pedes vestri, nisi Christus existens in ostio ta-bernaculi. i. prope mortē in valle. i. profundissimam humilita- tē ostendens in ablutione pedū. mābre. i. claritatis: quia illa ho-rra clarificatus est Christus ostendens suā omnipotētiā, sapiētiā, & bonitacē, & clarificauit ecclesiā corpore suo, in feruore dici i. cum dilexisset suos, in finē dilexit eos. Et in innumeris locis scripturæ præparauit Deus hanc cœnam: quos non adduco, ne onerē prædicatores. Surgit à cœna, quod dupliciter intelli-gi potest: nā si cœna significet appositionē ferculorum, non in mensa principali, sed in abaco: vt inde portetur ad conuiuas: sicut vasa argentea, & aurea, prius ponuntur in preparatorio quam in mensa principali: & sic multitudo figurarū huius sa-cramenti, erit multitudo ferculorū, & etiam multitudo vasorum, quæ seruiunt cōuiujs, & ab ista cœna surgit Christus in hoc sacramēto, tanq̄ relinquentes vñbram figurarū: tanq̄ nō cu-rans de lineamentis imaginis: destruens sulfentacula, quæ ap-pellantur cimbrias, statuendo edificiū huius sacramenti: si ve-ro cœna sit perceptio huius sacramenti: Tū surgere à cœna est substantiā corporis Christi excedere hoc sacramētū, & hoc tri-bus modis. Tū localiter: q̄a licet substatiā corporis Christi sit in hoc altari sub accidētibus prioris substatię nō tñ concludit eis: sed sic excedit, vt tota sit in cœlo, tota in terra, tota in vna hostia, tota in alia. Tū excedit virtualiter: quia accidētia hu-ius sacramenti non habent nisi virtutem sensibilem, vt immu-tent corporis visum, olfactum, auditum, gustum, & tactum:

Gen.18.

sed virtus veri corporis Christi surgit, id est excedit sacramen-
 tum, quia immutat gustum mentis, quia spiritualis est.
 Tum excedit finaliter: quia finis ciborum est, nutritre ani-
 male hominis: finis corporis Christi est, nutritre mentem, nu-
 tritam eleuare in Dei amorem, eleuata mente cum Deo, vita
 praestare perpetua. In hoc sacramento Christus deponit vesti-
 menta sua: quia non appareat habitus humanitatis eius: quoniam
 vtique caro & corpus eius est. Et panis dimisit vestes suas, sci-
 licet accidentia panis, ut fides locum habeat, & sensus redan-
 tur immunes a deceptione: qui iudicant de accidentibus
 sibi notis. Figura de Esau: qui dimisit vestes, quibus Jacob in-
 dutus est: quia panis dimisit accidentia sua, quibus hoc sacra-
 mentum ornatur. Item linteum se praecepsit: quia accidentibus
 panis quasi vesteitur: quia accidentia per se stant, & non adha-
 rent corpori Christi. Item pelvis est cor humanum. Aqua est
 gratia huius sacramenti, quam continent in se: quia alia sacra-
 menta non continent gratiam, sed illam conferunt ex pacto
 diuino facto cum ecclesia (vt dicit Scot. in. 4. f. Sed solum hoc
 sacramentum continent gratiam, & gloriam. Hec aqua est quasi
 aqua roris, qui de celo descendit, Ideo Exo. 16, dicitur, quod
 cum Manna descendebat ros de celo: sed & ipsum Manna vir-
 tute solis liquefiebat in rorem, Manna ergo cum rore descen-
 dit, & nihilominus in rore liqueficit: quia gratia huius sacramen-
 ti est compunctione gemina lachrimarum, una pro commissis
 culpis, & est praevia sumptioni sacramenti. quasi irriguum infe-
 rius: Altera/consequens sacramentum pro desiderio aeternae
 beatitudinis, quae lachrimarum effusio, dicitur irriguum
 superior. Itaque pelvis humani cordis Christus sumptus in
 sacramento replet aqua roris, & gratiae coelestis. Iud. 6. Gedeon
 id est Christus expresso vellere carnis suae in cruce. concham,
 id est cor nostrum rore gratiae impleuit. Item hoc sacra-
 mento lauatur pedes animae. Pedes animae sunt affectus eius, que
 non locis, sed affectibus mouetur: magis est ubi amat, quam ubi
 animat: ut dicit Ber. Isti sunt affectus animae, qui aliquando
 maculantur mortali culpa: & tunc non debent lauari corpo-
 ris Christi communione, sed poenitentia lachrimatione. Ali-
 quando maculatur puluere terrenae cogitationis: ita, ut pecca-
 ta sint venialia, sine quibus vita praesens non agitur: & talia
 mundat

mundat huius sacramenti gratia. Dismissio vestium Christi,
 & mutatio figuratur in libro Regum. in David, qui muta-
 uit habitum coram Achis, & impingebatur ad ostia ciuita-
 tis, & ferebatur manibus suis, & fluebant saliuæ per barbā il-
 lius. Hanc figuram adaptat beatus August. in quinquagenis.
 Christo insituenti sacramētum in cœna, Achi interpretatur,
 quomodo est: Et Iudæi interrogabant de sacramento, quo-
 modo potest nobis dare carnem suam ad manducandum?
 ferebatur manibus suis quod: de nullo alio potest intelligi, ni
 si de solo Christo, quise ipsum tenebat manibus suis: nā post
 quam dixit. Hoc est corpus meum, erat corpus suū consecra-
 tum in manibus suis. Impingebatur ad ostia ciuitatis, quia
 intendebat consecrare corpus & animam, quæ sunt ostia ciui-
 tatis ecclesiæ. Collabebatur inter manus eorum: quia se ipsum
 in pane consecravit, & erat inuisibilis. Desfluebant saliuæ per
 barbam, in quo notatur maiestas & humilitas: maiestas in sli-
 tuendo sacramētum, in quo plura accumulauit miracula: hu-
 militas ostenditur, in ablutione pedum discipulorum.

Conitatatem Christi ostendit Euangelista, dicens: Cum dile-
 xisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. de hac di-
 lectione Christi. Vide in alio sermone de cœna domini.

CMaximam dilectionem ostendit Christus in hoc sacra-
 mento: nam amicitia æquat superiores & inferiores: quia inferior
 ascendit: & maior descendit: & sic inter æquales erit amicitia.
 Deus descendit in incarnatione factus homo, in circuncisio-
 ne descendit ad formam serui: in sacramento altaris seipsum
 exinanivit amplius: quia formam panis accepit. Homo asce-
 dit ad maximam dignitatem: quia hanc dignitatem cōficien-
 di sacramentum nec concessit angelis, nec virginī Mariæ, sed
 solis sacerdotibus. Tum ostendit amorem: quia maximis be-
 neficijs vim voluntati humanæ: vt in amorem Christi se
 tota subiiciat. Nam se nascentes dedit solum, cōuescens in edu-
 lium, moriens in precium, se regnans dat in p̄mium: lingua
 dedit tanquam calatum ad docendum nos, vitam quasi exē-
 plar totius perfectionis. Tum quia amor facit socios, id est cō-
 pañeros. **I**n hoc conuiuio sacro sumus socij, angelorum &
 beatorum: quia vescimur eisdem cibis: nam nos comedimus
 Christum in pane, id est empanado illi vident facie ad faciem,

& vescuntur Christum quasi carnem recentem, id est frescam: nos quia sumus viatores, portamus Christum quasi viaticum id est cibum coctum, & frigidum, pannis inuolutum, id est speciebus panis cooperatum: sed beati comedunt & fruuntur, sicuti est. Sumus socij quasi mercatores, qui communicant in mercibus: sed quidam possident merces nudas, ut Gentuenses & Florentini: quidem portant eas inuolatas in pannis vilibus, qui dicuntur harpilleras: sic merces nostra est Christus.

Ioan. 17 Hec est vita eterna, ut cognoscant te, & Iesum Christum, quem misisti. Sed beati gaudent mercibus nudis, & nos habemus corpus & sanguinem, deitatem, omnipotentiam, & sumiam sa-
pientiam inuoluta speciebus sacramentalibus, quasi harpi-
lleras, seu pellibus.

I. cor. 6. Tum quia amor transformat, & identificat. Vnde qui ad-
heret Deus unus spiritus est cum eo. Et Christus dicit oro, ut
sint unum, sicut ego & tu unum sumus. s. vt sint unum per amorem. Hanc unionem per amorem significat sacramentum: Ideo datur in forma panis: tu, quia sicut ex multis granis fit panis: sic fide
Iesu unitur per charitatem in hoc sacramento. Tu, quia ex cibo
& alito & nutritio, fit unum, sed comedens alterat, & corruptus ci-
bus: & factus chilo convertitur in substancialia comedentis, in pceptioe
eucharistiae accedit contrarium: quoniam Christus convertitur se man-
ducantem. Vnde beat Augustinus. cibus sum grandius non ego muta-
bor in te, sed tu mutaberis in me. Ratio est, quia Christus est pa-
nis vivus qui de celo descendit, & in ore non potest, quia Christus iam non moritur: Ergo duo uirtutia sunt incompensabilia, nec

Aet. 10. simul possunt esse. Ergo necesse est, nos moriri comedamus ergo
& moriamur. Vnde dictum est Petro, maesta & manduca: sic occi-
damus passiones viuas, & appetitus prauos, & manducemus
corpus Christi, & transformabimur per amorem in Christum. Sed
prius masticemus cibis, discernendo hunc cibum ab alijs: quia
infirmus non debet comedere de oibus cibis, sed de cibo sano
& securio. De nocuio comedat paulisper: temporalia sunt cibum
grossi, non sunt hoies saturandi illis: sed necessaria ad sustentationem
vitae sumere debent, sed cibus iste est sanus & securus: quia
secundum regulam medicinae ordinatus. Vnde Paulus. Misit filium suum

ad eph. factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret. i. sanaret
egritudines spirituales. Debet digeri calore stomachi. amo-
re &

re & charitate. Ideo agnus non erat comedendus crudus, nec
coctus, sed assus igne. In cibo crudo non inuenitur sapor: ppter Exo. 12.
quod non consiliter peccatori cito post confessionem communica-
re, ppter metis hebetudinē: & ista hebetudo tollitur per me-
moriā bñficiorū dei. i. Re. 2. De sacerdote heli, qui volebat q
pueri acciperent carnem, non coctā, sed crudā: & mortui sunt
in bello, & pater q eos nō corripuit iterij. Neq; coctū aq; i olla
bullienti licet non sint nisi tres fabæ, semper ascendunt supe-
rius, ita, q videtur potus totus plenus: feruor comunicantū nō
debet esse, sicut potus bulliens, q habet vacuitatē: sed debet esse
sicut cibus assus igne, q tm habet de calore, quātū prætēdit: &
econtra. 2. Parali. Assauerūt phase super ignē. In Epate fit ter-
tia digestio, in qua separatur mūdū ab in mundo. Et sic præ-
beat seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.
Cibus corporalis sāpe nocet comedēti, si sit nimius, vel noxi-
us, aprehēdit hominē, sicut hamus piscē: q si effugit hamus, tñ
manet percussus: sic hoīes sāpe lēdunt cibo corporali: sed iste
cib⁹ sanat omnē ægritudinē. ps. Misit verbū suū, & sanauit eos Psa. 166
¶ Quarta digestio fit in venis, mediāte qua nutritur, & augmē-
tatur homo, sic debet incorporari corpus Christi per venas. i.
memoriā, intellectū & voluntatē: & sic crescat homo interior
in virum perfectum. Vnde in scriptura dicitur, Sanctificami-
ni hodie, & cras comedetis carnes: hō carnes quā impinguāt
cutē, sed spirituales carnes. f. agni immaculati, q impinguant
mentē. Sed dicet aliquis: q cōueniētia sanctificationis nostræ
ad carnē Christi sufficit, qā caro Christi sāta sanctificabit me.
Nota, q est differētia huius cibi, ad ea, q cibant: quia in alijs ci-
bis q̄tuncunq; cibus cōuertatur in cibatum: oportet q cibus
sit congruus cibato: qā ordinatur ad illū, qui cibat: sed in hoc
cibatus ordinat ad cibū: ideo debet habere conuenientiā cum
cibo, & habere conditiones cibi: & non econtra, sanctificami-
ni ergo, quia cras comedetis carnes, in quas cōuertemini. Ma-
nifestū est autem, q nihil potest cōuerti, nisi ipm mutetur in Nu. 14
ppria dispositione, quā habet de se, ad dispositionē, in quam
debet conuerti. Ideo caro bouis nō cōuertitur in carnē hoīs,
nisi quia definit esse bouina, & sit humana per virtutem
nutritiue, quā est in homine. Nos ergo debemus con-
uerti in cibum sacramentalē, quem accepturi sumus:
et debe

& debemus habere ipsam formam, & conditionem cibi, quæ est sanctitas: oportet ergo, nos disponi per formam consumimem sanctitatis, ad hoc quod nutriamur, & crescamus in meritis. Non est melior dispositio ad sanctitatem, quam sanctificatio. Ideo dicit, Sanctificamini, & eras comedetis carnes. Et hec in nobis passiuæ est, per dispositionem quæ actiue introducitur à gratia: seu à nutritiua quæ est in Christo: quæ causat in nobis sanctitatem. Ideo primo inducitur nobis ista præparatio, dicens: Sanctificamini, id est disponite vos, sic, ut sancti efficiamini. Secundo quia nescit tarda molimina spiritus sancti gratia, excluditur dilatio, dicens: Sanctificamini hodie, & statim subiungitur ratio: quia eras comedetis carnes, id est comedetis corpus sanctissimum Christi: quod habet carnem & sanguinem, quod est nobis viaticum ad eundum in gloriam: quā idem Christus Iesus nobis cōcedat. Alios sermones, Deo dante, scribemus de eucharistia in festo corporis Christi.

Sermo de Passione domini. Thæma. Sic Deus dilexit mundum ut suum vnigenitum daret. Ioannis. 4.

SALVATATIO.

Maria amplius dilexit Christū, quia filius Dei est, quam quia filius est, siquidem virtutes Mariæ fuerunt heroicæ id est quasi diuinæ, maxime charitas. Ex quo exultauit spiritus eius in Deo salutari suo. Amplius dilexit diuinam substâtiæ, quam humanam. Ex quo sequitur, quod sic Maria dilexit mundum, ut suum vnigenitum daret pro nobis, propter suam charitatem perfectissimam. Nec enim olim Abraham tanta fide & claritate obtulit filium suū Ysaac, sicut Maria. Nec illa mulier euangelica quæ tantum laudatur, quæ misit duo minuta in gazophilatum, tantâ charitatem habuit, sicut Maria. Nec illa mater septem filiorum quorum vnum ipsa mater inter brachia trahens ad ignem, & inter brachia spirauit, non obtulit illum tanto amore ad mortem: quanto Maria filium suum ad crucem. Vnde quidam sanctus dicit, quod si nullus

Si nullus alius fuisset, qui poneret Christum in cruce, ipsa posse fuisse. Vnde duobus amoribus, quasi duobus gladiis transfigebatur, scilicet amore redemptionis generis humani, & amore filij, & sic non minuitur dolor eius, sed potius augetur compassio: sicut pater dans caut eriū filio vno suo, magis dolet, quam in seipso. Vnde Bernard. Si adestes ad illud spectaculum crucis, vidisses duo altaria: alterū crucis, ubi moritur Christus crucifixus: alterum cor virginis preciosius, ubi sacrificatur & offertur virginis anima. Cuius dolor fuit nimius & maximā habuit cōpassiōem de morte filij sui. Maiores compassionē habuit, quam mater quae noluit, filium eius scindi in duas partes corā Salomone, antequā scinderetur, sensit iētum gladij, & animam virginis doloris gladius pertransiuit. Magis compassa est de filio suo, quam Agar, quae proiecit puerum subter vnam arborem ne videret eum morientem siti: sed vidit filium suum morientem in arbore crucis, & sitientem, & non potuit illi dare potū. Magis cōpassa est de morte filij, q̄ mater Moyse quae proiecit filium suum in ripa: cui tamen auxiliata est filia Pharaonis, & dedit eum nutriendum matris suę: sed virgo Maria vicit filium suum submergi fluentibus dolorum: & quod aquæ intrauerunt usque ad animam eius, & ei non potuit auxilium præbere. Hæc compassio virginis ex multis procedebat. Tum quia mulier: nā mulier dicitur molicie, mutata. o. Exo. 14. in. u. & sic mulieres sequebantur lamentantes Christum, quantum magis virgo lamentata est vnicum filium. De viris non legi, aliquem flesse præter Petrum, qui fleuit propter peccatum. Cum ergo nos pluries offenderimus Deum, pluries debemus plorare peccata nostra, & domini passionē. Tum quia magis dilexit filium suum, quam aliqua alia mater, immo plusquam omnes creaturæ tam angelicæ, quam humanæ. Vnde in Cant. Dicite dilecto, quia amore languo. Tum quia erat vnicus matri suæ. Cum ipsa fuit præsens corpore & anima multis tormentis, & doloribus Christi: & obiecta quanto propinquiora tanto fortius mouet. Tum quia fuerunt fratres in armis, & sic dolores fuerunt cōmunes filio & matri: & sic dicit beatus Hieronymus. Quot fuerunt vulnera in corpore Christi, tot dolores fuerunt in corde virginis: & quot clavi vulnerantes, & perforantes: quot iētus percutientes, & carnem rumpentes:

3. Reg. 3.
Gen. 16.

Exo. 14.

Cant. 8.

2. Cor. 13.

pentē: tot sagittæ fuerūt in corde virginis. Tum quia totam substantiam dedit filio sine patre, & virtus vnicæ est fortior: ergo amor fortior. Tum quia in nullo potuit succurrere, vel in aliquo adiuuare: consolantur m̄nes, quando possunt adiuuare filios suos in tribulatione, & in infirmitate saltē in articulo mortis, sed moestissima virgo in nullo potuit filiū suū adiuuare: nam videbat eum vulneribus plenū, & vulnera nō poterat alligare: videbat corpus sanguine conspersum, & irrigatum, lintheo non poterat mūdare. videbat caput spinis perforatū: & cœrical non poterat illi dare, nec super genua sua eum sustentare. Andiebat clamantem, fistio, & potum non poterat illi dare. Videbat expirare: & non poterat eum amplexari, nec de osculari. Ideo dicitur de ea, Magna est velut mare contristit tua, & illud Dan. Angustię vndique sunt nihil. Ergo iustissimum est, ut virginī compatiamur, & filio, & ut compatiamur, petamus gratiam, dicentes. Aue.

Tre. 2.

Dan. 1.

Exo. 38.

Introductio Passionis.

¶ Präcepit Deus in Exo. Fac tibi secundū exemplar, quod in móte monstratū est. In operibus insignibus, & suminis ponuntur exemplaria siue patrones, ad quorū similitudinē formentur, vt in imaginib⁹ pictis: in palatijs ædificandis, in super post opus cōpletū formantur imagines, & statuae artificiū suspenduntur, vel sculpuntur in locis publicis, vt memoria eorum sit perpetua. Similiter sculpuntur statuae victorum, & eorum qui fecerunt opera heroica, vt victorias insignes. His causis Deus noster voluit æstimare, & ponderare, & apprecia revalorem passionis filii sui. ¶ Primo, vt aspiciamus exemplar Vnde hoc opus mirabile sumptum est, ex quo eliciemus excellentiam operis. Exemplar est amor diuinus, cui conformis fuit passio Christi. Nam sic deus dilexit mundum de & hoc exemplari, & conformitate passionis, ad illud in processu sermonis videbimus. ¶ Secundo, voluit extollere: Christi passionem, tanquam opus summum, & nunq̄ aliud simile huic esse factum. Nā licet creatio mūdi sit opus excelsum soli Deo cōueniens, solo verbo factum est: quia ipse dixit, & facta sunt reparatio tñ mūdi multo labore, & multis sumptibus Chri facta est. Ois creatura, vt dicit Pau. Ingemiscebatur, expectans reparationē per Chri passionē fiendā. Nā debebat renouare mū dum, seu

dum, seu ecclesiam: nam mystice terra, id est humanitas Christi erat inanis, & vacua, exhausto sanguine, quo consumpto exiuit aqua: & tenebre, erant super eum: quia non erat ei aspectus neque decor. tunc dixit, Fiat lux. i. fides latronis, cum dixit, Memento mei dum veneris in regnum tuum. Et produxit lucem in Longino, dicente. Vere filius dei erat iste, vere tenebræ. Tunc temporis erant in ecclesia: quia fideles, amissa fide fugerunt, relieto solo Christo, & sic tenebre erant in Aegypto, sed in terra Gessem. i. in virgine gloriosa erat lux. i. fides, in sola illa remansit. Et sic fecit firmamentum in medio aquarum. i. baptismum in medio populorum: quo diuidunt aquæ ab aquæ. i. propter infideles a Christianis. Infideles significant per aquas inferiores, quod ad imam descendunt: & fideles per aquas superiores: quod sursum sunt, quod runt. Fecit ut terra. i. ecclesia, quod fuit terra attrita persecutionibus tyrannorum, perfidia hereticorum, & hypocrisi malorum Christianorum, pducat herbam viratem in Apollinis, & lignum pomiferum in virginibus & confessoribus. Fecit duo luminaria, luminare maius paternum, luminare minus Imperatorum. Fecit aures ecclie, & aialia. i. statutus contemplationis, & actionis, fecit sexta die hominem, Cui inspiravit spiraculum uitæ. i. misit spiritum sanctum, & viuificauit per gloriam peccatores. Et ultimo preparauit gloriam, in qua reuefecunt sancti. Ideo dixit, Vado vobis parare locum, ad readificandum mundum. Secundum Ber. Christus dixit mira, & pertulit dura verba, & sustinuit duriora verbera. Ergo hoc opus excedit omnia opera Dei. Ideo dixit Deus, penitent me fecisse hominem. i. penitentiam agam ad reparandum hominem: & sic propter excellentiæ operis, fecit Deus multas statuas, a principio mundi, usque ad finem, Quid enim est sopor in Adam, nisi mors Christi, & de latere dormientis. i. Christi mortis Euæ. i. ecclesia fuit firmata. Ideo primus homo de terra terrenus, secundus Adam de celo cœlus. quod Abel occisus a fratre Chaim, nisi Christus mortuus a populo Iudeorum. Quid Noe inebriatus vino, iacebat nudus in tabernaculo, nisi figura Christi quod amore redemptiois humanæ est inebriatus, & crucifixus est. Nudus in tabernaculo crucis. Quid imolatio Isaac in monte: nisi crucifixio in monte Calvariae? quæ est præda, quam desiderabat Isaac nisi Christus: ad prædam ascendisti filii mihi, & quid fragantia vestimentorum, nisi sentire virtutes Christi, & odorem virtutum ministrorum eius?

Gen. 6.

Gen. 2.

Gen. 4.

Gen. 9.

Gen. 22.

Ge. 48.

Vnde

Tomi. i. Sermo

Vnde odor filii mei quid scala Iacob, cui inixus erat Domin⁹ nisi crux Christi, in qua crucifixus est Christus, quid enim serpens Moysi in ueste: nisi Christus in cruce crucifixus? Quid illa sacrificia figurabat, nisi passionem & mortem Christi? quod illa vaca russa, cuius cinis, & stercora cremabantur extra ca-

Nu. 12. stra, nisi corpus Christi in caluario mortuum: & sanguis effusus. Quid sacerdos, portans clauem super humerū, & ita intras in sancta sanctorum, nisi quia oportebat Christum pati, & ita

Exo. 28 intrare in gloriam suam? quid tintinabula in ueste sacerdotis sonantia, nisi miracula Christi facta in morte eius? Et malo gra-

Can. 4. nata, nisi membra Christi rubricata? Vnde in Cant. Dilectus Iud. ii. meus quasi fragmen mali punici. Quid mors filiae Iethe, nisi Esa. 6. mors Christi, ut dicit Hugo de S. Victore. Quid Dominus vi- fuis ab Esa. Sup solium excelsum & eleuatum, nisi Christus in cruce exaltatus? Quid murus & ante murale, nisi humanitas Christi, quae sustinuit in numerosis ictus in passione sua? Quid fluuius qui transmeari non poterat, nisi passio Christi, quae diuersimode sentitur secundum diuersas dispositiones meditantium? Quid liber scriptus intus, & foris septem sigillis si-

Apo. 5. gnatus, nisi Christus intus Deus absconditus, homo foris? cuius perfectiones sunt signatae, scilicet potestia infirmitate, gaudium tristitia, sapientia apparentia ignorantiae, maiestas vili- pendio, impassibilitas flagellis, innocentia condemnatione, diuitiae paupertate, vita morte: omnes istas statuas & figurae, & plures alias fecit Deus ad perpetuam memoriam huius pas-

Iudi. 3. sionis. Vnde in libro Iudi. apparuit Angelus in galgalis, dicens. Eduxi vos de terra Aegypti: & vocatus est locus ille, locus flentium. Mementote ergo diei qua educti estis de Aegypto: sentite ergo amorem, quo Deus dilexit mundum, ut suum unigenitum daret.

¶ Totus processus sermonis consumetur in decla-
ratiōe thematis, & separatione filij à matre, & pon-
deratione. Ecce homo.

¶ Pro quo nota. quod querunt sancti, an hoc supremum do-
num Dei, quo dedit nobis deus unigenitū suū fuerit gratuitū
scilicet emptum aliquibus meritis. Respondeant quidam, quod
fuerit mere gratuitum propter hoc, quod euangelium dicit.
Sic Deus dilexit mundum, ut suum unigenitum daret, quasi
solam

ſolam cauſam huius doni aſſignans dilectionē, & non aliam cauſam, ſimiliter Paul. dicit, Non ex operibus iuſtitiae que fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit. Alij dicunt, quod aliqua cauſa fuit. s. merita sanctorū praeuifa, maxime Mariae matris dei: ſed maxime merita paſſionis Christi. Vnde beatus Paulus, per quem oia & in quo oia, & propter quem omnia. Super quae verba dicit vnuſ Doctor quod valor humanitatis Christi fuit tati precii, quod si Deus ab initio non decreuerit niſi creare hominē Christū tñ propter illum creauifet oia.

Ad Ti.3

Caufam ergo huius doni quidam aſſignant merita sanctorum & maxime humanitatis Christi, ſecundum quod homo ſed cōmuniter tenetur, vt dixi, quod eſt merūdonum. Ruper-
tus alia via procedit. li. 6. c. 30. cum ſequenti. dicit ſic. Sicut ab
eterno nū nquā fuit in Deo iuſtitia ſinæ mīa: ſic nec mīa ſine
iuſtitia. psal. 100. mīam & iuſtitiam contabo tibi Domine &
88. mīa & veritas p̄æcedent faciem tuam. Nunq̄ conuenit
Deo facere iuſtitiam ſine mīa neq; miſericordiam ſine iuſtitia
Vnde lob. 33. omnipotens Deus: audi desiderium meū, & tri-
bue mihi auditorem, qui equitatē proponat contra me, vt
iudicium meum perueniat ad victoriam. Hec ille ex quo ſequi-
tur quod nunquam eſt miſericordia ſine iuſtitia, nequae iuſti-
tia ſine miſericordia: quia loquitur de peccato, originali In-
qua ergo iuſtitia & quibus meritis dedit deus vnigenitum ſu-
um? nunquā meritis de condigno, vt tantum valeant ſicut do-
num? abſit: ſic enim nullus meruit: & ſic intelligitur illud Pau-
li. Non ex operibus iuſtitiae que fecimus nos: ſed certe funda-
tur in aliquibus meritis iuſtitiae.

Ad Ti.11

Cquia ſicut vidua ſareptana cōiurata abhelia vt daret illi mā-
ducare, respondit, viuit Dominus, quia nō habeo ancilla tua
in domo mea, niſi modicum olei, quo vngar &: quantum pu-
gillus capere potest farine in lechito! en colligo duo ligna,
vt faciam inde panem pro me & filio meo, & comedamus &, 3. Ref. 17
moriamur & tñ quantumcunque vidua erat paupercula, di-
cit ad eam Helias, vade in domum tuam, & primum fac mihi
inde ſubcinericium panem, vt comedam ex eo: quia quamtu
cūque noſtra merita ſunt modicū valoris? tamē aliquām iuſtitia-
m habēt coram Deo: ex quo ex illis quāſi ex pane ſubcine-

Hh ricio

Tom.i.Sermo.

Gen.22. ritio, & insipido, comedere cupit. Sed tūc queritur à predicto doctore: quæ sunt merita iustitiae nostræ? Respondet quod meritum Abrahæ patris Isaac, & pater fidei nostra & multarū gentium in domino creditum: qui ex fide dilectione & spe tradidit vnigenitum suum in morte, fit iustitia nostra & causa licet non valoris æqualis, vt Deus vnigenitum suum daret. legge historiam, & vide quantis circumstantiis exaltat Moses obsequium illud.

¶ Primo, ad vulnerandum cor Abraham dicit, accipe tu non alter: quia si pater auertit faciem suam a tormento filij maxime mortis: tu non auertas, sed tu ipse fac impresestia tua. sed cùdō dicit filiū nō seruū nō amicū nō extraneū in quo torquunt magis pater, quā in seipso. Vnde noluit lexciuīlis vt filius inficiēs delictū corā patre torqueretur, Tertio dicit. q.d. licet natura inclinet patrem ad diligeđū filiū quia raro odit aliquē: dete tamen scio, valde diligis filium tuum. q.d. datum tibi à Deo, nō

Adg.4. secundum carnem sed secundum spiritum re promissum: quæ secundum Paulum sunt per allegoriam dicta: expatre sene & matre sterili, cui desierant fieri muliebria conceptus fuerat. ¶ Quartò dicit vnigenitū quasi dicat scio quia non habes aliū legitimū, nech habere potes: & quia in hoc vnigenito promisso tibi benedictionem omnium gentium, contuli.

¶ Quintò dicit Isaac, vt non putas quia dico tibi de Israele no tho. i. bastardo, vt amplius doleas de eo, quod volo tibi dicere &, mandare. Quid dñe vis mādare: sacrificia mihi super vnu montium &c. & pater sine petitione temporis ad deliberādū sine contradictione, absq; eo quod diceret, recordare domine quod promisisti mihi generationem ex illo, & benedictionē in illo, & Christum futurum ex illo: sed statim sine mora one rat filium lignis & igne: ipse verò portat gladiū manibus suis quia in morte Christi pater habet potestatē qui tradidit illum & cōdemnat ad mortē filius. q.ligna sacrificij spūs Stū signē charitatis, quo ardet in ara crucis torridus. Hęc ergo fides Abraham fuit aliqualis iustitia: propter quā sicut ille tradidit filium suū sic deus dilexit mūdū, vt suū vnigenitū daret hoc est, q.Pau. dicit credidit Abraham Deo & reputatū est adiustitiā ¶ Sic Deus dilexit mūdū, vt filiū suū vnigenitū daret vt oīs q. credit in eū, nō pereat sed habeat vitā eternā. Non enim misit Deus

Deus filium suum ut iudicet mundum , sed ut saluetum mundus per ipsum. Vide in his verbis quantas excellentias diuinam amoris ponit Christus.

¶ Et primo nota q̄ hæc verba processerūt sicut prunę ardētes de altari dei: q̄ altare fuit certe aia Christi. In cuius figurā olī sacerdos sumebat p seipſū carbones ex altari, ad adolendū in cēsū. Primo ergo dicit, sic deus si dixisset Christ⁹, q̄ dilixisset me rex, hoc multū estimarē: si angelus, amplius: si virgo Maria amplius estimarē: quid si deus: hoc tāq̄ maximū donū hñdū est: maxime q̄a amor dei est causa bonitatis totius creaturę valde enim differūt amor dei & amor noster nos enim q̄do amamus aliquā rē, quārīm⁹ in re bonitatē, ppter quā moueamur ad amandū illā: amor dei nō sic, sed primo causat bonitatē in te. In cuius figura: serculū fecit sibi rex Salomon de lignis libani: colūna sciuī fecit argenteas, accēssum purpureum. reclinatoriū aureum media charitate constrauit propter filias Ierusalem : Nō sine mysterio dicit quōd quelibet creatura est serculum siue lectica oandas. in qua deus ambulat in nobis huc atque illuc licet deus sit immutabilis: nulla tam enī virtus fecit illū quiescere & dormire, nisi sola charitas, quæ fecit illum dormire & quiescere in lecto crucis. Bene ergo dicitur sic deus dilexit mūdū. Secunda circūstantia: quia dicit mūdū, in quo notatur generalitas amoris diuini: quia nō placet deo solū diligere vñā creaturā sed totū mūdū: vt nulla creatura sit expers dilectionis diuinæ. Vnde nota, q̄ non solum homo sed oīs creatura restoruit suo modo, & renouata est in passione & resurrectione domini: quia remāsit libera à corruptione & maledictio ne quæ, ppter peccatū corrupta est, & hoc est q̄ dicit beatus Pau. Ro. 9. oīs creatura ingemiscit parturit usq; adhuc. ipsa liberetur à seruitute corruptionis in libertatē gloriæ filiorum Dei, quādō pater diligit vñū filiū plus quā aliū causat discordias inter illos: vt patet in filiis Iacob: qui ex quo dilexit magis Joseph, quam alios, causatū est iurgiū, & discordia inter illos: & sic contingit hodie inter patres qui meliorant aliquē filiū in tertio & quinto. Deus noster æqualiter, dilexit totum mundum. Gaudeant ergo pauperes, infirmi & de vili genere: quia æqualiter amantur à Deo secundum illud Petri in sua canonica, quia non est personarum acceptor Deus.

Can. 3.

adon

Hh 2

¶ Tertia

P. I.

Tertia excellentia est, quia dilexit: quia dilectio Dei est tanta excellentia, quod si Deus dedit nobis omnia bona, et non dilectionem parum valerent: & si dedit nobis amorem sine aliquo alio, esset multi valoris: in tantum, quod non possumus attingere, neque intelligere, quantum valoris sit amor diuinus: ni si consideremus quod tantum estimat Deus nostrum amorem: quia cum solo illo satisfacimus illi de omnibus beneficiis nobis ab illo collatis: ut patet in beato Petro, quando voluit illum facere principem. Apostolorum. & relinquere illum loco sui: quesivit ab eo, Petre amas me? ex quo ergo Deus tantum estimauit amorem nostrum, licet sit modicus. Ex hoc perpendere poteris excellentiam amoris Diuini ad nos: cu sit infinitus.

Ioh. 21.

Quarta circumstantia amoris diuini est, excellentia doni, ut unigenitum daret, certe quantumque minimum donum nobis datum a Deo, multum esset estimandum: sicut minimum donum datum a rege, pauper homo multum estimaret. Sed quia amor Dei nostri ad nos est maximus, maximum donum nobis dedit scilicet unigenitum filium suum. Dicit Ber. certe si habuisset plures filios maiestas tua, non esset tantum donum sivedisses unum, quia amor diuisus in plures filios, non esset tantus: & si iste filius non fuisset adeo tuus quod non fuisset eiusdem substantiae & essentiae tecum, non esset tantum estimandum donum: Tum si filius non esset adeo dilectus tibi, quod toties in euangelio dicis. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, non esset tantum estimandum, quod si habuisses alium heredem, prater istum unigenitum tuum quem dedisti nobis, quem constitueris haeredem vniuersorum non esset tantum estimandum. O excellentia doni excellenti

Mat. 17.

ssimi ut suum unigenitum daret, filium unicum dilectum, heredem vniuersorum, per quem fecit & secula. Signum & indicium certum est quia ex quo dedit nobis heredem, dabit etiam nobis hereditatem. Apostolus dicit ex quo filium heredem nobis dedit: quomodo cum illo non omnia nobis donabit? certe datio heredis spem nobis concedit habendi hereditatem & ex quo habemus Dominum, spem certam habemus habendi dominium. Bene ergo ut unigenitum suum daret.

Quinta circumstantia, est effectus, ad quem nobis dedit illum scilicet moriendi pro nobis: non ad ostendendum illum tantum: nobis

nobis, quod fuisset magna merces: quām magno desiderabat, dicens. Ostende nobis domine faciem tuam & salui erimus. Non tantum ad visitandum nos, sicut olim Jacob misit filium suum Ioseph, ad visitandum fratres suos: sed totaliter Deus eum nobis dedit quasi dicat Accipite eū vos & pro vestris necessitatibus: vt in omnibus vobis sufragetur: quia licet filius meus semper mihi vnitus, & etiā vnicus matri teneri me ab ea dilectus sit cōsentiam in morte eius, quia quodam modo diligo vos, plusquam illum: postquam ut eruam vos do illum in pretium.

Contra circumstantia finis, propter quem dedit nobis illum. scilicet ut saluetur mundus per eum: ut omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam aeternam.

Sed pondera amorem, quo filius dilexit mundum, & seipsū tradidit pro inimicis suis. Erat vt David, de quo. i. libro re. 24. q. in vultu & verbis, & operibus erat tam diligibilis inimicis suis: quod Saul inimicū suū placavit in modo captiuū amoris sui fecit. Ita perfectissime Christus amauit suos inimicos quod quāto magis eū odiebat rāto illos magis diligebat: sicut pater habet plures filios, & vnu furiosum & percussorem patristan to magis illum diligit, & obliuiscitur aliorum filiorum. Amor Christi iniuriis crescebat: sicut magnus ignis vento & arena munda magis ardet, & non extinguitur tempestate, nec turbine magno: sic amor Christi iniuriis non extinguebatur, & sic quanto malitia & iniquitas inimicorum magis crescebat contra Christū, magis eleuabatur charitas, dicens, pater ignos ce illis. Habuit tam grādem dilectionem circa inimicos, quod quando impidebatur a conuersatione illorum, fauebat magis inimicis dicens, duodecim horæ sunt diei. i. pluries mutatur cor inodium & amorem nota quod Christus dixit maiorem dilectionem nemo habet. vt animā ponat quis pro amicis suis: sed maior charitas est, mori pro inimicis, & rāest sed Christus nullum habuit inimicum: ideo dixit, pro amicis suis & inimicis dilexit sicut amicos, dicens. Pater ignosce illis, & sic aquæ tribulationum & iniuriarum non potuerunt extinguere charitatem Christi: nam sicut infinita sapientia Dei ex malis elicit bona: sic ex occasionibus ingerentibus odium, eliciebat amorem: & sicut contrarium fortificatur à suo contrario, actione

Tomi. I. Sermo

Antiperistastini : sic amor ex odio suorum inimicorum cre-
scet.

¶ Viso aliqualiter de dilectione Dei, qua dilexit mundum, &
ut daret unigenitum, videamus quomodo Mater & Domina nostra
sic dilexit mundum, & tradidit simul cum patre unicum fi-
lium suum, ut moreretur pro redēptione generis humāni.
Et diuersi doctores diuersimode contemplatur consensum,
quem dedit piissima mater filio suo, ut moreretur: quem bene
dictus filius petiuit a matre in separatione a presentia illius.
Dominus de gerson. in. 4. parte sermōe de coena domini alloqui-
tur Christum sic. Nunquid Domine recedes, hospite in salua-
to? Idest matre tua: loquere illi prius: placet, iustum est, quid
dicam: aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerim, & ani-
mani meam pono pro quibus meis? sed dico, quod a Deo ex-i-
ui, & ad Deum vado. At illa dixit, ad Deum vadis? ad Deum
vadis, spes mea, salus mea gaudium meum? & non vado tecum?
tecum vado quounque iteris: & parata sum in carcerem, & in
mortem ire.

¶ O domina mea! dominatrix mea! quo ego vado, vos non po-
testis venire modo. quod non? siccine separat amara mors? &
quia mors potest separare tantum amoris vinculum, quale
est inter me & te filii mei: nunquid non fortis est, ut mors, dilec-
tio? immo fortior est amor meus ad te, quam ipsa mors. quo-
modo ergo non sic amor tuus ad me? sic ne separat amara
mors? sic corda nodatae non fraguntur per nodum? O specta-
culum lamentabile! odura separatio maioris angustiae, quam
ipsa mors! aeternus pater infinite te diligit, secundum quod
es Deus de deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero:
quia Deus filius eius es: sic ego, in quantum homo, te diligo se-
cundum omnem morem matrum? & mulierum: quia amplius
filius meus es, quam omnes filii matrum suarum. Sed tu mihi,
quia secundum quod Deus nunquam te separas a patre: &
nunc secundum quod homo, vis te separare a me: miserere
mei: quia tenerior est amor, matris quam patris. Si quidem in sepa-
ratione animae Christi a corpore, quando emisit spiritum,
petra scisae sunt, & terra mota est. In hac separatione ma-
tris a filio, quae non minoris doloris fuit, scindantur corda no-
stra, ex quo scinditur honestior amor, excellentior amor
quam,

quām nunquām fuit creatus in cōclo aut in terra. ad Deum vatis? siquidem filimi, si vaderes felici gressu, sine labore, gauderem vtiq; nunc autem quia vadis per mortem, mortem autem crucis. quid faciam? Anselmus alloquitur virginē in hac separatione. Attēde o virgo, quia illas poenas & dolores, quos tibi remisit naturā crudelis in partu, nunc cum vſura exigit à te, vt nunc soluas in hac separatione cum vſuris. Plus enim, quām martyr hic & iuxta crucem eris: quia in anima, quæ est pars imp̄f̄sibilis patieris. Nōne recordaris Symeoñis iusti: quia tuam ipsius animā doloris gladius pertransibit.

¶ Rogauit mater filium, vt pascha manducaret cum illa: & rogauit Lazarū & eius sorores, vt simul rogarent illum. Omnes flexis genibus, rogaerunt Christum vt petitionem concede ret matri. Respondit, exiui à patre & veni in mundum, iterū relinqu mundum, & vado ad patrē verum est quod vadis ad patrem, & in hoc multum interest inter me & patrem quia existi fili mi à Patre: sed nunquām absens fuisti Patri, nec ab illo receperisti: sed nunc recedis à me, & nō reuerteris ad me, nisi post mortē & per mortē. Dixit Christus Vnūpro tua consolatiō dicā, & credo q̄ recipies maiore angustiā, quia quod debes gratia & naturæ: quia cum gaudio peperisti me germinans germinabit lētabūda, sicut līlum Esa. nunc solues cum vſura: & quod Simeon iustus noluit videre, Ex magna compassione & lastima dicens. Nunc dimittis: quia ex quo vidi honorem meum & Deum in carnatum, nolo videre inhonoratū tamen videbis me sipientem, clavis affixum, & sic morientem. Tunc fuit virgo, quasi fons paradisi terrestris à quo flue bant quatuor fluuij primus fluuius dolorum de separatione filij: secundus compassio passionis, & dolorum, quos passurus erat. Tertius amor generis humani, & redēptionis, quā summe optabat. Quartus tristitia de cæcitate iudeorum, & eorum ingratitudine. & tandem conclusionem dedit, si possibile est, vt transeat calix iste, & non moriatur filius meus: fin autem, Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum: & fiat voluntas tua in cōclo, idest, anima filij mei, quæ ten detur ut pellis tenditur clavis: & in terra, idest corpore quod attritum erit, & cōculcatum ut omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam ecce homo: qui est vñigenitus

Luc. 2.

Iob. 16.

Esa. 35.

Luc. 2.

Hh. 4. tus

Adhe. 12. **tus Dei filius, & est nobis datus, vt non iudicet, sed vt saluetur mundus per eum.**

Ecce homo. Nos autem aspicientes in consummatorem omnium, vt auctorem fidei, aspiciamus hodie potius in his, quæ fecit secundum quod homo.

Iob. 5. **P**rimò quia hodie est proprius dies & tempus totius anni quando Angelus domini secundū tempus descēdebat in piscinam et mouebatur aqua: & q primus intrabat sanabat, aquacūq; detinebatur infirmitate. O bone Iesu! dicit Bernardus, Cōmo uisti terram cordis mei, præueniendo tua diuina gratia ad emendā peccatorū meorum: conturbasti eam . quia fecisti vt odiām peccata mea. & istud odiū habeo. q.vn pūdonor diuino: sic semper maneat in me, vt nunquam amplius commit

Cant. 1. tam, sed sicut ante oderam virtutes sic deinceps odiām vitia: & hoc meritis passionis domini nostri Iesu Christi. Nunc quando Angelus magni consilii descendit de celo in terram, & sic commouit terrā humanitatis suæ: quia vidimus eum & non erat ei asperitus, neque decor: & reputauimus eū

I. Rom. quasi leprosum, & virum dolorum & scientem infirmitatem Quia in Can. dicitur vadam ad montem mirrhæ: & iste falciculus in irrhæ inter vbera mea commorabitur quasi dicat quia ex quo mirra est ad cōdiendum corpora defunctorum & valet contra fetorem & verthes: quæram ergo spōsum meum, qui moritur secundum quod homo: quia ille sanguis & ignominia passionis valent contra fetorem peccatorum meorum, & adpreferuantur me a peccatis cōmitendis, & à verribus passionum mearum, quæ cōmedunt & lacerant cor meum: veniant ergo omnes delinquentes & grauati debitis & oppressi ære alieno fugiant Ad verbū Christi quia hic peccatores recipit: & factus est eorum dux.

Ecce homo in cuius morte, sicut olim in lege veteri in morte summi sacerdotis, omnes delinquētes consequentur veniā.

Cant. 8. **E**cce homo pontifex futurorum bonorum intrans per proprium sanguinem: sicut sponsus in die coronationis sua. Id est ponsationis suæ quando eum coronauit mater sua synagoga in die solemnitatis & lætitiae paratus ad dandum quidquid ab eo petierimus petamus ergo ab eo indulgentiam peccatorū nostrorum? & iubileum plenarium gratia.

Ecce

Ecce homo, ardens dupli igne: quem sufflant duo amores, amor ad nos, & amor matris eius.

Ecce homo, vnde sicut Chayphas, dicit, Expedit, vt vnu hominem moriatur: sic iste paganus dixit, Ecce homo.

Ioān. ii.

Ecce homo, ex quo iste maledictus homo Pilatus, dicit, vt aspiciam te. Et ad hoc, adduxit eum foras, vt te aspicerent omnes. O bone Iesu Illumina oculos meos: quia frontispicio usque ad calceo te volo considerare. Acue sensus meos: vt sicut qui bene presumit cognoscere imaginem crucifixi, aspicit multum in dispositione corporea, in proportione, in sensibus, in venis: in arteriis, & coniuncturis. &c. sic te aspiciā ego, vt nihil me reputem scire inter vos, nisi Christum, & hūc crucifixū. Propter hoc iubebat lex, vt agnus paschalis comedetur cum capite, pedibus, & in testinī: vt ipse minutæ iniuriæ, blasphemia, colaphus, alapa, sputa aspiciantur, & contemplentur in Christo, & commedantur, vt cibus animæ, per contemplationē & cōpassionē. Bene ergo caput cū pedibus, & intestinī bene lotis aqua fidei veræ considerari debet. Sed quis poterit sentire omnia, quæ sensisti, nisi tu Dñe solus, qui ea pertulisti? & tua benedictissima mater, cuius animam sacra tissimam in hora benedictæ passionis tuę doloris gladius per transfiuit: vnde, Torcular calcaui solus, & degentibus non est Esa. 63. vir mecum. Excludit viros, sed non foeminas, ne excluderet Mā trem, quam vno tantum gradu excessit: quia Christus corpos & anima paſſus est, sed Maria tantum in anima, iuxta illud, Tuam ipsius animam doloris gladius per transfiuit videamus ergo hominem sic spoliatum & nudū, & ligatum ad columnā. Primo, aspicio pedes tuos nudos & spinis pforatos. aspicio vngues tuos manantes sanguinem: genua tua & tibiæ emittunt sanguinem, propterea quod s̄epe cecidisti in terram ex hora ligationis tuę. Aspicio guttur tuum ligatum fune duro, ita fortiter, vt quasi suffoceris: caput tuum transfixum est spinis: os tuum fluens sanguine præ alapis: manus tuas retro ligatas: totum corpus tuum ligatum, & fortiter pressum à columna: dentes tuos balneatos sanguine & contritos. Cerno capillos tuos avulſos o arrancados: oculos plenos lachrimis: pectus eleuatū: sicut in agonie: stomachum angustatum fame. Video te condemnatum iniuste: O maledicte pagane! dicis,

Tomi. I. Sermo

ditis ecce homo. Non nè melius dixisse, ecce agnus Deianima mea meditare Christum, & Ia iuxta illum ligatum ad columnas nudum, sperantem flagellatores, verdugos sayones, disponentes se ad flagelandum: adhære ergo illi, vt reclinet super te caput suū. Vide quomodo tremit, & timet flagella imminentia, Egressis ergo flagellatoribus, incipiunt corpus ferire tam crudeliter, qd quodlibet flagellum rumpit carnem, & facit exire sanguinem in abundātia, como regajal. Ita, viri flagellatores, & circumstantes sanguine tingebantur. Ereditimini filiæ Sion, & chauriatis aquas de fontibus Salvatoris percussa hac petra bis: scilicet in corpore doloribus: & in anima tristitia, Egressæ sunt aquæ largissime: ita, vt biberent populus & pecora. Angeli gaudium de restauratione sediū angelicarum: & iumenta. homines gauderent de gaudio redemptionis humanæ per Christi passionem completæ: deuotis simē contemplare, qualiter accessit benedictus Ioannes euāgelistæ, & alloquitur Christū O bone Iesu verbū patris splendor gloriæ, & figura substantiæ illius. portās omnia verbo virtutis tuæ. loquere domine si non es mortuus vt saltim vocem matrem tuam: vt videat transitū tuum. hæc sufficiunt pro sermone passionis. processum quilibet poterit pro sequi secundum ordinem quam eligerit.

FINIS.





C A T A L O G V S S E R-
monum huius operis à prima
dominica aduentus usque
ad sextā feriā paraſ-
ceues.

- D**ominicæ primæ aduentus sermo primus
Thema Ecce rex tuus venit tibi. Mat-
thæ. 21. fol. 9.
dominicæ primæ aduentus sermo secundus
thā. respicite & leuate capita vīa, &c. fol. 11
dominicæ primæ aduentus sermo tertius de ep̄la.
thā. hora est iamnoſ de ſomno ſurgere. fo. 14
Dñicē. 1. aduentus ser. 4. thā. ſcientes quia hora eſt
iamnoſa ſomno ſurgere fol. 15.
Dñicē. 1. aduentus sermo. 5. thā. erunt ſigna in ſole
& luna & ſtellis. fol. 17.
Dñicē. 1. aduentus sermo. 6. thā. dies dñi magnus &
terribilis valde &c. fol. 21.
Dñicē. 1. aduentus sermo. 7. thā. erunt ſigna in ſole.
Lucē. 22. fol. 23.
Dñicē. 2. aduentus sermo. 1. tu es qui venturus es an
alium, &c. fol. 26.
Dñicē. 2. aduentus sermo. 2. thā. tu es qui venturus
es. &c. fol. 28.
Dñicē. 3. aduentus sermo. 1. thā. & hoc eſt teſtimō-
nium

- nium Joannis quando, &c. fol. 23.
Dñicæ. 4. aduentus sermo. 1. thā. vox clamatis in de-
seruo. fol. 35.
Dñicæ. 4. aduentus sermo. 2. thā. & venit in omnē
terram Iordanis fol. 37.
Dñicæ. 4. aduentus sermo. 3. thā. omnis vallis imple-
bitur & omnis mons, &c. fol. 39.

¶ Quorundam magistraliū sermonum de aduētu.

- D**ominicæ. 1. aduentus sermo primus thā. vide
bunt filiū hominis venientem, &c. fol. 42.
Dñicæ. 2. aduentus sermo. 1. thema. tu es qui ven-
turus es, &c. fol. 45.
Dñicæ. 2. sive. 3. aduentus sermo seruatur idem thā.
s. tu es qui venturus es. fol. 46.
Dñicæ. 4. aduentus sermo. 1. thā. dirigite viam do-
mini. fol. 52.
Infra octauam nativitatis dominis sermo. 1. thā. erāt
admirantes, &c. fol. 51.
Dñicæ infra octauam epiphaniæ sermo. 1. thā. post
triduum inuenerunt, &c. fol. 53.
Dñicæ post octauam epiphaniæ sermo. 1. thā. hoc fe-
cit Iesu initiū signorū. fol. 56.
Eiusdem dominicæ sermo. 2. thā. hoc est initiū signo-
rum. fol. 59.
Eiusdem dominicæ sermo. 3. thā. nuptiae factæ sunt
in cana Galileæ. fol. 63.
Domini

- Dominicæ.3. post epiphaniam sermo primus thā. te-
rigit eum dicens, &c. fol.67.
- Dominicæ.4. post epiphaniam thā. quid timidi es sis
modice. &c. fol.70.
- Dñicæ in septuagesima sermo. 1. thē. voca ope-
rarios. fol.72
- Eiusdem dñicæ sermo.2. thema. ite vos in vineam
meam. fol.76.
- Eiusdem dominicæ sermo tertius thema rota in me
dio rote. fol.78.
- Dominicæ in sexagesima sermo primus thema exiit
qui seminat, &c. fol.81.
- Eiusdem dominicæ sermo secundus. vobis datum est
nosse mysterium, &c. fol.83.
- Eiusdem dominicæ sermo.3. semen cecidit in terram
bonam. fol.86.
- Dominicæ in quinquagesima sermo primus thema fi-
dest tua saluum, &c. fol.88.
- Eiusdem dominicæ sermo secundus thema assumpsit
Iesus discipulos &c. fol.93
- Eiusdem dominicæ sermo tertius thema ecce ascen-
dimus hierosolimam. fol.94.
- Ferię quartę cinerū sermo primus thema vbi est
thesaurus tuus, &c. fol.96.
- Eiusdem ferię sermo secundus thema conuertimini
ad me. fol.98.
- Eiusdem ferię sermo tertius thema conuertimini ad
me in toto corde. fol.101
- Ferię

- Feriæ sextæ post cineres sermo primus thema dili-
gite inimicos, &c. fol. 103.
- Dñicæ primæ in quadragesima sermo primus the-
ma dlc vt lapides, &c. fol. 105.
- Eiusdem dominicæ sermo secundus thema cum ieu-
nasset quadraginta, &c. fol. 108.
- Eiusdem dominicæ sermo tertius thema non in so-
lo pane viuit homo. fol. 111.
- Eiusdē dñicæ sermo. 4. thā. ductus est &c. fol. 113.
- Eiusdem dñicæ sermo. 5. thā. ductus est iesus. fol. 116.
- Feriæ quartæ post primam dominicā in quadragesi-
ma sermo primus thema volumus a te, &c. fol. 119.
- Feriæ sextæ post primam dominicam in quadragesi-
ma thema hominem non habeo fol. 121
- Dominicæ secundæ in quadraginta sermo primus
thema leuantes oculos, &c. fol. 123.
- eiusdem dominicæ sermo secundus thema transfigu-
ratus est anteeos. fol. 128
- Eiusdem dominicæ sermo tertius thema transfigu-
ratus est ante eos. fol. 131.
- Eiusdem dominicæ sermo primus thema sanata est
mulier ex illa hora. fol. 133.
- Eiusdem dominicæ sermo quintus thema & sanata
est mulier ex illa hora. fol. 136
- Feriæ quartæ post secundam dominicam in quadra-
gesima thema ecce ascēdemus hiero. fol. 139.
- Eiusdem feriæ sermo secundus thema ecce ascendi-
mis hierosoh. fol. 142
feriæ

- Feriæ sextæ post secundam dominicam quadragesimæ
ma thema dabitur regnum Dei, &c. fo. 144.
- Eiusdem feriæ sermo secundus thema homo quidam
plantauit vineam. fol. 147.
- Dominicæ tertie in quadragesima sermo primus the-
ma erat Iesus eiicens, &c. fol. 152.
- Eiusdem dominicæ sermo secundus thema quo mo-
do stabit regnum eius. fol. 153.
- Eiusdem dominicæ serm. 3. thema. quomodo ergo stabit
regnum eius. fol. 155.
- Eiusdem dominicæ sermo quartus thema erat Iesus
eiicens demonium fol. 159.
- Feriæ quartæ post tertiam dominicam sermo pri-
mus thema de corde exeunt, &c. fol. 161
- Feriæ sextæ post tertiam dominicam sermo primus
themæ vnde habens aquam viuam. fol. 167.
- Dominicæ quartæ in quadragesima sermo primus
themæ Abiit Iesus trans, &c. fol. 169.
- Eiusdem dominicæ sermo secundus thema est puer
vñus hic qui habet. fol. 172.
- Eiusdem dominicæ sermo tertius thema abiit Iesus
trans mare gal. fol. 175.
- Quarta feria post quartam dominicam in quadra.
sermo. 1. thema, erat quidam languens. fol. 185
- Eiusdē feriæ ser. 2. thā. lachrimatus est iesus. f. 189
- Eiusdē feriæ ser. 3. thā. Lazare veni foras. fol. 192
- sermo quintus dominicæ primæ thema si veritatem
dico vobis quare non crediditis. folio. 193.
- sermo,

- Sermo secundus eiusdem dominicæ thema Quis ex
vobis arguat mede peccato. folio. 200.
Ser. 3. eiusdem dñicæ thā. quē te ipsum facis. fol. 203.
Sermo primus quartæ feriæ eiusdem dominicæ.
thema facta sunt encœnia. fol. 206.
Sermo. 1. sexte fe. post. 4. dñicam thā. collegerunt
Pontifices. fol. 213.
Sermo. 2. eiusdē feriæ super idē thā. fol. 216.
Sermo primus dominicæ in ramis thema benedictus
qui venit in nomine domini. fo. 220.
Sermo. 2. eiusdem dñicæ secundum idē thema. f. 223.
Sermo tertius eiusdem dominicæ thema dum ap-
propinquaret hierosolimis. folio. 225.
ser. 1. in cœna dñi thā. scitis qd fecerim vobis. f. 228
Sermo secundus eiusdem feriæ. thema si non laue-
ro te non habebis partem mecum. fol. 232.
Ser. 3. eiusdem fe. thā. scitis quid fecerim vobis. f. 235
Sermo in passione domini thema sic deus dilexit mū
dum vt suum vnigenitum daret. fol. 239.

F I N I S.

INDEX AVTORITA.

tum sacræ scripturequæ in hoc pri
mo Tomo exponuntur ordine
librorum sacræ Bibliæ
compillatæ.

Genesis.

- 3 Cce Adā quasi unus ex nobis factus est. 13.col.2

 32 Placabo eum muneribus. fol. 12. colum. 2.
 25 De Rebeca portata Iac. & Esau. fo. 24. co. 1
 32 tetigit deus neruum Iacob. fol. 30. colum. prima.
 22 Vbi est viictima. fol. 34. column. secunda.
 14 Valis Silvestris habebat multos puteos bituminis. fol. 49.
 19 De inebriatione Noe. fol. 59. col. 2. (col. 1.
 3 De copulatione Adam & Eua. fol. 60. colum. secunda.
 9 de Noe inebriato. fol. 61. column. prima.
 9 Abrahe & Sarre, & Isaac. fol. 61. colum. secunda.
 7 Crescite & multiplicamini. fol. 66. col. secunda
 30 Lucta Angeli cum Iacob. fol. 69. column. prima.
 3 Eritis sicut dii. fol. 64. column. prima.
 3 In sudore vultus tui vesceris pane tuo. fol. 73. colum. 1.
 49 Rubē primogenitus meus ne crescas effusus sicut aqua.
 1 Terra erat inanis & vacua. fol. 79. col. 1.) fol. 72. col. 1.
 1 Producat terra herbam virentem. fol. & col. ead.
 1 Cuius semen sit in semetipso. 161.
 1 Deus fecit duo luminaria fol. 80. colum. prima.
 1 Fiat lux & facta est lux. fol. 81. colum. prima.
 3 Ne forte moriamur. fo. 82. column. prima.
 20 seminauit Isaac anno illo in terra gerarlis, & inuenit centuplum. fol. 83. colum. prima.

- 16 Agar unde venis aut quo vadis. fol. 85. colum. prima
1 In principio creauit deus cœlum & terrā. fo. 86. col. 2.
1 Terra erat inanis & vacua. fol. 87. colū. secunda.
1 inspirauit in eo spiraculum Vite eod. fol. & colum.
1 Fiat firmamentum in medio aquarum & appareat ari-
da. fol. 89. colū. 1.
1 Creauit deus pisces & animalia. fol. eo. &. col. ead.
26 De puteis. fol. 105. co. prima.
30 De Labam dicente ad Iacob modicum habuisti
fol. 110. columnā secunda.
3 super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis
diebus. fol. 113. columnā prima.
1 faciam us hominē ad imaginē & similitudinē nostrā. f. 133
22 Egressere de terra tua & de cognatione tua. fol. 34. c. 2.
4 Vbi est Abel frater tuus. fol. 133. columnā secunda.
25 De duobus paruulis in ventre Rebecæ. fol. 140. colum. 2
21 Grande conuiuium fecit Abraham in die ablactationis
fol. 141. columnā secunda.
1 fiat lux. fol. 144.
1 fiat firmamentum in medio aquarum ibidem.
1 fecit aves & pisces ibidem. columnā prima
11 Erat terra labii unius. fol. 153. colum. prima.
37 Tunica talaris Ioseph. fol. 143. columnā prima.
32 Lucta Iacob cum angelo. fol. 149 columnā prima.
4 Chaim occidit Abel. fol. 163.
43 Conuiuium quod facit Ioseph fratribus suis. fo. 174.
columnā prima.
12 Egressere de terra tua & de cognatione tua fol. 191.
2 formauit deus hominem de limo terræ fol. 205
49 Tu fortitudo mea principium doloris mei prior in donis
fol. 108

- Ge.i. spiritus dñi ferebatur super aquas fol: 232. colum. 1
 Ge.vii. Abraham in valle Mambre f. 236.
 Ge. Iacob vestitur vestibus Esau. fol. 236
 Ge. Primum caput Genesis exponitur mystice. fol. 240.
 ij. Sopor Ade fol. 240.
 viij. Noe inebriatus. eod.
 ix. Isaac immolatur. eo.
 xxij. Fragrantia vestimentorum Isaac eod.
 Ge.xx. Immolatio Isaac.

Exodus.

vij. De Vitulo fol. 49.c.

xxij. Sex diebus operaberis septima die cessabis f. 181.c.2.

Numeri.

xij. De Malo granatis & ficibus f. 106.c.2. & f. 178.c.2

xxi. De serpente aeneo f. 119.c.2. & fo. 135.co.2.

xxx. De filiis Israël redeuntibus ad mare rubrum f. 151.c.1

x. De tuba fol. 186.c.1.

xxvij. Instam rem postulant filiae Saphat fo. 141.c.2.

xij. Vacca ruffa. co Deuteronomium.

xxix. De uxore defuneti & de calciamento fo. 35.c.2.

xi. Quicquid calcauerit pes tuus tuum erit fo. 246.co.2.

xxv. Ingrediens & egrediens eris benedictus fo. 43.c.2.

xxxij. Inundationes maris quasi lacus fugient fol. 191.c.1.

iiij. Deus noster ignis consumens est fol. 83.c.1.

Iosue.

x. solstetit fol. 17.c.2. (31.c.1.

De tribubus quae voluerūt habere partē citra Iordanem. f.

xij. De duobus tribubus & dimidia remanentibus citra Jordanem fol. 173.c.1

x. De quinq; regibus suspēsis in ore speluncæ f. 139.co.1.

vij. De equis eneruatis fol. 41.col.2.

ij. In transitu arce stetit Iordanis fol. 49.c.1.

Iudicum.

Exp.ij. De sibo leth fol. 14.col.2.

vi. De Vellere fol. 16.col.1.

xvi. De Dalyda & Sansone fo. 31.col.2.

ix. Venerunt ligna aduliriam fol. 76.co.1. & fo. 89.co.2.

vi. De Madianitis fol. 89.column.1.

xvi. De Dalida & Sansone fol. 89.col.2.

xvi. De Sansone illuso a Dalide fol. 94.col.2.

ix. Mulier ex alta turri proiecit fragmēmole fo. 148.c.2.

vij. De lgenis fo. 10.columna prima.

vi, Cō-

- vi. Concham rore compleuit li.Regum.
xvi. De Samuel misso ad vngendum Dauid fol. 34.c.1.
ij. De Samuele respondentie Hely
i.Reg.xvi. De vunctione Dauid a Samuele fol. 38.c.1.
i.Reg.xvij. De Goliath exprobrante Israel fol. 18.c.1.
iiij.R.De duobus quadragenariis. fol. 40.co.1.
iiij.Reg.vi. De Samuele nesciente Druid fol. 41.colu.2.
i.R.vi. De Samuele nesciente Dauid fol. 41.colum.2
ij.Re.xxij. Sicut ligni tenerimus vermiculus
iiij.Re.iiij. De pueru viduæ ab Elyseo suscitato fol. 52.c.2.
ij.Re.iiij. De copulatione Dauid cum Bersabe fol. 56.c.1.
ij.Reg.iiij. Translatio Iudeorum in Babylonem fol. 62.c.1.
xvij. De Golyath & Dauid fol. 61.colum.2.
ij.R.xxij. De Dauid petente aquam fol. 70.colum.prima.
i.R.ij. De Galaat Amonite petente oculos dextros f. 89.c.2
ijj.Re.xix. De Helya cooperiente vultum fo. 97.colum.1.
i.Re.vi. De vaccis portantibus vitulos fol. 100.colu.2.
iiij.R.iiij. Mulier preparauit lectu mēsam Helyeo f. 106.
i.R.xvij. De primo lapide infixo fronti Golyath f. 108.c.1.
ij.R.ij. Semey prohibetur trāsire torrente cedron. 112.c.2
ij.Re.xxv. Absalon solicitabat corda populi fol. 115.c.2.
iiij.Re.xix. Venerunt filij vſq; ad partū & virtus pariendi
non fuit fol. 133.c.2.
i.Reg.xij. Dauid corā achis mutauit vultum. fol. 143.co.1.
i.Reg.xxi. Vinea Naboth fol. 149.c.2.
i.Re.Nuncij Dauid habētes dimidiā barbam à. f. 163.c.2
ij.R.xxi. Bethlemites polimitari fecit q̄rtū bellū i Ioth. 151.
iiij.R.iiij. Lauatur Naamā septies i Jordane f. 184.c.1. (c.1.
ijj.Re.xix. Helyas in ostio speluncae f. 185. (179.c.1.
ijj.Reg. x. Rgeina Saba venit audire sapientiā Salomonis f.
ijj.R.xix. Helias dormiēs sub umbra iuniperifo. 193.co.2.
i.Re.xvij. Dauid suffocans vrsu & Leonem 210.col.2.

- Dauid mutauit per habitum coram Achis fol. 237.
ij. Thobias cecatur fol. 90. colum. 1.
vi. Felle p̄scis curatur fol. 153. colum. 2.
vi. Thobias & angelus socij fol. 65. colum. 1.
Hester.
i. Hester fol. 124. colum. 2.
Iob.
Iob ix. Exp. dies mei velociores transierūt cursore. f. 13. c. 2
xxxviiij. Quis dedit gallo intelligentiam fol. 15. colum. 1.
vi. Utinam appenderentur peccata mea fol. 1. in princi.
xxviiij. Vbi inuenitur sapientia fol. 45. colum. 1.
ij. Utinam Deus aperiat labia sua fol. 47. colum. 2.
xxxviiij. Quis conclusit ostiū mare fol. 52. colu. 2.
xxxi. Pepigi fœdus cum oculis meis f. 84. c. 2. (f. 99. c. 2.
xiiij. Cur facie tuā abscondis & arbitrariis me inimicū tuum
iiij. Quare nō in vulua mortuus sum & egressus statim pe-
xxvi. Qui facit ventis pōodus f. 170. co. 1. (rij. f. 133. c. 2.
xxvi. Appendes terrā super nihilū f. 162. c. 2. (ra f. 204.
xiiij. Excelsior cœlo profundior abyssō latior mari lōgor ter
xiiij. Accipiter expandit alas suas ad Austrum fo. 213. c. 1.
xiiij. Quantas habeo iniquitates & peccata scelerata mea &c.
fol. 183. col. 1.
xxviiij. Argentum non extimabitur in conspectu eius. f. 2.
Iob 9. Non erat qui concordaret vtrumq; fol. 225.
Psalmi.
Ps. lxxi. Excep. Ego semper tecum fol. 11. colum. 1.
.lxvij. Quæ non rapui tunc exoluēbam fol. 12. colum. 1.
xxx. In manib⁹ tuis fortes meæ fo. 14. co. 1. (17. col. 2.
cv. Si non stetisset Moyſes in confractiōne in cōspectu ei⁹ f.
xxxix. Cor meum turbatum est in me fol. 31. col. 1.
cij. Exhibit homo ad opus suum fol. 32. colum. 1.
lix. In idumeam extendam calceamentum fol. 35. col. 2.
cij. Super

- cij. Super flumina habylonis. &c. fol. 41. colum. 1.
xiiiij. Vias tuas dñe demostra mihi & semitas tuas &c. f. 39.
colum. 2.
- xxi. De ore leonis libera me domine fo. 43. c. 2.
xxvi. De aſconditis adimpletus eſt venter eorum f. 43. c. 2
xvij. Cum ſancto ſanctus eris fol. 46. colum. 1.
xxvij. Vox domini ſuper aquas fol. 49. colum. 1.
xxvij. Vox domini confringentis cedros eod. fol. & colum.
xxij. Dilectus ſicut filius Vnicornium fol. 49. col. 2.
xc. Cadent à latere mille fol. 50. colum. 1.
Ixvij. Repleta eſt malis anima mea fol. 59. col. 1.
xvi. Mirifica misericordias tuas fol. 64. colum. 1.
cxxxvi. Calicem ſalutaris accipiam fol. 64. col. 2.
Ps. xlviij. Mors de pafceſt eos fol. 67. colum. 1.
cij. Absorpti ſunt petre iudices eorum. eo. fol. & colum.
xxxv. In lumine tuo videbi muſlumen fol. 72. colum. 2.
ix. Quoniam tu es domine ſpes mea altiſſimum poſuisti refu-
gium tuum fol. 79. colum. 2.
lvij. Letabitur inſlus cum viderit vindictam manus suas
laubabit in ſanguine peccatoris fo. 81. col. 2.
lxxij. Petra refugium herinatiſ eod. fol. & col.
lvij. Priusquā in te vigerent ſpine veftre rānum f. 82. co. 2.
lxxxvij. Sicut ſol cōſpectu meo et luna in æternū f. 83. c. 1
cxij. Adducit ventos de T heſauri ſuis fol. 84. col. 2.
lxij. Si delitie affluant nolite cor apponere fo. 85. col. 2.
iiij. Exurge gloria mea, exurge paſterium meū f. 86. col. 2.
xxi. Ne inquam obdormiam in morte f. 90. co. 1.
xxxv. In lumine tuo videbi muſlumen fol. 92. col. 1.
lxxv. Nihil inueniunt in manib⁹ ſuis omnes viri diuitia-
rum fol. 94. colum. 2.
cxvij. Errauis ſicut ouis que perii f. 96. colum. 1.
vij. Nisi conuerſaueriis gladii ſuum vibrauit. f. 99. c. 2.

- cxvij. Cogitauit vias meas & cōuerti pedes meos in testimo
nia tua fol. 100.col.1. (10.et.c.
cxvij. Ex basā cōuertā conuertā in profundum maris eo.fo.
xlv. Transferentur mōtes in cor matris fol. 101.col.2.
xxxix. Iordanis conuersus est retroſum eod fol. & col.
cij. Conuertit petram in stagna aquarum fol. 101.col.2.
lxxvij. Percūſit petram & fluxerunt aquæ fol. 102.col.1.
xlvij. Comparatus est iumentis insipientibus fol. 119.co.1.
ci. Cum placuerunt tibi lapides eius fol. 115.col.1.
exvij. Iurauit & statui custodire Indicia Iustitiae f. 121.
lix. Cōmonisti terrā et cōturbasti eā f. 122.co.2.et.f. 167
xvj. Mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperantes
in te. fol. 123.col.1.
v. Miserere mei De⁹ secundū magna misericordia tua eod.
xxxv. Dñe misericordia tua in cœlo eo. f.col.2. (f.&c.
lxij. Pennæ colubæ deargentatae posteriora dorſi eius in pa
lore auri fol. 124.colum.2. (127.col.1.
lxij. Acceſſit homo ad cor altum & exaltabitur Deus fol.
lxvij. Quod exprouauerunt inimici tui domine (col.2.
Quod exprouauerūt in cōmutationē Christi tui. fo. 129
lxxxvij. Sicut ros hermō qui descēdit in mōte Syō eo. f. &c.
lxxxvij. Thaber & hermō exultabūt in noīe tuo f. eo. &c.
xvij. Cum peruerso peruerteris fol. 130.
cxlvij. Posuit fines tuos pacem fol. 142.colum.1.
xlij. Dñe quis habebit in tabernaculo tuo aut quis est f. 14.
cxv. Omnis homo mendax fo. 143.colum.1. (col.1.
xlij. Qui non egit dolum in lingua sua fol. 143.col.1.
xlij. Ad nihilū deducit⁹ est in cōſpectu ei⁹ malign⁹ f. 143.
v. Extendēs cœlū sicut pellem fol. 145.col.2. (co.2.
cxli. Portio mea in terra viuentium 146.col.2. (co.1.
Ixxvij. Calix in manu dñi vini meriplenus mixto fo. 149.
xlij. Eructauit cor meū verbum bonum fol.eod.col.2.
lxvij

lxvij. Super dolorem vulnerū meorū addiderūt f. 151.c.2.
xcij. Si dicebam motus est pes meus fol. 153. colum. 1.
lxxij. Moab olla spei mei fo. 148. colum. 1. (loref. 149.
lxvij. Pennæ colubē de argētate posteriora dorſi eius in pal.
I. Spiritū rectū innoua in visceribus meis fo. 163. co. 2.
cviij. Ascēdūt vſq; ad cœlos & descēdūt vſq; ad abyſſos fol.
ci. Renonabitur vt aquilæ iuēt^o tuaf. 213. c. 1. (169.c.2
Ps, cxlij. Non intres in iudiciū cū seruo tuo dñe f. 225. c. 2
Ps, xlvi. Arcum conteret confringet arma & scuta cōburet
igni fol. 217.col. 1. (217.col. 2.

Ps, xx. Cogitauerūt consilia quæ nō potuerūt stabilire fol.
Memetote magnalia quæ fecit in Egypto. mirabilia in
Ps, cv. Cham, Terribilia in mari Rubro f. 235. (terra.

Prouerbia Sa.

Prob. vlti, Manū suā misit ad fortia & digitī eius apprehe-
nerunt fusum fol. 106.col.2.
xx. Rex qui est in solio iudicabit populuſuň fol. 139.col.2.
xx. Pondus & pondus mensura & mensura vtrūq; abomi-
nabile est domino fol. 143.col.2.
xxij. Fili præbe mihi cortuum fol. 163.col.2.

Cantica cantorum.

Cant. vi, Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora f. 15.
1. Lectulus noster floridus fol. 67.col.2.
v, Caput meū plenū est rore et capilli gutis noctiū f. 68.c.1
v. Manus eius tornatiles fol. 69.colum.1.
ij. Introduxit me in celam vinariam fo. 83.col.1.
iiij. Vadam ad montem Myrrhæ fol. 84.col.1.
iiij. Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum fol. 99
2. Leua eius sub capite meo & dextera illi^o aplexabitur me
Can, iiij. Ferculum fecit rex Salomōf. 245. (fo. 134.co.1

Sapientiæ.

Sep. vij, Thesaurus infinitus est hominibus fol. 97.co.2.
Quasi

iiiij. Quasi aquæ ductus exiude paradiſo fol. 167. col. 2.
Ecclesiasticus.

- ij. Vbi ceciderit lignum ibi erit fol. 21. col. 2.
xxiiij. Transite ad me omnes qui concupisctis me f. 36. c. 2.
lvij. Qui viuit in æternum creauit omnia simul fol.
xv. Cibabit eos pane vitæ & intellectus fo. 72. col. 2.
vij. Creauit hominem rectum. fol. 80. col. 1. (co. 1.
i. Altitudine cœli profundū abyssi quis dimessus est. f. 104.
xxv. Cœlū sursum terrā deorsum. f. 162. & f. 215. c. 1.
ij. Qui timent dominum preparabunt corda sua f. 163. c. 2
iiij. Effunde sicut aquam cor tuum fol. eod. colum.
xxxv. Oratio humiliantis se nubes penetrat fol. 209.
vij. Memorare nouissimata tua & in æternum non peccabis

Esaiæ. (fol. 15. co. 2.

- Esa. i. Principes tui infideles fo. 10. colum. 2.
vi. Vide dñm sedente super solium excelsum f. 10. co. 2. &
ij. Docebit nos vias suas f. 16. co. 1. infi. (fo. 148.
xxxvij. Sol recessit de cœneis i horologio Achaz f. 17. c. 1
xxxij. Angeli pacis amare flebant.

- Fig. vi. De duobus seraphin velantibus caput fol. 19. co. 2.
xxx. Erit lux Lunæ sicut lux Solis fol. 2. colum. 2.
xxxvij. In pace amaritudo mea amarisima fol. 24. col. 1.
xxvi. Emitte agnū domine de petra deserti fol. 27. col. 1.
xxij. Meretrix sume citharam f. 30. col. 1. & f. 183. c. 2
lxxij. Ovis ductus est ad occisionem eod. fo. col. 2.
lxvi. Vermis eorum non extinguet fol. 40. col. 2.
lx. Filij de longe venient & filii tue de latere surgent fo. 57.
liij. Abscisus est de terra viuentium. (co. 1.
liij. Brachium domini cui renelatum est fo. 68. col. 2.
i. Quasi Sodomafuissemus fo. 82. col. 1.
xlix. In manibus meis descripsite fol. 83. colum. 1.
xxxi. Equi eorum caro fol. 118. colum. 1.
xcij. Dabo

xcij. Dabo tibi coronam pro cinere fol. 119. col. 1.

lvij. Quasi tuba exalta vocem tuam. fol. 121. col. 2.

i. Vlscifar de inimicis meis f. 133. c. 1. (quer f. 153. c. 1.)

xlij. Arundine quas iatā & lignū sumigas dñs non extin-
uij. Si spiritu ardoris abluerit dñs sordes filie Syon. fol. 155.

Ieremias. (c. 2.)

Esa.xi. Vocavit dominus olinam vberē & speciosam & pul-
chram. &c. fol. 9. col. 2.

xvij. peccatum iude scriptum est stilo ferreo, & fol. 2. co. 1.

xvij. Quasi colonus futurus in terra fo. 87. co. 2.

xvij. Dorsum & non faciem vertam eis f. 99. co. 1.

A maximo usq; ad minimū omnes student avaricie f.

Ere. iiiij. In umbra eius viuenimus in ter getes. (146. c. 1.)

ij. Magna est velut mare cōtritio tua. f. 133. c. 2. et f. 183.

Esa. iiiij. Ibi accubabit lamya & eritus inueniet foueam. f.

Ezechiel. (217. c. 1.)

Eze. xxvij. Tu signaculum similitudinis fol. 52. col. 1.

i. Species electri fol. cod. & c. ead.

xv. Filii hominis quid siet de ligno Vitis fol. 75. col. 2.

i. Rotain medio rote et spūs dñi erat in rotis. fo. 79. & 100.

vij. Vigintiquinq; viri habentes dorsum & non faciem
ante templum fol. 99. colum. 1.

Fig. i. Facies leonis facies aquile desuper. &c. de quattuor
animalibus fol. 140. colum. 2.

xlviij. Aque egressi sunt à sabulo tumuli orientalis. f. 162. c. 2.

ix. Occides sc̄ne, inuenem, & parvula, virginē & corruptā.

Daniel. (& pregnate fo. 20. c. 2.)

Da. iiij. De tribus pueris existentibus in fornace f. 50. c. 2.

vij. Quatuor venti pugnabant in mari fo. 101. col. 1.

ij. Statua Danielis de quadruplici regno f. 143. col. 2.

Ioel.

ij. Conuertimini ad me fol. 100. col. 2.

¶¶¶¶ ij. Quis

ij. Quis scit si conuertatur Deus & ignoscat & relinquat
post se benedictionem. fol. 101. colum. 1.
ij. Conuertetur sol in tenebras & luna in sanguinem f. 102. c. 1

Ione.

Fi. Ione qui multa passus est f. 199. c. 2. & f. 121. c. 1. et 2

Abacuc.

ij. Ibi abscondita est fortitudo eius fol. 43. colum. 1.

Sophonie.

i. Scrutabor Hierusalem in lucernis. 5. Zacharias.

xij. Vidi aquam egredientem a latere dextro. fo. 64. co. 2.

i. Mach. Machabeorum.

Fig. xi. De Antiocho qui accepit duo diademata. f. 148. c. 1

Mattheus.

xxi. Ecce rex tuus venit tibi f. 10. per totam. co.

xxij. Quomodo hoc iurasti non habes vestem nuptiale f. 17. c. 1

xxiiij. De die illa nemo scit nisi solus pater fo. 17. c. 2.

xxij. Mittite in tenebras exteriores fo. 2. colum. 1.

xxij. Qui ceciderit super lapidem confringetur eo. f. & co.

xxij. Esurini & dedisti mihi manducare f. 2. co. 2.

xxv. Possidete regnum. eod. fo. & colum.

xxij. Quandiu ex minimis istis fecistis fol. 21. colum. 1.

ij. Fuga Marie in Egyptum fol. 43. colum. 2.

xxv. Ite maledicti fol. eodem. colum. 1. (42. c. 2)

xxv. Venite benedicti possidete regnum fol. 43. co. 2. & fo. 1.

xxij. proiicite eum in tenebras ex criores f. 43. col. 2.

xi. Discite a me quia misericordia sum & humilis corde f. 65. co. 1

xx. Pater si possibile est transeat a me calix iste fol. 67.

vij. Puer meus iacet paraliticus in lecto & male torque-

tur.

PPPPP

- tur. fol. 69. column. 2.
vij. Ego ibo in domum tuam & curabo illum fol. 70. 1.
xx. Nonne ex denario conuenisti mecum fol. 71. colum. 1.
xxv. Quia non dedistis mihi manducare fol. 72. col. 2.
x. Petre occide & manduca. fo. 65. columna. 2.
xxi. Conuentione facta de denario diurno fol. 72. colum. 1.
xxi. Da illis mercedem fol. 80. columna. 1.
vij. Quis colligit de spinis vuas & de tribulis ficas f. 82. c. 1.
v. Diligite inimicos vestros fol. 140. perducas colum.
xxv. habenti dabitur & non habenti quod videtur habere
auferetur abeo fo. 90. colum. 2.
xx. Ecce ascendimus Hierosolimam fol. 94. colum. 2.
xxvij. Accipiebant arundinem de manu eius & percutie-
bant caput. fol. 94. columna secunda.
xxi. Facto flagello eiecit de tēplo ementes & vendentes. fo.
Tertia die resurget f. 06. col. 1. (96. c. 2.)
xv. Simile est regnum cœlorū thesauro abscondito. f. 97. c. 2.
xvij. Sicut parvuli nō intrabitis in regnū cœlorum. f. 103.
vij. Duetus est Iesus spiritu in desertum fo. 106. c. 2.
vij. Genimina viperarum fol. 109. columna prima.
vij. Dic ut lapides isti panes fiant f. 501. c. 2. & f. 114. c. 1.
vij. Non in solo pane viuit homo sed. &c. eodem. fol. & co.
xix. si vis ad vitam ingredi serua mandata fol. 112. col. 1.
ix. Remittuntur tibi peccata tua fol. 115. columna. 1.
xvij. Cepit pauere & tedere fol. 108. columna. 2.
xvij. Pluit siger iustos & iniustos fol. 122. colum. 2.
xvij. Et resplenduit facies eius sicut sol fol. 124. colum. 2.
xvij. Transfiguratus est ante eos eodem. fol. & columna.
xv. Et apparuerunt Moyses & Helias fo. 127. colum. 1.
xvij. Hic est filius meus dilectus eodem. fol. & columna.
xvij. Loquebantur de excessu quem completerurus erat in
Hierusalem fol. eodem.
xvij. Faciamus

- xvij.** Faciamus hic tria tabernacula fol. 129. col. 1.
xviij. Apparuerunt vestimenta eius alba sicut nix f. 130
vii. Si oculus tuus lucidus fuerit fol. eod.
xvij. Nominem viderunt nisi solū Iesum fo. 131. colum. 1.
xv. Miserere mei fili David filia mea male a demonio vexatur fol. 34. col. 2.
xvi. Dimitte eam fol. 135. col. 1.
xv. Non est bonum sumere panem filiorū fol. eod. col. 2.
xv. Egressus Iesus a finibus tiri & sidonis fo. 133. col. 2.
xx. Nescitis quid petatis fol. 140. colum. 2.
xx. Non est meum dare vobis fol. 142. col. 1. & 2.
xxv. Venite benedicti posidete regnum. &c. fol. 144.
xxi. Dabitur regnum genti facienti fructum fo. 145. c. 2.
xx. Simile est regnum cœlorū hōi negotiatori. &c. f. 145. c. 2
v. Beati mites qm̄ ipsi posse debunt terrant fo. 246.
ij. Facite fructus dignos pœnitentia fol. 147.
xx. Circundedit sepe fo. 148. & fol. 150. col. 2.
xx. Edificauit turrim. eod. fol. col. 2. & fol. 130. colum. 2.
xx. Torcular fudit in ea. fol. 149. colum. 1.
xxi. Hic est heres venite occidamus eum fol. 151. col. 2.
Non quod intrat peros coimquinat hominem f. 163. c. 2
Marcus.
Fig. xi. De scilicet cui maledixit Christus fol. 36. col. 1.
Vlt. Signa eos qui crediderint hec sequentur. &c. f. 73. co. 1
Lucas.
Luc. i. Virtus altissimi obumbrabit tibi fol. 16. col. 2.
ij. Lux circumfulsit pastores fo. 10. col. 1. (fo. 180.
Fig. iij. De cœco illuminato a Christo in via cui dixit respice
v. Per totam nocte laborates nihil cœpimus f. 14. colum. 2
xxi. Erunt signa in sole fol. 17. colum. 2.
xi. Quim imo beati qui audiunt verbum Dei fol. 36. col. 2.
ij. Hoc vobis signum fol. 50. colum. 2.
Vlt. Opor-

- Vlt. Oportebat Christū pati et sic intrare in gloriam suā. f. 85.
viiij. Semen cecidit inter spinas fo. 85. co. 1. (co. 1.
vi. Induebatur purpura & byssus fol. eod. col. 2.
vij. Aliud cœcidit supra petram fol. 83. colum. 1.
vij. Aliud cœcidit secus viam fol. eod. col. 1. & f. 89. c. 2.
vij. Semen cœcidit iū terram bonam fol. eod. colum. 2.
x. Quis est proximus meus fo. 140. column. 1.
i. Regnabit in domo Iacob in æternum f. 84. colum. 2.
xxij. Quis est quite percusſit eod. fol. & column. 1.
i. Salutem ex inimicis nostris fol. 103. colum. 2.
xij. præcinctus se & transiens ministrabit illis f. 110. co. 1.
xi. Reuertar in domum meam vnde exiui fol. 120. col. 2.
i. Dabit illi sedem David fo. 148. columnæ secunda.
xix. Ascendit in arborem sycomorum fo. eod. &. colum.
xi. Et illud erat mutum fol. 151. columnæ secunda.
xi. Erat Iesus eiicens demonium fol. 153. colum. 2.
xvi. Ut intingat extremitum digiti fol. 144. colum. 1.

Qui non est mecum contra me est.

- v. Ascendit nauem Simonis Petri fol. 170. colum. 1.
xij. Ignem veni mittere in terram fol. 204.
vij. Habeo sub me milites & dico huic vade & vadit. f. 70

Ioannes. (colm. 1.

- Ioannes. i. Ego nesciebam eum fol. 33. colum. 1.
ij. Ecce agnus Dei fol. 27. colum. 2. & fol. 34. col. 2.
ij. Ego baptizo in aqua fol. 35. columnæ 1.
xij. Noli me tangere fol. 9. columnæ secunda.
ix. Venit nox in qua nemo potest operari. fol. 22
ix. Illuminatio ceci nati. fo. 26. columnæ 2.
xij. Estote simplices sicut columbae fo. 37. colv. 1.
i. Hoc est testimonium Ioannis fol. 41. colum. 2.
x. Cum sis homofaci te Deum fol. 46. columnæ 1.
xvij. Pater manifestauit nomen tuū hominibus. f. 47. co. 1.
ij. Quid

- vi. Fecit lutum ex sputo fol. 181. column. secunda.
 xi. Quatuor dies habentem in monumento fol. 191. c. 2.
 xi. Hore duodecim sunt diei fol. 189.
 xi. Ego sum resurrectio. & vita fol. 88. colum. 1.
 xi. Qui credit in me etiā si mortuus fuerit viuet. f. 189. c. 2.
 xix. Non haberes potestatem aduersus me ullam. f. 200. c. 2.
 xvii. Oves meae vocem meam adiuūt fol. 212.
 xij. His homo multa signa facit fol. 214. colum. 1. &c. 2.
 xij. Nunc iudicium est mundi nūc princeps. &c. f. 143. c. 2.
 xvij. Venient romani tollent locum nostrum & gentem. fol.
 Ego sum panis viuus fol. 237.

Acta Apost.

- iij. De clando fol. 26. column. secunda.
 iiij. Claudius ex utero matris sue. fol. 32.
 ij. Pœnitentiam agite fol. 39.
 ix. Quid me vis facere. fol. 92. column. prima.
 vij. Petri excitati ab angelo qui transiuit primam & secun-
 dam custodiam fol. 194.

Ad Roma.

- viij. Hæredes Dei coheredes autem Christi fol. 37. colum. 1.
 ix. Iustificauit hos & magnificauit fol. 71. & 72. & per
 totam conci.) (83. col. 1.
 i. Inuisibilia dei per eo quæ facta sunt intellecta. &c. fol.
 vi. Crucifigentes veterem hominem cum concupiscentiis
 suis. fol. 139. column. secunda.

Ad Corinth.

- Ad Cor. i. Iustitia sanctificatio & redemptio fol. 17.
 ij. Cor. vi. Que conuentio lucis ad tenebras fol. 45. col. 1.
 ij. Co. x. Captivantes. intellectu in obsequium fidei f. 92. c. 2
 ij. Corinth. ij. Hæc est gloria nostra testimonium consci-
 entia nostra. fol. 122. colum. secunda.
 i. Corinth. fol. 122. colum. secunda.

i. Cor. xij. Cum eram parvulus loquebar ut parvulus f. 172

Ephesi.

ijj. Quæ sit longitudo, altitudo, sublimitas & profundus. 232

Ad Galatas. (colum. 1.)

Ad. iij. Caro concupiscit aduersus spiritum.

Ad Philippiens.

Ad Ph. ij. Figuratum corpori claritatis sue f. 12. colum. 1.

ijj. Dominus prope est fol. 45. colum. secunda.

ijj. Gaudete in domino semper. fol. 50. colum. prima.

Ad Thimotheo.

i. Ad Th. vi. habitat lucem inaccessibilem fol. 46. colu. 2.

Ad Hebraos.

Ad He. xi. Qui nos præcesserunt cum signo fidei fo. 15. c. 2.

xi. Sancti per fidem vicerunt regna fol. 02. colum. 2.

xi. Fides est substantia rerum sperandarum fo. 133.

ijj. Sermo Dei viuus & efficax est fol. 149. colum. 1.

Iacobi episc.

Ia. i. Suscipite insitum verbum fol. 17. columnna.

Epist. Ioa.

i. Ioa. ii. Ipse est propitiatio pro peccatis fol. 127. col. 2.

i. Ioa. i. Cum apparuerit similes ei erimus fol. 133.

Apocalypsis.

Apo. vi. Vidi animas interfectorum. Concone. 5. fol. 10.

i. Gladius ex utraq; parte acutus fol. 25. columnna. 1.

xij. Agnus qui occisus est ab origine mundi fol. 27. col. 2.

Fig. ij. Ego sto ad ostium & pulso fol. 36. columnna. 2.


ix. De equo albo fol. 41. colum. secunda.

Fig. i. De beato Ioanne qui cecidit ad pedes f. 92. colu. 1.


Fig. vi. Ecce equus albus & qui sedebat super eum. &c. fo.


v. liber scriptus intus & foris. f. 240. (117. col. 1.


FINIS.



1792.11.22







12
5

6.107